
ENDURE FORT

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS IX

CHRONICORVM MINORVM SAEC. IV. V. VI. VII

VOL. I

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXXII

CHRONICA MINORA

SAEC. IV. V. VI. VII.

EDIDIT

THEODORVS MOMMSEN

VOLVMEN I

ACCEDVNT TABVLAE DVAE

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXXII

Aulae Vimariensis officina typographica.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

ADDITAMENTA.

ad p. 5. Tractatus duos adhuc comprehensos sub nomine Anonymi Valesiani ad eundem auctorem rettulit nuper Carolus Frick (*zur Textkritik und Sprache des Anonymus Valesianus* in commentationibus Woelfflinianis 1891 p. 339 seq.) argumentis futtilibus et perversis, ut recte vidit qui nuperrime de tractatu altero egit Carolus Cipolla (p. 27 commentarii citati infra in add. ad p. 259). utrumque libellum mero casu coniunctum esse evidenter patet.

ad p. 14 adde

IN LIBRO GENERATIONIS I.

B = Berolinensis Phillippsianus n. 1829 saec. IX (v. p. 78).
C = Phillippsianus n. 12266 saec. X (v. p. 80).
F = Parisinus 10910 saec. VII/VIII (p. 78).
G = Sangallensis n. 133 saec. IX (p. 80).
O = Cavensis similesque (v. p. 79)

ad p. 17. Ipsius archetypi fragmentum postea eruderatum hoc:

S
I
P
A

editum a Rossio *Bullett. cristiano* 1873 p. 160 tab. XII ostendit in elogio non fuisse nisi *Damasi papae*. monuit Rossius.

ad p. 19 not. 2. Imagines planetarum dies regentium repertas in codice antiquo inter suos libros habuit Cassianus a Puteo (del Pozzo) defunctus Romae a. 1657 teste Bianchinio (*la storia universale* Romae 1697 l. I c. 2 p. 86) qui Saturni imaginem inde edidit ligno expressam. inter reliquias collectaneorum eorum hodie notas (v. Robert *die antiken Sarkophagreliefs* vol. 2 p. XI) haec imago non videtur superesse. tracta est omnino a Cassiano ex Aleandrinis. admonuit Huelsen.

ad p. 50—61 fastos consulares a. 354.
ad a. 317 *adde* fidenato *A*ᵃ*(?)* — 373 tricipino *A* — 382 commio *vel* cominio *A* — 446 I *om.* *AV*[1] — 592 ficulo (*non* siculo) *AV.* — 711 *scr.* Hirtio.

ad p. 62. Rossius (inscr. chr. urb. Rom. I p. LXXXVIII) adsentiente Kruschio (*Studien zur Chronologie* p. 74) extrema laterculi paschata iudicat computatione anticipata esse, tabulam ipsam antea editam. item Kruschius l. c. p. 67 ad a. 326 scribi iussit *III non.* (pro *idus*) *Apr.*

ad p. 73. '*Che nel catalogo episcopale romano vi sieno indizi di date provenienti, non da fonte ecclesiastica, ma dell' archivio della prefettura, l'ho imparato dalla doppia data dell' inizio di Milziade, e da quella del* cessatio episcopatus. *laonde non pretendo, che il catalogo intero venga dagli archivi della prefettura, ma che nella sua compilazione vi è indizio di date e di notizio di tipo civile non ecclesiastico*'. haec in litteris ad me datis Rossius.

ad p. 78 seq. Codicibus, qui excerpta habent ex libro generationis addendus est origine Turonensis, hodie Parisinus *nouv. acq.* n. 1613 (Delisle *catalogue des mss. des fonds Libri et Barrois* 1888 p. 63 seq.) saec. IX, f. 8 continens computos quinque hos:

1. *ex libro Iulii Africani, qui primus Latinorum post Christi adventum scripsit de temporibus atque aetatibus saeculi.*

ab Adam usque a *(sic)* diluvium anni IIMCCXLII.
ad *(sic)* diluvio usque ad Abraham anni ICLXLI.

ab Abraham vero usque quo exirent de Egypto educente eos Moysi, quando et pascha fecerunt, anni sunt CCCCXXX.
ab exodo Egypti usque in transitum Iordanis, quando Iesus pascha caelebravit, sunt anni XLI.
Ezehias post annos CCCCLXIIII caelebravit pascha.
post Ezehiam Iosias anno centesimo XIIII° pascha celebravit.
post Iosiam Esdras post annos CVIII pascha caelebravit.
post Esdram servat autem generationes Christi post annos DLVIII pascha fit.
a generatione autem Christi post XXX annos, cum passus est dominus, pascha celebratum est; ipse enim erat iustum pascha.
a passionem autem domini usque in XIII annum imperii Alexandri Cesaris anni CCVI servatum est pascha quod in commemorationem domini nostri Iesu Christi servatur au *(sic)* nobis.
fiunt igitur omnes anni ab Adam usque in hunc diem anni VDCCCXXXVIII.

[Haec sumpta sunt ex libro generationis c. 305—314 (supra p. 130). eum quod epitomator tribuit Iulio Africano, conferendum est cum eis quae exposuimus p. 86 not. 4; neque tamen hoc loco quaestionem de auctore retractabimus. ipsa inscriptio unde veniat, ignoro; ex adlegationibus Africani reliquis proxime ad hanc accedit relata in serie regum Pontaciana apud Schoenium chron. Hier. vol. I app. p. 37.]

2. *item ex eodem libro.*

Ab Adam usque ad diluvium anni IICCXLII.
a diluvio usque ad Abraham anni ICLXX.
ab Abraam usque ad Moysen anni CCCXLIIII.
a Moyse usque ad Samuel anni CCCCLXXIIII.
a Samuel usque ad regem Ezehiam anni DCII.
ab Ezehia usque ad Gagium Iulium Cesarem anni DLXVII.
a Gaio Iulio usque ad domini nostri nativitatem anni XLVII.
a nativitate domini nostri Iesu Christi usque ad passionem eius anni XXXIII.
a passione domini usque ad Constancium et Maximianum consules anni CCLXVIIII.

[Computus deductus ad a. p. Chr. 302 unde veniat ignoro.]

3. *ex libro qui titulatur cronica Eusebii adque Ieronimi.*

ab Adam usque ad diluvium anni IICCXLII.
a diluvio usque ad nativitatem Abrahae anni DCCCCXLII.
a nativitate quippe Abrahae usque ad Moysen et egressum Israelis Egypto conputantur anni DV.
a Moysen autem usque ad Salomonem et primam edificationem templi anni CCCCLXXVIIII, secundum minorem tamen numerum, quem tercius regnorum liber continet: nam iuxta volumen iudicum supputantur anni DC.
a Salomone usque ad instaurationem templi, que sub Dario Persarum rege facta est, colliguntur anni DXVI.
porro a Dario usque ad praedicationem domini nostri Iesu Christi et usque ad XV annu *(sic)* Tiberii principis Romanorum explentur anni DXLVIII.
itaque simul fiunt ab Abraham usque ad V^m^ *(sic)* Tiberii annum anni IIXLIIII.
fiunt simul ab Adam usque ad summum annum Tiberii anni VCCXXVIII.

[Similia habet Hieronymus ad a. Abr. 2044.]

4. *ex libro Isidori Hispalensis episcopi.*

Tiberius regnavit annos XXIII (xxii. i *cod.*). huius XV^mo^ regni anno dominus crucifixus est peractis a principio mundi annis VCCXXVIII.

[Ex chronicis Isidori maioribus, sed ibi annus est Tiberii XVIII.]

5. *ex libro Bedaę presbiteri.*

Anno suo (*scr.* XV°) imperii Tiberii ..... anni sunt VCCXXVIII.

[Ad verbum ex chronicis maioribus Bedae.]

[Ad marginem adnotavit manus aequalis ex Bedanis haec]: Cave, prudens calculator, ubicumque per totum hunc librum huiusmodi supputationem inveneris, ne putes iuxta Hebraicam veritatem annos positos, sed secundum LXX interpretes, quos et Ieronimus et Augustinus teste Beda docent in hoc non esse sequendos.

[Sequuntur in codice comparationes paschales factae inter Eusebium, Dionysium, Victorium similiaque miscellanea.]

ad p. 147 v. 24. *Diasuriae* dedicatus titulus Aquincensis est in C. I. L. III S n. 10393.

ad p. 189 c. 521—524. In margine scr. *GL* quater pro *C* vel *G*.

ad p. 203. In excerptis ex chronico paschali non separata sunt quae ex Malala veniunt, propterea quod hic quoque usus est chronicis Constantinopolitanis iisque plenioribus; sed paenitet iam non distinxisse me duo genera. dicetur de excerptis his denuo ad Marcellinum comitem.

p. 205 ad a. 261 *scr.* ii *om.* *S*v(1).

p. 209 ad a. 473 *scr.* plilippo *C.*

p. 214 ad a. 658 *scr.* Achenobarbo *pro* Achenobardo.

p. 216 ad a. 715 *scr.* *Κενσωρίνου.*

p. 249 ad 1 add.

P = codex Vaticanus Palatinus n. 927 saec. XII.

ad p. 259. Carolus Frick (vide supra ad p. 5) chronica Theodericiana codicis Palatini eadem esse negans atque quae continentur codice Berolinensi, propterea quod librario illi placuit Iordaniana quaedam iis inserere, non tam diversum a Bethmanniano iudicium tulit quam idem repetivit forma mutata: *è questione di parola,* recte dixit Cipolla qui de iisdem chronicis nuperrime egit in tractatu amplissimo *Bullettino dell' instituto storico Italiano* n. 2 (Romae 1892) p. 7—98. Cipolla et de utroque codice ita iudicavit, ut iudicavi ego, et Palatinum librum recte pronuntiavit inutilem esse, non recte ubicumque lectio codicis iam Berolinensis a me relata recedit a Gardthauseniana, optionem inter utramque sibi liberam esse existimat. Ruehlius, a quo ad codicem illum Gardthauseniana editio pendet, etsi perite et diligenter officio functus est, ab eius lectione ego non discessi nisi codice interim nostro facto cum cura examinato. exempli causa cum ad anonymi Valesiani c. 57 (p. 322, 2) Gardthausenus ante v. *Theodericus* adnotavisset: *lac. 1 vers.,* id ego sustuli, quoniam codex ibi non hiat, sed solito more interstitium habet versus unius non scripti, et sine causa Cipolla p. 49 queritur: *la lacuna . . non la trovo indicata dal Mommsen.* idem p. 50 cum negat plenum duorum librorum Berolinensis et Palatini variam lectionem in mea editione reperiri, eatenus id verum est, quod suppressi, ut monui p. 6. 260, tam orthographica pleraque quam recognitorum anteriorum errores a me reiectos; praeterea leviusculis exceptis (ut p. 314, 34 ubi dedi *sua P*, non animadverti, quod animadvertit Cipolla, id correctum esse ex *suo*), videor mihi Palatini quoque libri variam lectionem proposuisse integram et veram. in iis autem quae reieci recte me fecisse et esse etiam nocivum aliquod diligentiae genus vere periti non negabunt. quod si minutiis iis, quae ad lectionem constituendam nullo modo faciunt, editionum margines onerantur et fide editori denegata spreta pro neglectis accipiuntur, bonae litterae peribunt in mari magno inutilitatium philologicarum.

ad p. 260. Adnotavit Carolus Cipolla (l. c. p. 24) in codice Palatino chronica Theodericiana finire f. 132, sequi locum ex dialogis Gregorii *Iulianus namque* eundem, quem ego p. 4 rettuli adesse eo ipso loco in codice Berolinensi.

ad p. 266 v. 17 post *nos* exciderunt verba *eius operi.*

ad p. 267. In auctario Prosperiano Havniensi quae ad regnum Visigothorum Arelatense pertinent adnotationes a. 476, 1. a. 486. 496. 498 num sumptae sint ex chronicis Italicis, in dubitationem vocavit Kaufmannus (*Forschungen zur deutschen Geschichte* vol. 13 a. 1873 p. 418 seq.) et magis credidit eas descendere ex annalibus Gallicis. verum est compilationem illam ex multis scriptis coassatam eiusmodi suspicioni iustum locum praebere; sed cum annales Gallici qui quidem nobis noti sint similia nulla habeant et extremo saeculo quinto res in provincia Narbonensi et in Italia gestae multis modis conexae fuerint, videtur adquiescendum esse in derivatione recepta.

ad p. 268 inscriptio III POST PROSPERVM collocanda est post c. 16.

ad p. 270 ante c. 39 potuit addi ex p. 478 c. 1341 v. 8 *Leo qui sedit annis XXI mens. I dies XIII.*

p. 300 ad a. 410. Dies captae Romae vere est VIIII k. Sept., non XVIIII; illum numerum habent Prosperi epitome Vaticana (infra p. 491) et Theophanes ad a. 5903 et Beda in chronicis ad a. 4377.

ad p. 330. Annus qui deficit est 508; c. 665. 666 sunt annorum 509. 510.

ad p. 367. Post impressa Prosperi chronica successit mihi, ut liber Matritensis univ. n. 134 (nobis *Z*) Berolinum perferretur. in lectionibus inde ab Ewaldio enotatis haec ipso collato repperi mutanda esse vel addenda exigui momenti omnia, sed tamen non retinenda in schedis.

p. 347 v. 2 sint] sunt.

p. 350 v. 1 *numerus* IICCCCXXXVI *additur ante c. 1224.*

p. 372 v. 2 *a fine ante* cronice *ins.* breuiatio.

p. 373 v. 3 *ante* nascitur *ins.* apud Hebreos.

v. 5 *legendum* Cicero poeta occiditur sexagesimo etatis anno.

c. 1177, 2 qua — c. 1180 ricomede — c. 1183, 2 parasiis — 5 facit (*non* fecit) — c. 1184 romanorum xl reg. ual. cum th. — c. 1198 romanorum xli th. — c. 1215 ucc concl — c. 1220, 1 thophilus — c. 1230 uuandali *semper* — c. 1242 consł suo — c. 1245, 2 humilitatisque — c. 1246, 4 loco patruelus — c. 1251 abrepto — c. 1252, 6 obtrixerit — 8 praeuaricatione — c. 1257, 2 uualia *semper* — c. 1259, 5 reddidit — c. 1260 mensibus uiiii — c. 1266, 2 prolata — c. 1270 xl *om.* —

c. 1271, 2 ad hitandum — aquitania — c. 1275 eustatio — c. 1279 mariano — c. 1282 iohannes *om.* — c. 1283 *recte* — c. 1292, 1 patruelis — c. 1293 hierio] honorio — c. 1294, 2 qui — 8 uultum (*non* uultu) — c. 1297, 4 chirilli — 1301, 3 diaconi] dominici — 4 mittit ut — c. 1303, 1 grannitidun — 2 eos ins. sibi cum — interemit — c. 1309 sixtus — c. 1319 oriobindo — c. 1320 ualeriano (*ut Alcobaciensis*) — c. 1322, 4 deleuerunt — c. 1324, 6 fugant — c. 1325 sigisuulto (*non* sigisulto) — c. 1327, 5 priuatus — 1329, 7 acticum — suppiciis — 9 pualellus (*non* paulellus) — c. 1335, 1 auxiliantibus — 6 potius (*non* potioris) ueris — c. 1336, 1 heclanensis (*non* heclenensis) — 5 diaconi] dominici — c. 1339, 1 gallias — c. 1341, 2 sine *om.* — 3 quem] qui — 1342, 6 animum] annum — c. 1346, 1 saeua pop.] seu appellatione — c. 1348, 3 cruciati — c. 1350, 1 diligentia (*non* -tiae).

ad p. 491 *in fine in codice est* tiuius (*non* tuuus) seuerus.

ad p. 495 v. 1 cultorum] cultor — v. 3 qui] quae.

ad p. 496 v. 1 *ante* Iustina *ins.* Valentinianus iunior cum Theodosio reg. an. VII — v. 16 que] quod — v. 18 inimicus auxilio] inimicus usus concilio — v. 19 ad ipsum] adix^{m}m — v. 26 anime] $\overline{\mathrm{are}}$ — p. 497 v. 1 sue] suo.

ad p. 429 c. 684 scr. *Gnosiae* pro *Gnosia.*

ad p. 524. Locum *de nomine provinciae* docuit me collega Hinschius redire in sylloge canonum Hibernica (lib. 20 c. 1. 2 ed. Wasserschleben a. 1885 p. 60) sic: *De nomine provinciae. Ambrosius ait: provincia quasi porro vicinia, hoc est in tribus: in una lege, in una lingua, in uno dominatu. De ratione provinciae. Augustinus in libris de orbe: certa provincia est, quae decem civitates habet et unum regem et tres minores potestates sub se et unum episcopum aliosque minores decem iudices, ad quorum iudicium omnes causae civitatum referuntur et si causae difficiles oriantur ad omnium iudicium decem iudicum referendae sunt. Hieronymus: provincia est, ubi mos unus viget et unus dominatus.* ficticia haec (extremum locum editor observavit aliquatenus pendere ex loco Hieronymi ep. 125, 15: *imperator unus, iudex unus provinciae*) utrum is qui scripsit catalogum provinciarum ex sylloge Hibernica excerpserit an e contrario syllogae compilator ea invenerit in libro Vaticano simili, adhuc incertum est, incertum item definitiones has et auctoritates qui finxit quid secutus sit; hoc iam intellegitur adhibita ea esse ab Isidoro subditicio, ficta autem esse non ab ipso, sed ante saeculum VII extremum, quo composita est sylloge Hibernica: id quod egregie convenit cum iis quae supra exposui de catalogo provinciarum codicis Vaticani.

ad p. 529. Codicibus ductis ex Spirensi, sed carentibus Notitia Galliarum, addendus est Florentinus bibl. Laurent. Gaddianus plut. 89 sup. 68 chart. saec. XV descriptus apud Bandinium, is ex quo excerpta Dicuiliana edidit Targioni Tozzetti *viaggi della Toscana* vol. 9[2] p. 165 seq.

ad p. 531. Exemplaribus ductis ex libro Spirensi habentibus Notitiam Galliarum addendum est Matritense bibl. nat. Q 129 descriptum diligenter a Knustio *Archiv* 8, 791, sed, ut certiorem me fecit Bernaysius, ab a. inde 1881 in bibliotheca ea frustra quaesitum.

ad p. 545. Addo excerpta similia bina ad rem parum utilia, sed utilia ad codicum genera et nexus determinanda.

I.

Montium portarum viarum urbis Romae recensus qui sequitur non reperitur nisi in apographis codicis Spirensis (vide p. 528 c. 7), sumptus est fere ex Festi epitoma Paulina. excerpta inde edidit Boeckingius (*über die Notitia dign.* p. 25), omnia Urlichs l. c. p. 53; nos quoque integrum damus ad cod. Monac. 10291 (vide p. 531). ita, ut quae ex Festo veniunt, proponantur uncis comprehensa et adscripta pagina editionis Muellerianae.

De montibus Romae.

1 [Aventinus mons intra urbem dictus quod rex Albanorum Aventinus ibi sit sepultus et bello extinctus] (*p. 19*).

2 [Caelius mons dictus a Cele quodam ex Hetruria qui Romulo auxilium adversus Sabeos praebuit] (*p. 44*).

3 [Palatinus mons Romae, quod ibi Pallas] filius Euandri [sepultus sit] (*p. 220*).

4 [Quirinalis mons a templo Quirini, id est Romuli appellatus sive quod ibi *[sic]* Quires id est Sabeos haberet] (*p. 255*).

5 [Viminalis mons a sylva viminum appellatus] (*p. 377*).

6 Tarpeius mons appellatus, quod ibi Tarpeia virgo obruta sit clypeis Sabinorum.

7 [Vaticanus mons appellatus, quod expulsis *[sic]* Hetruscis Romanus populus vatum responso potitus sit (*p. 379*).

De portis Romae.

1 [Conlatina porta a Conlatia oppido Romae vicino appellata] eo quod ibi res vel opes aliarum civitatum fuerant collatae (*p. 37*).

2 [Catularia porta Romae dicta est, quia non longe ab ea ad placandum caniculae sydus frugibus inimicum rufae canes immolabantur et fruges flueseentes *[sic]* ad maturitatem perducerentur] (*p. 45*).
3 Capena porta antea Camena vocata a proximo luco Camenarum. dicta est autem postea Capena, sive quod Romanis bello laborantibus auxilio venientes eam intraverunt sive quod eadem Capuam exeatur.
4 Capititolini *[sic]* porta vocitari coepta est a Capitolio, quae antea Tarpeia dicebatur. est autem in loco adeo praecipiti, ut non possit ea intrari: quod Galli Senones pepigerant Capitolium obsidionem liberantes, ut ea semper pateret.
5 Ruduscolona porta dicta est,] quod de ea ad rus colendum exirent, vel [quod rudis et impolita sit relicta, vel quia rudo vel aere fuerit vincta] (*p. 275*).
6 [Fontinalis porta a fontinalibus, hoc est festis fontium appellata. festa enim fontium fontinalia dicebantur] (*p. 85*).
7 [Flumentana porta est appellata, quod Tyberis partim ea fluxisse affirmant] (*p. 89*).
8 [Lavernalis porta a laverniònibus dicta, quia in eius luco obscuro furta fiebant] (*p. 117*).
9 [Minuacia porta dicta est ab ara proxima Minunti, quem deum putabant] (*p. 122*).
10 [Mogionia porta dicta est a Mugio quodam, quae eidem tuendae praefuit] (*p. 144*).
11 [Minutia porta appellata est, quod sacello *[sic]* Minutii proxima esset] (*p. 147*).
12 [Navalis porta a vicinia navalium dicta] (*p. 179*).
13 [Iacularis porta est dicta propter aliqua piacula quae ibidem fiebant] (*p. 212*).
14 [Pandana porta est dicta, quod semper panda, id est aperta esset] (*p. 220*).
15 [Quirinalis porta dicitur eo quod in ea in collem Quirinalem itur sive quod proxime eam est Quirini sacellum] (*p. 255*).
16 [Romana porta a Sabinis appellata est, quod per eam proximus eis aditus esset] (*p. 263*).
17 [Raiumena porta a nomine cuiusdam aurigae est appellata] (*p. 275*).
18 [Salutaris porta dicta est ab aede Salutis, quae eidem proxima fuit] (*p. 327*).
19 [Sancualis porta est dicta eo, quod aedi Sancualis esset proxima] (*p. 345*).
20 [Viminalis porta et collis appellatur, quod ibi viminum sylva esset] (*p. 377*).
21 Carmentalis porta a Carmente Nicostrata Euandri regis matre, quae Latinas litteras reperit, est appellata.

De viis Romae.

1 [Appia via et aqua ab Appio Claudio est appellata] (p. 24).
2 [Cassia via a Cassio] censore [munita] et appellata est (p. 48).
3 Flaminia via a Flaminio consule est appellata. Flaminius quoque circus ex eiusdem est nomine vocitatus.
4 [Sacra via in urbe appellata eo quod ibi foedus] post praelium [inierint Romulus et Tacius] (p. 291).
5 [Salaria via Romae est appellata, quia per eam Sabini sal mari deferebant] (p. 327).

II.

Viarum montium thermarum aquarum urbis Romae recensum ex Notitia urbis translatum in codices Bernensem n. 451 saec. X (a quo pendent Parisini duo 14743 et 15009 et Vaticanus reg. 728 et apographum Lugdunense Vossianum oct. n. 24) et Vindobonensem n. 85 saec. XI ediderunt ex Lugdunensi Urlichs l. c. p. 52, ex Vindobonensi Endlicher (catal. codd. phil. Vindob. a. 1836 p. 238) et Preller *Regionen* p. 29 cf. p. 44; relegit codicem mea causa Lud. Hartmann.

Viae num. XXX

1 Traiana	11 Claudia	21 Laurentina
2 Appia (apia V^a)	12 Valeria	22 Gallica
3 Latina	13 Annia	23 Ardeatina (ardiatina *V*)
4 Lavicana	14 Aurelia	24 Cornelia
5 Prenestina	15 Asinaria	25 Setina (saecina *V*)
6 Tiburtina	16 Campania (canpania *V*)	26 Tyberina (tiberina *V*)
7 Numentana	17 Hostensis (hortensis *B*)	27 Quintia (quintina *V*)
8 Salaria	18 Portuensis	28 triumphalis
9 Flamminia	19 Ianiculensis	29 patinaria
10 Aemilia	20 Cassia (cassta V^a, casta $V^b B$)	30 Cyminia (ciminia *V*)

Inscribit sic Bernensis. Vindobonensis praescribit *nomina viarum urbis Romae. viae sunt Romae urbis numero XXX* et ordinat sic: 1—11. 16 19. 21. 23. 25—27. 20. 22. 24. 28. 29. 15. 30.

Montes VII

1 Celius	4 Palatinus	6 Esquilinus (*fuit* exquilinus, *sed corr.*)
2 Aventinus	5 Dianiculensis	7 Baticanus qui et Sallustius
3 Tarpeius		

Sic Bernensis, nisi quod om. *Baticanus* vocabulum; in Vindobonensi non est nisi: *baticanus qui et salustius dianiculensis* et absunt ab eo quae sequuntur.

Terme XI

1 Titiane	4 Deciane	7 Constantiniane	10 Surane
2 Comodiane	5 Agrippiniane	8 Troiane *[sic]*	11 Diocletiane
3 Antoniane	6 Alexandrine	9 Severiane	

Aquae

1 Traiana	5 Martia	9 Augusta	13 Aurelia	17 Severiana
2 Annia	6 Herculea	10 Appia	14 Damnata	18 Antoniana
3 Attica	7 Cerulea	11 Absentinia	15 Virgo	19 Alexandrina
4 Claudia	8 Iulia	12 Cyminia	16 Tepula	

Rome circus magnus capit loca CCCCLXXXV mil.
amphiteatrum capit loca CCLXXXVI.
theatrum Pompei capit loca XXII mil. LXXXVIII.
colossus ab amphyteatro habet in altum pedes CVI et S, in capite radios numero VII, qui singuli habent pedes XXII et S.

ad p. 617. 629. Nactus, ut supra dixi, ipsum codicem Matritensem univ. 134 ad narrationem de imperatoribus domus Valentinianae haec deprehendi addenda.

p. 629, 23 utrum *habet cod.* — 31 diui *cod. m. 2.*

ad p. 626. 632 seq. Similiter in chronicis Gallicis a. 511 sive in Sulpicio Severo qui dicitur codice ipso collato haec reperta sunt addenda.

c. 6 CLXII] CLXLII (xl *aliquoties quamquam raro exaratum est forma Hispanica)* — c. 9 patre] parte — c. 11 CXII] CXLII — c. 29 CXXVII] CXLVII — c. 69 Iepte *(omissa littera prima minianda ut passim)* — c. 81 Sanson] Samson — c. 88 XXXI] ann. XXXI — c. 100 Henei] Henee — c. 109 XXIII] XXIIII — c. 206 post reges ann. VII] post leges ann. XII: *corrige vel intellege* post leges latas XII tabularum — c. 238 idololatriam] idolatriam — c. 248 ciuile] ciuilem — c. 249 finius] finnius — c. 265 DCLXVII] DCLXLVII — c. 268 m. XVI] m. VI — c. 271 natiuitas] nativitatis — c. 286 pradicatio] praedicatio — c. 294 defectus solis non in lunae fine contigit] defectus solis non nisi lunae fine contingit — c. 297 profectus] praefectus — c. 298 [G]aius — c. 301 Cai] gaii — c. 309 Felix (*non* fenix) — c. 312 phoenix] fenix — c. 327 regibus] rebus — c. 329 perdidimus] perdidi — c. 330 CCCXXX] post CCCXXX — c. 344 redit (*non* reddit) — c. 351 ac] ad *C*ª — c. 360 Antonius] antoninus — c. 366 primi a aequo] primum a equo — c. 403 $\overline{mr}$ (*non* $\overline{mrs}$) — c. 420 Alamani] alamanni — c. 457 Constantino] constatino — c. 471 uicti] lucti — c. 476 XXIII] XXIIII — c. 485 Pancratius] prancatius — c. 488 Constantinus] constantius — c. 493 Antiochiae] antiochia — c. 512 Valentiano] valentino — c. 567 in Erbasorum] merbasorum — c. 568 Baeticam] bethicam — c. 584 Carthagine] cartagine — c. 621 thurismudus *sine puncto* — c. 622 ab Attilla] ab attila — c. 634 Affram] afram — 649 Rhodanum] rodanum.

ad p. 686—691 paschata adiecta ad laterculum Campanum (N^2) hoc loco indicavimus tantummodo; plene relata invenies p. 749. 750.

ORIGO
CONSTANTINI IMPERATORIS
SIVE
ANONYMI VALESIANI PARS PRIOR

LIBER ADHIBITVS:

B	= codex Berolinensis Phillipps. 1885 saeculi IX.	
B^a	= eiusdem scriptura prior	in locis correctis ab ipso librario.
B^b	= eiusdem scriptura posterior	in locis correctis ab ipso librario.
B^1	= eiusdem scriptura prior	in locis correctis a manu secunda.
B^2	= eiusdem scriptura posterior	in locis correctis a manu secunda.
B^p	= eiusdem scriptura primitiva	in locis correctis, ubi non liqueat utrum librarius ipse an corrector scripturam mutaverit.
B^e	= eiusdem scriptura emendata	in locis correctis, ubi non liqueat utrum librarius ipse an corrector scripturam mutaverit.

In locis postea correctis ubi altera lectio neque adfertur in adnotatione neque adnotatur eam *inc(ertam)* esse, lectio non adlata ea est quam exhibet textus.

(om.) in varia lectione ubi interponitur, significatur proxime praecedens vocabulum solum omissum esse: plura ubi desiderantur, id enuntiatur.

Narrationem quam traditam accepimus sub inscriptione *origo Constantini imperatoris* servavit nobis unus codex saeculi noni (indicem imperatorum Byzantiorum videbimus finire in a. 820), formae quartanae minoris, quem Mettensem credit Bethmannus coniectura omnino, sed fortasse vera. innotuit ex bibliotheca Parisina collegii Iesu Claromontani discerptus eo tempore in duo volumina relata in eius bibliothecae catalogum editum a. 1764 sub n. 627 et 680[1]. prius in catalogo eo adiudicatum nescio quo errore saeculo XVI, foliorum secundum eundem 153 eo tempore non consutorum, hodie cernitur et tripertitum et imminutum: scilicet codicis tum n. 627 partas duae iam 'ex musaeo Petri Dubrowsky' sunt in bibliotheca Petropolitana n. 422 foliorum 28 et n. 327 foliorium 22; pars tertia foliorum 89 itemque alter olim Claromontanus n. 680 foliorum 75 venerunt a. 1764 ad Meermannum signati apud eum n. 821 et 794, a. 1824 ad Phillippsium Middlehillum, postea Cheltenhamium signati n. 1896 et 1885; a. 1887 inlati sunt in bibliothecam regiam Berolinensem. praeter folia antiquitus deperdita desiderantur hodie quaedam ad a. certe 1764 servata: nam tres partes primae cum coniunctae efficiant folia 139, catalogus schedis hisce tribuit folia 153, nec reperitur hodie a quo catalogus incohat fragmentum geographicum. eo libro, cuius partes hodie Petropolitanas mea causa inspexit et descripsit vir egregius Basilius Latyschew, reliquas post Pertzium et Waitzium ipse et Cheltenhami evolvi et Berolini. quaenam contineantur, iam exponemus restituto ordine antiquo, quem ipse liber significat numeratis tam partibus ex ordine quam quaternionibus[2].

(principium deficit)

[op. III] 'fragmentum antiqui geographi' secundum catalogum Claromontanum; hodie aut latet aut periit. secundum supra dicta nisi post a. 1764 alia quoque codicis folia perierunt, explebant geographica haec folia quattuordecim.

cod. Petropolit. 422 f. 1—28.	[op.] IIII sub inscriptione *incipit epitoma ex libris Pompei Trogi* continet Iustini librum primum inscriptum *de regno Assiriorum* et secundum inscriptum *de Scitharum regno.* haec Franciscus Ruehl, qui librum vidit et contulit, in praefatione ad Iustinum p. IX.	quat. IIII (foll. 6). V (foll. 8). VI (foll. 8). VII (foll. 6).

1) Apposui catalogi bibliothecae Claromontanae editi a. 1764 duorum voluminum descriptionem. — Cod. DCXXVII. 'Cod. membranaceus in 8° (folia complectens 153) saeculo XVI [sic] exaratus ac non com'pactus. ibi continentur I. fragmentum antiqui geographi. II. excerptum ex libris Trogi Pompei tribus [sic] 'foliis comprehensum [Petropol. 422]. III. Eutropii historiae Romanae liber primus [Petropol. 327]. IV. Ior'danis sive Iornandis episcopi de summa temporum ab origine actibusque gentis Romanorum [Berol. 1896 'f. 1—30]. V. Origo gentis Getarum ex libris Iornandis excerpta [Berol. 1896 f. 31—38]. VI. fragmentum 'commentarii Hieronymiani in Danielem [Berol. 1896 f. 39—58]. VII. chronologia dynastiarum per Anonymum '[Berol. 1896 f. 61—82]. VIII. excerptum e chronicis Eusebii [fortasse Berol. 1896 f. 83 sq.].' — Cod. DCLXXX. 'Codex membranaceus in 4° minori (constans foliis 75) saec. IX exaratus. ibi continentur I. Isidori Hispa'lensis historia Gothorum, Vandalorum et Suevorum. II. Anonymus de gestis Constantini Magni. III. Excerpta 'ex chronicis incertis de rebus Zenonis et Anastasi: imperatorum nec non Theodorici regis. IV. Excerpta ex 'aliis chronicis de rebus Iustiniani et Francorum usque ad Carolum Martellum'. 2) Numeri uncis quadratis inclusis non leguntur in codice.

cod. Petropolit. 327 f. 1—22. — [op.] V sub inscriptione *Eutropi ui historiarum Romanorum liber primus incipit* sequuntur excerpta ex eius breviarii l. I—VII ea quae secundum eundem Ruehlium recenset Droysen in praef. p. XIV. — quat. VIII (foll. 8: prima pagina vacat). VIIII (foll. 8). [X] (foll. 6: ultimi pars inferior abscisa est).

cod. Berol. 1885 f. 1—29. — [op.] VI (antea videtur fuisse V) Isidorus de laude Spaniae et de origine Gothorum
[op.] VII Isidorus de origine Wandalorum et de origine Sueborum — quat. XI (antea vid. fuisse XXI; foll. 7; pagina prima vacat). XII (antea vid. fuisse XXII; foll. 8). XIII (foll. 7). [XIIII] (foll. 7; paginae paenultimae pars et ultima tota vacant).

cod. Berol. 1896 f. 1—38 — [op.] VIII Iordanes de summa temporum = quat. XV (fol. 8, pagina prima vacat). XVI (foll. 8). XVII (foll. 6). XVIII (fol. 6). XVIIII (foll. 2). Cf. editionem meam praef. p. LVIII.
[op.] VIIII ex Iordane de origine gentis Getarum excerpta = quat. XX (foll. 8). Cf. editionem meam l. c.

cod. 1885 f. 37—49 — Anonymi Valesiani pars altera (c. 36 — fin.) = q. XXI (fol. 1 singulare; in fine notatur ‖XXI). XXII (foll. 8). XXIII (foll. 4; desinit Anonymus in pagina tertia).
ex libro dialogorum sancti Gregorii papae l. 4 c. 30 a verbis *Iulianus namque* ad finem capitis *iniuste indicavit* = q. XXIII (in binionis paginis quarta et quinta; sexta vacat).
ex Iordanis Geticis c. 45,241 *qui Orestes* ad 46,243 *Theoderichi praesentiam* = q. XXIII (in binionis pagina septima et octava, cuius pars ima vacat).

cod. 1885 f. 50—75 — [op.] X ex Pauli historia Langobardorum sub inscriptione *item ex alia historia* = q. XXIIII (foll. 8). XXV (foll. 8). XXVI (foll. 8). XXVII (foll. 2; paenultima pagina fere tota et tota ultima vacant). Cf. Waitz scr. rer. Lang. praef. p. 38. interdum adduntur quaedam, ut 1,25 post *Iustinianus* sequitur *Iustini ex sorore nepos.*

cod. 1896 f. 39—60 — [op.] XI *opus excerptum ex comento Hyeronimi in Danihelem prophetam.* excerpta non continua incipiunt *ad intellegendas autem extremas partes Danihelis* (vol. 5 p. 622 Vall.), finiunt p. 694 in verba *dicta sunt derelinquens* = q. XXVIII (foll. 8). XXVIIII (foll. 8). [XXX] (foll. 6, finiunt in f. quarti pagina recta, quae ex parte vacat).
excerpta ex libro regum non continua: incipiunt I 14, 25 verbis *in anno quinto regni Roboam,* finiunt II. 25, 7 verbis *et adduxit eum in Babylonem* (in dicti ternionis folii quarti versa et quinto et sexti recta; versa vacat).

cod. 1896 f. 61—82 et 1885 f. 30 recto — [op.] XII excerpta ex chronicis Hieronymianis. praemittuntur quattuor paginis haec: *primus omnis Asiae exceptis Indis regnavit Ninus* (quod est chronicorum principium) ad *primus singulare arripuit imperium olymp. CLXXXIIII* (a. Abr. 1968): sequuntur sub praescriptione *excerptum ex chronica Eusebii* capita numeris excepto primo distincta haec: *primus omnis Asiae* (ut supra) — *regnum Assyriorum II* — *regnum Hebreorum III* — *regnum Israhelitarum id est decem tribuum IIII* — *regnum Aegyptiorum V* — *regnum Asyae et Syriae VII,* finiens in verbis *Egyptum transmigrans in Eliopatana* (a. Abr. 1857) = qu. XXXI (foll. 6). $\frac{\text{XXXII}}{\text{I}}$ (foll. 8). $\frac{\text{XXXIII}}{\text{II}}$ (foll. 8); desiderantur deinde folia tria, quibus

cod. 1896 f. 61—82 et 1885 f. 30 recto

continebantur (ut colligitur ex simillimo Vaticano Palatino 927) regna Atheniensium VIII, Sicyoniorum IX, Argivorum X, Mycenarum XI, Lacedaemonorum XII, Corinthiorum XIII; adest in folio hodie 30 cod. 1885, quod quae sequuntur ostendunt fuisse quaternionis XXXIIII quartum, Lydiorum regnum adscripto numero XIII, finiens in verba *Lyddorum regnum destructum, quod stetit ann. CCXXX* (a. Abr. 1469): pars inferior vacua est.

cod. 1885 f. 30'—36

[op.] XV (qui numerus errore librarii relatus est non ad opuscula in volumen recepta, sed ad regna Hieronymiana) Anonymi Valesiani pars prior c. 1—35 = q. XXXIIII (tribus ut dixi deperditis iam ff. 5 hodie singularium omnium). [XXXV] (ff. 2 rescriptis). Narratio cum recte procedat, foliorum omnium locus uno quod numerum habet determinatur.

(deficit folium unum plurave)

cod. 1896 f. 83—89

[op. XVI] ex Isidori originibus (l. V c. 39) excerpta chronica initio mutila continuata primum ad Leonem Isauricum (716—741), deinde ab eadem ut videtur manu, sed atramento diverso ad Leonem Armenium (813—820): q., cum inter cod. 1885 f. 36 et 1896 f. 83 excidisse videatur quaternio vel binio unus integer, fortasse [XXXVII], cuius quae supersunt folia septem ultimo deperdito, ea sic cohaerent vel cohaeserunt:

83 84 85 86 87 88 89 ...

horum prima tria chronica Isidoriana continent.

[op.] XV[II][1]) eiusdem Isidori l. IX c. 3 inscriptum *de regnis militiaeque vocabulis*, a capitis principio ad § 37: *sexto decimo anno tyrones* = q. eiusdem quattuor fol. cohaerentibus cum iis quae praecedunt.

Narratio haec de Constantino primo alteraque de Theoderico servatae utraque in collectaneis historicis saeculi noni iis de quibus modo exposuimus et traiectis codicis foliis casu coniunctae ita, ut Constantiniana priorem locum teneret, Theodericiana posteriorem, simul prodierunt primum Parisiis a. 1636 subiunctae Ammiano ad codicem hunc repertum ab Iacobo Sirmondo et ab eo communicatum cum Henrico Valesio, a quo nomen traxerunt Anonymi Valesiani. repetiverunt eas et frater Henrici Hadrianus Valesius ad alteram Ammiani editionem impressam Parisiis a. 1681 codice retractato et reliqui fere Ammiani editores. librum post Valesios latentem denuo repperit in bibliotheca Phillippsiana Georgius Pertz contulitque cum editione et pristinam duorum voluminum coniunctionem et ordinationem probe agnovit. recognita a Francisco Ruehl, qui de parte Theodericiana diligenter egit in actorum societatis philologicae Lipsiensis volumine quarto (1875 p. 368 seq.). nuperrime recensuit Valesiana haec Victor Gardthausen post Ammianum editum a. 1874 5. narrationes duas quamquam qui primus edidit Henricus Valesius recte intellexit nullo modo coniungendas esse et ne in codice quidem vere continuari (nam praescripsit parti alteri: *et post multa quae nihil scitu dignum continebant sequebantur haec in ms.*), nihilominus coniunctio earum falsa specie sua multos decepit. propterea nos eam sustulimus et Theodericiana reservata hoc loco damus Constantinianam solam.

In hac narratione quae adsunt redeuntia apud Orosium c. 8 (?). 20. 29. 33. 34. 35 Franciscus Goerres (in ann. phil. Fleckeisenianorum vol. 111 = 21 a. 1875 p. 201 seq.) contendit vere huius auctoris esse ab Orosio compilata, perperam omnino. nam cum ut leguntur apud Orosium, tenori eius narrationis recte conveniant, in hac e contrario ad-

1) Notae parum distinctae sunt, sed secunda magis videtur fuisse V quam II.

sunt imperfecta et perturbata et ut quaedam vix intellegantur (v. p. 10. 17. item p. 10. 30 Orosianum *annis admodum paucissimis* inepte breviatum in *admodum;* item p. 10. 34). nec magis qui haec scripsit Orosium et tempore et virtute longe antecedens eius compendium compilavit: immo haec ab auctore aliena sunt inserta post tempus ab epitomatore opinor eo ipso, qui narrationem in rerum gestarum syllogen rettulit, cum non solum male repetantur in Orosianis his in ipsa relatione iam narrata, ut de bello Gothico c. 34 redeunt dicta c. 31, sed etiam contraria ei ponantur, ut Licinii caedem primarius auctor c. 29 ait concessam esse militibus efflagitantibus, Orosiana autem a Constantino decretam esse volunt, ne depositam purpuram denuo sumeret; item Constantinum obiisse scribit primarius auctor in suburbano Constantinopoli, Orosius in villa publica iuxta Nicomediam. neque raro medii aevi librarii eiusmodi interpolationes admiserunt, ut infra videbimus in simillimo corpore cod. Vat. Pal. 927 reperiri chronica Theodericiana aucta excerptis ex Geticis Iordanis. hisce demptis et respectu habito mutationum narrationis primitivae interpolationis huius consectanearum (v. p. 8, 5) tenemus narrationem auctoris ut nobis ignoti, ita optimi et Ammiano neque aetate neque auctoritate inferioris, quem item probabile est scripsisse ante tempora absolute Christiana; nam ad eam religionem quae pertinent, continentur omnia Orosianis modo tractatis. accedit, qua de re alibi monui edens notitiam provinciarum Veronensem (act. maior. acad. Berol. a. 1862 p. 497), quod Illyricum Occidentis postea dictum apud eum c. 9 antiquiore vocabulo Pannonia appellatur, item quod sub Orientis nomine c. 5. 18. 35 comprehenditur Aegyptus.

Epitomatorem, qui egregii operis deperditi partem hanc nobis servavit, verisimile est in exscribendo eo ab interpolatione non abstinuisse; certe p. 7, 12 dittographiae *ante pedes* et *sub pedes,* item p. 10, 22 alterius *thesauros* et *regias facultates* adsunt indicia et p. 8, 29 narratio de Bassiano corrupta est non tam librarii socordia quam semidocta reconcinnatione. praeterea in emendatione, quam codex unicus subiit, cautela opus est, nam a primo librario quae proficiscuntur ut in universum fidem merentur, quod infra dicendum erit de chronicis Theodericianis similiter traditis, secundae manus mutationes ad arbitrium factas grammatistae esse auctorem reformantis, pariter obtinet de hisce Constantinianis.

Orthographica et nominum propriorum omnia et reliqua graviora in apparatum rettuli, in his quod sine dubio redit ad epitomatorem in casibus obliquis declinationis secundae *-o* pro *-um* (p. 7, 9. 8, 20. 24. 9, 6. 9) et *-um* pro *-o* (8, 22. 27). reliqua in eum non relata, ne inutilia legentem morarentur, haec sunt:

ae et *e:*
- *e* pro *ae: cesarem* 10. 2 — *precepti* 8. 6 — *preses* 7. 3 — *seviebat* 9. 27.
- *ae* pro *e* in fine vocabuli: *diae* 10, 11 — *magnificae* 7, 8 — *maximae* 10, 8 — *quae* 8, 34 — *quaestus* 9, 24 — *rabiae* 9, 19 — item *aequus* et sim. 7, 13. 9, 1 bis. 2. 3.

b et *u: liudine* 9, 27.
c et *t: diuicias* 10, 22.
d et *t: capud* 7, 21,
e et *i: dioclitianus* semper.
h omissa: *abuit* 7. 5 — *odiernum* 10, 34 — *tesauris* 10, 6.
o et *u: nepus* 7, 2 — *preturiani* 7, 22.
pos = post 7, 9.
geminatio male omissa: *clas-* 10. 3. 4 — *egresus* 7. 18 — *feratorum* 9. 3 — *milessimus* 10. 33 — *opressa* 10. 5 — *posideret* (em.) 9. 15 — *rediderunt* (em.) 9, 24.
geminatio male admissa: *milessimus* 10, 33 — *famme* (em.) 10. 25 — *orriginis* 7, 23.

ORIGO CONSTANTINI IMPERATORIS.

Diocletianus cum Herculio Maximiano imperavit annos XX. **1.** 1

Constantius, divi Claudi optimi principis nepos ex fratre, protector primum, inde
tribunus, postea praeses Dalmatiarum fuit. iste cum Galerio a Diocletiano Caesar
factus est. relicta enim Helena priore uxore filiam Maximiani Theodoram duxit uxorem,
ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit[1]. sed de priore uxore Helena filium
iam Constantinum habuit, qui postea princeps potentissimus fuit.

Hic igitur Constantinus, natus Helena matre vilissima in oppido Naisso atque **2.** 2
eductus, quod oppidum postea magnifice ornavit, litteris minus instructus, obses apud
Diocletianum et Galerium, sub iisdem fortiter in Asia militavit. quem post depositum
imperium Diocletiani et Herculi Constantius a Galerio repetit: sed hunc Galerius obiecit
ante pluribus periculis. Nam et in Sarmatas iuvenis equestris militans ferocem barbarum 3
capillis tentis raptum ante pedes Galerii imperatoris adduxerat. deinde Galerio mittente
per paludem equo ingressus suo viam ceteris fecit ad Sarmatas, ex quibus plurimis
stratis Galerio victoriam reportavit. Tunc eum Galerius patri remisit. qui ut Severum 4
per Italiam transiens vitaret, summa festinatione veredis post se truncatis Alpes trans-
gressus ad patrem Constantium venit apud Bononiam, quam Galli prius Gesoriacum
vocabant. post victoriam autem Pictorum Constantius pater Eboraci mortuus est et
Constantinus omnium militum consensu Caesar creatus.

Interea Caesares duo facti Severus et Maximinus: Maximino datum est Orientis **3.** 5
imperium: Galerius sibi Illyricum, Thracias et Bithyniam tenuit. Severus suscepit Italiam
et quicquid Herculius obtinebat. Postquam vero Constantius in Brittania mortuus est et 6
Constantinus filius successit, subito in urbe Roma praetoriani milites Maxentium filium
Herculi imperatorem crearunt. sed adversum Maxentium iussu Galeri Severus duxit
exercitum. qui repente ab omnibus suis desertus est et Ravennam fugit. dehinc
Galerius cum ingentibus copiis Romam venit minatus civitatis interitum et castra
Interamnae ad Tiberim posuit. Tunc legatos ad urbem misit Licinium et Probum, per 7
conloquium petens, ut gener apud socerum, id est Maxentius apud Galerium precibus
magis quam armis optata mercaretur. qui contemptus agnovit promissis [motos multos]

B

1) *Similiter Eutropius 9, 22 (inde Hieronymus a. Abr. 2307):* Constantius per filiam nepos Claudi traditur .... privignam Herculi Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit. *Constantius natus ex Claudia filia Crispi, qui Crispus frater fuit Claudii imperatoris, recte dicitur Claudii fratris vel ex fratre nepos, male nepos per filiam, possisque conicere Eutropium pendere ab Anonymo.*

1 dioclitanus *B* an *B et sic deinceps, ubi* annos *dedimus* 2 claudii B^{e} inde tribunus] in tribus *B*, exin tribunus *Henr. Valesius,* tum tribunus *Zangemeister* 3 gallerio *B* dioclit- *(et sic deinceps) B* 4 ***elena *B* maximiano B^{1} 6 pontentissimus *B* 7 naiso *B* 8 eductus] etactos B^{1} intructus *B* 9 dioclitiano B^{1} gallerium B^{p} sub iisdem] *Henr. Valesius,* sed his enim *B* 10 herculi* B^{p}, herculii B^{e} 12 pedes] *Ruehl,* pedes sub *B*, pedes supplicem *Henr. Valesius* 13 paulumdem B^{p} 15 festinationem *B* se] re *B* truccatis *B* 16 gesumacon *B* 17 uocabat B^{p} pictagorum *B* euorai *B* 20 hyliri cum B^{e}, hyricum B^{p} trachias *B* bythiniam *B* seuerus] reuersus *B* 21 obtinebit B^{1} 23 iusso B^{1} dixit *B* 24 ab] am B^{p} rauenna figit B^{1} 25 gallerius *B* ciuitati *scr.* 26 interramnae ac tib. *B* 27 id est] idem *B* 28 motos multos suorum] *scripsi, (post spat. vac. quinque fere litt.)* uirorum *B*

suorum Maxenti partes suas deseruisse. quibus perturbatus retro versus est et ut
8 militi suo praedam quamcumque conferret, Flaminiam iussit auferri. Ille ad Con-
stantinum refugit. tunc Galerius in Illyrico Licinium Caesarem fecit. deinde illo in
Pannonia relicto ipse ad Serdicam regressus morbo ingenti occupatus sic distabuit,
ut aperto et putrescenti viscere[1]) moreretur in supplicium persecutionis iniquissimae, ad
auctorem scelerati praecepti iustissima poena redeunte. imperavit annos XVIIII.
4. 9 Severus Caesar ignobilis et moribus et natalibus, ebriosus et hoc Galerio amicus.
hunc ergo et Maximinum Caesares Galerius fecit Constantino nihil tale noscente. huic
Severo Pannoniae et Italiae urbes et Africae contigerunt. quo casu Maxentius factus
10 est imperator: nam desertus Severus a suis fugit Ravennam. Pro Maxentio filio
evocatus illuc venit Herculius, qui per peiiurium Severum deceptum custodiae tradidit
et captivi habitu in urbem perduxit et in villa publica Appiae viae tricensimo miliario
custodiri fecit. postea cum Galerius Italiam peteret, ille iugulatus est et deinde relatus
11 ad octavum miliarium conditusque in Gallieni monumento. Igitur Galerius sic ebriosus
fuit, ut, cum iuberet temulentus ea quae facienda non essent, a praefecto admonitus
constituerit, ne iussa eius aliquis post prandium faceret.
12 Interea Constantinus apud Veronam victis ducibus tyranni Romam petiit. cum
autem ad urbem Constantinus venisset, egressus ex urbe Maxentius campum supra
Tiberim, in quo dimicaret, elegit. ubi victus fugatis omnibus suis inter angustias arcentis
populi periit, equo praecipitatus in fluvium. postera die corpus ipsius levatum flumine
et caput eius incisum in urbem perlatum est. de cuius origine mater eius, cum quae-
situm esset, Syro quodam genitum esse confessa. imperavit annos [VI].
5. 13 Licinius itaque ex nova Dacia vilioris originis a Galerio factus imperator velut
adversum Maxentium pugnaturus. sed oppresso Maxentio cum recepisset Italiam Con-
stantinus, hoc Licinium foedere sibi fecit adiungi, ut Licinius Constantiam sororem
Constantini apud Mediolanum duxisset uxorem. nuptiis celebratis Gallias repetit Con-
14 stantinus Licinio ad Illyricum reverso. Post aliquantum deinde temporis Constantium
Constantinus ad Licinium misit, persuadens ut Bassianus Caesar fieret, qui habebat
alteram Constantini sororem Anastasiam, ut exemplo Maximiani inter Constantinum [et]
15 Licinium Bassianus Italiam medius optineret. Et Licinio talia frustrante per Senicionem
Bassiani fratrem, qui Licinio fidus erat, in Constantinum Bassianus armatur. qui tamen
in conatu deprehensus Constantino iubente convictus et stratus est. cum Senicio auctor
insidiarum posceretur ad poenam, negante Licinio fracta concordia est: additis etiam
causis quod apud Emonam Constantini imagines statuasque deiecerat. bellum deinde
16 apertum convenit ambobus. Utriusque ad Cibalensem campum ductus exercitus. Licinio

B

1) *cf. Orosius 7, 28, 12:* putrescente introrsum pectore et visceribus dissolutis.

1 deseruisset *B* 2 milite *B* quam umque B^p *[?]* flamminiam M^p, flamminia M^e auferri] uastari *Zangemeister, possis item conicere* res per flaminiam i. a.: *cf. Lactantius de mort. persec. 27:* dedit militibus potestatem, ut dispersi quam latissime diriperent omnia uel corrumperent, ut si quis insequi vellet utensilia non haberet. 3 yllirico *B* iaesarem B^p 4 ingenti] *malim* inguinis *cf. Eusebius h. e. 8, 16: περὶ τὰ μέσα τῶν ἀποῤῥήτων τοῦ σώματος; Victor ep. 40, 4:* consumptis genitalibus distibuit B^e 5 putrescendi *B* ad] aut *B* 7 innobilis B^p 9 contingerunt *B* casu] *scripsi*, caesar *B* 11 herculis B^p peiurium] *B*, periurium *edd.* 12 urbe *B* uilla] *Henr. Valesius*, uia *B* trincensimo *B* 13 custodire *B* 14 galieni *B* 15 faciendo *B* 17 uerona *B* 18 supram *B* 19 uinctus *B* fugati B^1 arcentes *B*: *fortasse scr.* urgentis: ruentis *Zangemeister* 20 pricipitatus *B* fluuio *B* 21 incisum] *scr.* recisum urbem] B^p, urbe B^e 22 syrum *B* annos VI] *Henr. Valesius*, an *B* 23 datia *B* 24 aduerso B^1 25 adiungit B^p sorore *B* 27 licinium ad yllirieum reuersum *B* 28 misi B^p basianus *B* 29 anestasiam *B* Maximiani inter Constantinum et Licinium Bassianus] *scripsi*, diocliciani et maximiani inter constantinum licinium et basianum *B* 30 frustante *B* senitionem basiani *B* 31 licinio] *Hadr. Valesius*, uicino *B* constantino B^1 basianum B^a 32 sinicius *B* 33 facta *B* 34 aemonam *B* imagine *B* 35 nibalense *B* campus B^a exercitum *B*

XXXV milia peditum et equitum fuere: Constantinus XX milia peditum [et] equitum
duxit. caesis post dubium certamen Licinianis viginti peditum milibus et equitum
ferratorum parte Licinius cum magna parte equitatus noctis auxilio pervolavit ad
Sirmium. Sublata inde uxore ac filio et thesauris tetendit ad Daciam. Valentem 17
ducem limitis Caesarem [fecit.] inde apud Hadrianopolim Thraciae civitatem per Valentem
collecta ingenti multitudine legatos ad Constantinum de pace misit apud Philippos
constitutum. quibus frustra remissis iterum reparato bello in campo Mardiense ab
utroque concurritur et post dubium ac diuturnum proelium Licini partibus inclinatis
profuit noctis auxilium. Licinius et Valens credentes Constantinum, quod et verum 18
erat, ad persequendum longius ad Byzantium processurum, flexi in partem Beroeam
concesserunt. ita Constantinus vehementer in ulteriora festinans deprehendit Licinium
remansisse post tergum. fatigatis bello et itinere militibus missus deinde Mestrianus
legatus pacem petiit, Licinio postulante et pollicente se imperata facturum. denuo,
sicut ante, mandatum est Valens privatus fieret: quo facto pax ab ambobus firmata
est, ut Licinius Orientem Asiam Thraciam Moesiam minorem Scythiam possideret.
Deinde reversus Serdicam Constantinus hoc cum Licinio absente constituit, ut filii Con- 19
stantini Crispus et Constantinus, filius etiam Licini Licinius Caesares fierent et sic
ab utroque concorditer regnaretur. itaque Constantinus et Licinius simul consules
Orosius 7.28,18 facti. *In Orientis partibus Licinio Constantino [consulibus] repentina rabie suscitatus* 20
Licinius omnes Christianos a palatio iussit expelli. mox bellum inter ipsum Licinium
et Constantinum efferbuit. Item cum Constantinus Thessalonica esset, Gothi per 21
neglectos limites eruperunt et vastata Thracia et Moesia praedas agere coeperunt.
tunc Constantini terrore impetu represso captivos illi inpetrata pace reddiderunt. sed
hoc Licinius contra fidem factum questus est, quod partes suae [ab] alio fuerint
vindicatae. Deinde cum variasset inter supplicantia et superba mandata, iram Con- 22
stantini merito excitavit. per tempora, quibus nondum gerebatur bellum civile,
sed item parabatur, Licinius scelere avaritia crudelitate libidine saeviebat, occisis ob
divitias pluribus, uxoribus eorum corruptis. Rupta iam pace utriusque consensu 23
Constantinus Caesarem Crispum cum grandi classe ad occupandam Asiam miserat,
cui de parte Licinii similiter cum navalibus copiis Amandus obstabat. Licinius vero 24
circa Hadrianopolim maximo exercitu latera ardui montis impleverat. illuc toto agmine
Constantinus inflexit. cum bellum terra marique traheretur, quamvis per arduum suis
nitentibus, at tamen disciplina militari et felicitate Constantinus Licini confusum et sine
ordine agentem vicit exercitum, leviter femore sauciatus. Dehinc fugiens Licinius 25
Byzantium petit: quo dum multitudo dissipata contenderet, clauso Byzantio Licinius ob-

---

B

AB A. 312 IN ANNOS CENTVM.

Nullo titulo praescripto fastis consularibus Chronographus a. 354 subiecit laterculum paschalem incipientem ab a. 312, scilicet eo, ut in priore editione Chronographi p. 579 observavi, quo Constantinus devicto Maxentio Christianis urbis Romae religionis liberum arbitrium publice permisit, continuatum, ut significat subscriptio, in annum centesimum sive 411, ut paschatum dies explerentur, consulibus futuris inscribendis spatia paterent. et continuatus est laterculus iusto modo per annos quattuor ad 358, deinde omissis consulibus annorum 359—367 aliisque erroribus commissis supplementa adiecta sunt perturbata finientia in consulatu a. 410 semipleno. de legibus, ad quas ordinator laterculi paschata computarit, quae olim disputavi (ed. Chronographi a. 1850 p. 572 seq.) non repeto utpote ab hoc loco aliena; errores librariorum quos tum deprehendere mihi videbar in apparatu indicavi.

	p. Chr.				
I p. 38	312. b.	Constantino II	et	Licinio II	idus Apr.
	313.	Constantino III	et	Licinio III	III kal. Apr.
	314.	Valeriano	et	Anniano	XIIII kal. Mai.
	315.	Constantino IV	et	Licinio IIII	III idus Apr.
	316. b.	Sabino	et	Rufino	VIII kal. Apr.
	317.	Gallicano	et	Basso	XVIII kal. Mai.
	318.	Licinio V	et	Crispo	VIII idus Apr.
	319.	Constantino V	et	Licinio	IIII kal. Apr.
	320. b.	Constantino VI	et	Constantino	III idus Apr.
	321.	Crispo II	et	Constantino II	IIII non. April.
	322.	Probiano	et	Iuliano	VIII kal. Apri.
	323.	Severo	et	Ruffo	VII idus Apr.
	324. b.	Crispo III	et	Constantino III	IIII kal. Apr.
	325.	Paulino	et	Iuliano	XIIII kal. Mai.
	326.	Constantino VII	et	Constantio	III idus Apr.
	327.	Constantio	et	Maximo	VII kal. Apr.
	328. b.	Ianuarino	et	Iusto	XVIII kal. Mai.
	329.	Constantino VIII	et	Constantino IIII	VIII idus Apr.
	330.	Gallicano	et	Symaco	III kal. Mai.
	331.	Basso	et	Ablavio	III idus Apr.
	332. b.	Pacatiano	et	Hilariano	IIII non. Apr.
	333.	Dalmatio	et	Zenofilo	XVII kal. Mai.
	334.	Optato	et	Paulino	VII idus Apr.

V(indobonensis) B(ruxellensis)

312 III idus *B* 313 kl. *pro* kal. *V aliquoties* *scr.* IIII kal. *(sic corr. in B)* ap *vel* april *plerumque, raro* apri *vel* ap *B* 315 *scr.* IIII idus 317 XIIII kal. *V* 320 *scr.* IIII id. 323 rufo *B* 325 XVIII kal. *V* 326 *scr.* IIII idus 328 Ianiarino *V* XVIIII *B* 329 constantino] constantin *V* 330 symmaco *B* *scr.* XIII kal. *(et sic corr. in B

	p. Chr.					
	335.	Constantio	et	Albino	III kal. Apr.	
	336. b.	Nepotiano	et	Facundo	XIIII kal. Mai.	
V f. 59	337.	Feliciano	et	Titiano	III non. Apr.	
	338.	Urso	et	Polemio	VIII kal. Apri.	
	339.	Constancio II	et	Constante	XVII kal. Mai.	
	340. b.	Acyndino	et	Proculo	III kal. Apr.	
	341.	Marcellino	et	Probino	XIII kal. Mai.	
	342.	Constancio III	et	Constante II	III idus Apr.	
	343.	Placido	et	Romulo	III non. Apr.	
	344. b.	Leontio	et	Sallustio	XVII kal. Mai.	
	345.	Amantio	et	Albino	VII id. Apri.	
	346.	post Amantio	et	Albino	III kal. Apr.	
	347.	Rufino	et	Eusebio	pri. id. April.	
	348. b.	Filippo	et	Salia	III non. Apr.	
	349.	Limenio	et	Catulino	VI kal. Apr.	
	350.	Sergio	et	Nigriniano	XVII kal. Mai.	
	351.	post Sergio	et	Nigriniano	prid. kal. Apr.	
	352. b.	Constantio V	et	Constantio iun.	XI kal. Mai.	
	353.	Constantio VI	et	Constantio II	III id. Apr.	
	354.	Constantio VII	et	Constantio III	VI kal. Apr.	
	355.	Arbitione	et	Lolliani	XVI kal. Mai.	
	356. b.	Constantio VIII	et	Iuliano I	VII id. Apr.	
	357.	Constantio VIIII	et	Iuliano II	III kal. Apr.	
	358.	Datiano	et	Caereale	prid. idus Apr.	
	368.	Valentiniano	et	Valente II	prid. non. Apr.	359.
	369. b.	Valentiano novili	et	Victore	XVI kal. Mai.	360.
	370.	Valentiniano III	et	Valente III	VI id. Apr.	361.
	371.	Gratiano II	et	Provo	VI id. Apr.	361[b].
	372.	Modesto	et	Arintheo	XVI kal. Mai.	355[b].
	373. b.	Valentiniano IIII	et	Valente IIII	VII idus Apr.	356[b].
	374.	Gratiano III	et	Equitio	III kal. Apr.	357[b].
	375.	p. c. Gratiani III	et	Equiti	II id. Apr.	358[b].
	376.	Valente V	et	Valentiniano Caes. iun.	prid. non. Apr.	359[b].
	377. b.	Gratiano IIII	et	Merobaude	XVI kal. Mai.	360[b].
V f. 59'	378[a].	p. c. Gratiani	et	Merobaudes	VI id. April.	361[c].
	378[b].	Valente VI	et	Valentiniano iun.	prd. kal. Apr.	362.
	379.	Olibrio	et	Ausonio	XII kal. Mai.	363.
	380. b.	Gratiano V	et	Theodosio	prid. non. Apr.	364.
	381.	Syagrio	et	Eucerio	VI kal. Apr.	365.
	382.	Antonio	et	Euagrio	XVI kal. Mai.	366.
	383.	Saturnino	et	Syagrio	kal. Apr.	367.
	384. b.	Ricomede	et	Clearco	XII kal. Mai.	368.
	385.	Arcadio	et	Bautone	prid. id. April.	369.

V(*indobonensis*) B(*ruxellensis*)

338 *scr.* VII kal. 339. 342 constantio *B* 345 idus (*et sic fere constanter*) *B* 349 *scr.* VII kal. 350. 351 nigriano *V* 351 pri (*et sic plerumque*) *B* 352 *scr.* XIII kal. Mai. 355 lolliani *BV* 358 caereali *V* 368 *sic VB* 369 valentiniano nouilis *B* XVI idus apr. *V* 370 ualentiniano III] ualentiniano *V* 371 probo *B* VI *ex* XIII *corr. B* 372 arino *V* 373 ualente IIII] ualente *V* 375 post gratiano III et equitio *V* 376 caes. *om. V* 377 IIII] III *B* 378[a] post gratiano *V* 380 gratiano VI *V* 385 archadio *B* bautone *V*

p. Chr.					
386.	Onorio	et	Evodio	v kal. Apr.	370.
387.	Valentiniano II	et	Eutropio	xv kal. Mai.	371.
388. b.	Theodosio II	et	Cinegio	VI idus Apr.	372.
389.	Timasio	et	Promoto	VIII kal. Apr.	373.
390.	Valentiniano IIII	et	Neoterio	id. Apr.	374.
391.	Taciano	et	Symmacho	non. Apr.	375.
392. b.	Arcadio Aug. II	et	Rufino	VI kal. Apr̄.	376.
393.	Theodosio Aug. III	et	Abundantio	XVI kal. Mai.	377.
394.	Arcadio Aug. III	et	Honorio Aug. II	kal. Apr.	378.
395.	Olibrio	et	Probino	XI kal. Mai.	379.
396. b. VI	Arcadio Aug. IV	et	Honorio Aug. III	prid. id. April.	380.
397.	Caesario I	et	Attico	VI kal. Apr.	381.
398.	Honorio Aug. IIII	et	Eutychiano	XV kal. Mai.	382.
399.	Eutropio	et	Theodoro	v id. Apr.	383.
400. b. VI	Stilichone	et	Auriliano	VIII kal. Apr.	384.
401.	Vincentio	et	Fravio	idus Apr.	385.
402.	Arcadio Aug. v.	et	Honorio Aug. v	non. Apr.	386.
403.	Theodosio Aug.	et	Rumorido	XIIII kal. Mai.	387.
404. b. VI	Honorio VI	et	Aristenito	v id. April.	388.
405.	Stilichone II	et	Anthemio	kal. Apr.	389.
406.	Arcadio VI	et	Probo	XI kal. Mai.	390.
407.	Theodosio II	et	Honorio VII	VIII id. Apr.	391.
408. b.	Basso	et	Philippo	v kal. Apr.	392.
V [illegible] 409.	Theodosio III	et	Honorio VIII	XV kal. Mai.	393.
410.	Varana	et		IIII non. Apr.	394.
				VII kal. Apr.	395.
b.				idus Apr.	396.
				non. Apr.	397.
				XIII kal. Mai.	398.
				III id. Apr.	399.
b.				kal. Apr.	400.
				XVII kal. Mai.	401.
				VII idus Apr.	402.
				III kal. Apr.	403.
b.				IIII idus Apr.	404.
				IIII non. Apr.	405.
				VII kal. Apr.	406.
				XVIII kal. Mai.	407.
b.				IIII non. Apr.	408.
				XIIII kal. Mai.	409.
				IIII idus Apr.	410.
				VII kal. Apr.	411.

Anno centesimo.

V(indobonensis) B(ruxellensis)

386 honorio *B* 387 II. III *B* 388 cynegio *B* *scr.* pr. kal. 391 tatiano *B* 396 agu. IIII et *B*, aug. II et *V* aug. III *om. V* 397 *scr.* v kal. 398 XVI kal. *B* 400 aureliano *B* *scr.* VIIII kal. 401 stranito *B* 403 aug. I et *V* 404 arestenico *V* 405 stilicone *B* kal. *bis B* 407 qI *B, om. V* 408. 409. 410 *consules om. V* *in paschalibus* 395 *scr.* VIII kal. 398 *scr.* XIIII kal. *et sic corr. in B* 399 *scr.* IIII id. *et sic corr. in B* 401 *scr.* XVIII 402 *om. Z, scr.* VIII id. 403 *scr.* IIII kal. *inter* 403 *et* 404 *vacat versus in B* 406 *scr.* VIII kal. 408 *scr.* IIII kal. apr. *et sic corr. in B*

X.

PRAEFECTI VRBIS ROMAE

AB A. P. CHR. 254 AD A. 354.

Quod praefectorum urbis Romae index ab a. 254 incipit. depositionum episcoporum ab anno sequente. etiam ipsorum episcoporum laterculus ab eo inde anno diversum auctorem prae se ferre videtur. iure Rossius (*Roma sott.* 2 p. VI) casu factum esse negavit, non recte statuit eo tempore Christianorum in urbe Roma corpore publice agnito episcopos nomina dedisse apud praefectos et indicem utrumque ex actis praefecturae proficisci. nam parum convenit Valeriani temporibus eiusmodi consensus inter urbis magistratus urbanos et episcopos Christianos et, quod Rossius ipse perspexit, adsunt praefecti etiam per annos persecutionis Diocletianae, quo tempore certe eiusmodi communio nulla fuit. neque opus est coniectura tantae audaciae. scilicet cui episcopii urbani tabulae a medio saeculo tertio patebant, ut Chronographo huic patuisse nemo negare potest, praeter instrumenta ea, unde depositiones episcoporum et laterculum eorum excerpsit, in eodem tabulario ecclesiastico etiam praefectorum indicem reperisse potest clericis si non necessarium, certe utilissimum. omnino cum de episcopis Romanis quae in hoc libro referuntur non omnia sumi potuerint ex actis praefecturae, longe simplicius est et rerum memoriae convenientius laterculum praefectorum ex tabulario episcopali proficisci quam pontificalis partem ex tabulario sedis urbanae.

EX TEMPORIBVS GALLIENI QVIS QVANTVM TEMPORIS PRAEFECTVRAM VRBANAM ADMINISTRAVIT.

	p. Chr.			
V f. 40'	254.	Valeriano II et Gallieno	Lollianus	*praefectus urbis.*
	255.	Valeriano III et Gallieno II	Valerius Maximus	*praefectus urbis.*
	256.	Maximo et Glabrione	Numnius Albinus	*praefectus urbis.*
	257.	Valeriano IIII et Gallieno III	Iunius Donatus	*praefectus urbis.*
	258.	Tusco et Basso	Cornelius Saecularis	*praefectus urbis.*
	259.	Aemiliano et Basso	Cornelius Saecularis	*praefectus urbis.*
	260.	Saeculare II et Donato	Cornelius Saecularis	*praefectus urbis.*
	261.	Gallicano IIII et Volusiano	Numnius Albinus	*praefectus urbis.*
	262.	Gallieno V et Faustino	Numnius Albinus	*praefectus urbis.*
	263.	Albino II et Dextro	Numnius Albinus	*praefectus urbis.*
	264.	Gallicano VI et Saturnino	Paternus	*praefectus urbis.*
	265.	Valeriano II et Lucillo	Paternus	*praefectus urbis.*
	266.	Gallieno VII et Sabinillo	Paternus	*praefectus urbis.*
	267.	Paterno et Harcesilao	Petronius Volusianus	*praefectus urbis.*
	268.	Paterno II et Mariniano	Petronius Volusianus	*praefectus urbis.*

V(indobonensis) B(ruxellensis)

prefect- *V semper*, praefectura *B semper*   administraverit *B*   254 urbis *V*, *item hoc loco et 347 loco secundo B, ad a. 339 et 349 loco secundo et 352 loco priore et 353 loco priore* urbi *B* (*plerumque* praef. urb *vel* pr. urb.)   258 secular- *V semper*   267 karcesilao *V*

p. Chr.

V c. B 269. Claudio et Paterno		Flavius Antiocianus	*praefectus urbis.*
270. Antiochiano et Orfito		Flavius Antiocianus	*praefectus urbis.*
271. Aureliano et Basso		Postumius Varus	*praefectus urbis.*
272. Quieto et Velduniano		Flavius Antiocianus	*praefectus urbis.*
273. Tacito et Placidiano		Virius Orfitus	*praefectus urbis.*
274. Aureliano II et Capitolino		Virius Orfitus	*praefectus urbis.*
275. Aureliano III et Marcellino		Postumius Suagrus	*praefectus urbis.*
276. Tacito II et Aemiliano		Ovinius Pacatianus	*praefectus urbis.*
277. Probo et Paulino		Ovinius Pacatianus	*praefectus urbis.*
278. Probo et Lupo		Virius Lupus	*praefectus urbis.*
279. Probo III et Paterno		Virius Lupus	*praefectus urbis.*
280. Messala et Grato		Virius Lupus	*praefectus urbis.*
281. Probo IIII et Tiberiano		Ovinius Paternus	*praefectus urbis.*
282. Probo V et Victorino		Pomponius Victorianus	*praefectus urbis.*
283. Caro et Carino		Titucius Roburrus	*praefectus urbis.*
284. Carino II et Numeriano		Ceionius Varus	*praefectus urbis.*
V c. B 285. Diocletiano II et Aristobulo		Ceionius Varus	*praefectus urbis.*
286. Maximo II et Aquilino		Iunius Maximus	*praefectus urbis.*
287. Diocletiano III et Maximiano		Iunius Maximus	*praefectus urbis.*
288. Maximiano II et Ianuarino	III. kal. Mar.	Pomponius Ianuarius	*praefectus urbis.*
289. Basso II et Quintiano		Pomponius Ianuarianus	*praefectus urbis.*
290. Diocletiano IIII et Maximiano III		Turranius Gratianus	*praefectus urbis.*
291. Tiberiano II et Dione	XII. kal. Mart.	Iunius Tiberianus	*praefectus urbis.*
292. Annibaliano et Asclepiodoto	III non. Aug.	Cl. Marcellus	*praefectus urbis.*
293. Diocletiano V et Maximiano IIII	III idus Mar.	Septimius Acyndinus	*praefectus urbis.*
294. Constantio et Maximiano		Septimius Aquindinus	*praefectus urbis.*
295. Tusco et Anulino	III idus Ian.	Aristobolus	*praefectus urbis.*
296. Diocletiano VI et Constantio II	XII kal. Mar.	Cassius Dion	*praefectus urbis.*
297. Maximiano V et Maximiano II		Afranius Annibalianus	*praefectus urbis.*
298. Fausto II et Gallo		Artorius Maximus	*praefectus urbis.*
299. Diocletiano VI et Maximiano VI		Anicius Faustus	*praefectus urbis.*
300. Constantio III et Maximiano III	kal. Mar.	Pompeius Faustinus	*praefectus urbis.*
301. Titiano II et Nepotiano		Aelius Dionisius	*praefectus urbis.*
V c. B 302. Constantio IIII et Maximiano IIII	XI kal. Mar.	Nummius Tuscus	*praefectus urbis.*
303. Diocletiano VIII et Maximiano VII	prid. idus Septemb.	Iunius Tiberianus	*praefectus urbis.*
304. Diocletiano VIIII et Maximiano VIII	prid. non. Ian.	Aradius Rufinus	*praefectus urbis.*
305. Constantio V et Maximiano V	prid. idus Febr.	Postumius Titianus	*praefectus urbis.*
306. Constantio VI et Maximiano VI	XIIII kal. Apr.	Annius Anulinus	*praefectus urbis.*
307. Maximiano VII et Maximino.			

Ex mense Aprili factum est

V(indobonensis) B(ruxellensis)

269 antiotianus *V* 270 antiotianus *V*, antrocianus *B* 272 antrocianus *B* 273 *(non post(a))* urfus *V* 283 titutius *B* 284 caro II *V* 285 aristobolo *B* 289 *om. B* 291 mare *V* 293 septmus *V* 294 septimus *V* acyndinus *B* 297 aeranius *B* 299 *sic VB (in hoc* VII *pro* VI *corr.* 301 Dionysius *B* 304 araclius *V* 307 et maximiano *B* mese aprile *B* *post* factum est *excidit* post

p. Chr.				
	sextum consulatum. *quod est* novies et Constantino.	VI kal. Sep.	Insteius Tertullus	*praefectus urbis.*
308.	consules quos iusserint D. D. N. N. Augusti. *ex XII. kal. Mai. factum est* Maxentio et Romulo. *quod est* decies et Maximiano VII.	idus April.	Statius Rufinus	*praefectus urbis.*
309.	Maxentio II et Romulo II	III kal. Novem.	Aurelius Hermogenes	*praefectus urbis.*
310.	Maxentio III consule	V kal. Nov.	Rufius Volusianus	*praefectus urbis.*
311.	consules quos iusserint D. D. N. N. AVG. *ex mense Septembro factum est* Rufino et Eusebio.	V kal. Nov.	Iunius Flavianus	*praefectus urbis.*
312.	Maxentio IIII consule. *qui sunt* Constantino II et Licinio II	V idus Febr.	Aradius Rufinus	*praefectus urbis.*
		VI kal. Nov.	Annius Anulinus	*d. XXXIIII praefectus urbis.*
		III kal. Decemb.	Aradius Rufinus	*iterum praefectus urbis.*
313.	Constantino III et Licinio III	VI idus Decemb.	Rufius Volusianus	*praefectus urbis.*
314.	Volusiano et Anniano		Rufius Volusianus	*praefectus urbis.*
V f. 42' 315.	Constantino IIII et Licinio IIII	XIII kal. Septemb.	Vetius Rufinus	*praefectus urbis.*
316.	Sabino et Rufino	prid. non. Aug.	Ovinius Gallicanus	*praefectus urbis.*
317.	consules quos iusserint D. D. N. N. AVG. *ex die XIII kal. Mar.* Gallicano et Basso	idus Mai.	Septimius Bassus	*praefectus urbis.*
318.	Licinio V et Crispo Caes.		*Ex die III idus Iul. in idus Aug. vice illius cognovit* Iulius Cassius *eo quod ad Augustum profectus est.* Septimius Bassus *regressus praefectus urbis.*	
319.	Constantino V et Licinio Caes.	kal. Sept.	Valerius Maximus Basilius	*praefectus urbis.*
320.	Constantino VI et Constantino Caes.		Valerius Maximus	*praefectus urbis.*
321.	Crispo II et Constantino II		Valerius Maximus	*praefectus urbis.*
322.	Probiano et Iuliano		Valerius Maximus	*praefectus urbis.*
323.	Severo et Rufino	idus Sept.	Lucer. Verinus	*praefectus urbis.*
324.	Crispo III et Constantino III		Lucer. Virinus	*praefectus urbis.*
325.	Paulino et Iuliano	prid. non. Ian.	Acilius Severus	*praefectus urbis.*
326.	Constantino VII et Constantio Caes.	idus Novemb.	Anicius Iulianus	*praefectus urbis.*

V(*indobonensis*) B(*ruxellensis*)

311 septembro] *VB*   rufino et eusebio] *vereor ne aliquo errore haec indicatio ex anno 347 in hunc translata sit pro ea quae requiritur* Rufino et Volusiano: *nam et in laterculo episcoporum (infra c. XIII) sic est:* a consulatu Maximiniano VIII solo, quod fuit mense Sept. Volusiano et Rufino *et in fastis Hydatianis ad h. a.:* Maximiano VIII consule quod est Rufino et Volusiano: *nam displicet quod proposuit Tillemont (ad Constantinum I not. 28) aut consules duos significari dictos Rufium Volusianum et Eusebium aut unicum dictum Eusebium Rufinum Volusianum*   V kal. Nov. *ad* 312 rufinus p. u. *om.* V   XXXIIII] V^a *B*, XXXIII V^b   312 III kal. decemb. araclius V   315 constantino III V   vectius *B*   317 idus V   318 eo quod] equod *B*   est *post* regressus *del.* V^b   321 constantio II *B*   323 idus V   324 constantio *B*   326 idus V

p. Chr.			
V f. 44' 329.	Constantino VIII et Constantino IIII VII idus Sept.	Publilius Optatianus	*praefectus urbis d. XXXI.*
	Item VIII idus Oct.	Petronius Probianus	*praefectus urbis.*
327.	Constantio et Maximo	Anicius Iulianus	*praefectus urbis.*
328.	Ianuarino et Iusto	Anicius Iulianus	*praefectus urbis.*
330.	Gallicano et Symmaco	Petronius Probianus	*praefectus urbis.*
331.	Basso et Ablavio prid. idus Apr.	Anicius Paulinus	*praefectus urbis.*
332.	Pacatiano et Hilariano	Anicius Paulinus	*praefectus urbis.*
333.	Dalmatio et Zenofilo VII idus April.	Publilius Optatianus	*praefectus urbis item in dies XXXII.*
	Item VI idus Maias	Ceionius Iulianus Kamenius	*praefectus urbis.*
334.	Optato et Paulino V kal. Mai.	Anicius Paulinus	*praefectus urbis.*
335.	Constantio et Paulino III kal. Ian.	Rufius Albinus	*praefectus urbis.*
336.	Nepotiano et Facundo	Rufius Albinus	*praefectus urbis.*
337.	Feliciano et Titiano VI idus Martias	Valerius Proculus	*praefectus urbis.*
338.	Urso et Polemio idus Ianuarias	Mecilius Hilarianus	*praefectus urbis.*
339.	Constantio II et Constante prid. idus Iulias	Turgius Apronianus *menses* III *praefectus urbis.*	
	Item VIII kal. Novemb.	Fabius Titianus *praefectus urbis.*	
340.	Acyndino et Proculo	*ex die III non. Maias in IIII idus Iun.* Iunius Tertullus *vicarius cognovit, eo quod ad Augustum profectus est, postea reversus* Fabius Titianus *praefectus urbis.*	
V f. 45' 341.	Marcellino et Probino V kal. Mar.	Aurelius Celsinus	*praefectus urbis.*
342.	Constantio III et Constante II kal. Apri.	Fl. Lollianus Mavortius	*m.* III *d. VI. praefectus urbis.*
	Item prid. non. Iul.	Aco Catulinus Philomatius	*praefectus urbis.*
343.	Placido et Romulo	Aco Catulinus	*praefectus urbis.*
344.	Leontio et Salustio	Aco Catulinus	*praefectus urbis.*
	III idus Apr.	Q. Rusticus	*praefectus urbis.*
345.	Amantio et Albino	Quintus Rusticus	*praefectus urbis.*
	III non. Iul.	Probinus	*praefectus urbis.*
346.	post cons. Amanti et Albini	Probinus	*praefectus urbis.*
	VII kal. Ianuar.	Placidus	*praefectus urbis.*
347.	Rufino et Eusebio	Placidus	*praefectus urbis.*
	prid. idus Iunias	Limenius	*praefectus pretorio et urbis.*
348.	Filippo et Salia	Ulpius Limenius	*praefectus pretorio et urbis.*
349.	Limenio et Catulino	Limenius	*praefectus pretorio et urbis.*
		cessaverunt praefecture dies XLI a die VI idus April. usque in XV kal. Iun.	
	XIIII kal. Iun.	Hermogenes	*praefectus pretorio et urbis.*

V(indobonensis) B(ruxellensis)

329 VII] septimo *B* publius *V* 330 symmacho *B* 333 VII] sept. *B* publius *V* VI] sext. *B* ceonius *V* camenius *V* 337 VII id. *B* 338 mecilinius *B* 339 meses *B* 340 IIII idus] sept id *B* agustum *B* 341 V] quinto *B* 342 fllollianus *B*, lollianus (*om.* fl.) *V* 344 III *V*, III sed III *corrigitur* *B* 345 quintus] q. *B* 348 philippo *B*

p. Chr.			
350. Sergio et Nigriniano		Hermogenes	*praefectus praetorio et urbis.*
	III kal. Mar.	Fabius Titianus	*praefectus urbis.*
351. Magnentio et Gaisone		Fabius Titianus	*praefectus urbis iterum.*
V f. 46	kal. Mar.	Aur. Celsinus	*praefectus urbis iterum.*
	IIII idus Maias	Celius Probatus	*praefectus urbis.*
	VII idus Iun.	Clodius Adelfius	*praefectus urbis.*
	XV kal. Ian.	Valerius Proculus	*praefectus urbis.*
352. Decentio et Paulo		Valerius Proculus	*praefectus urbis iterum.*
	V idus Sept.	Septimius Mnasea	*praefectus urbis.*
	VI kal. Oct.	Neratius Caerealis	*praefectus urbis.*
353. Constantio VI et Constantio II		Neratius Caerealis	*praefectus urbis.*
	VI idus Decemb.	Vitrasius Orfitus	*praefectus urbis.*
354. Constantio VII et Constantio III		Vitrasius Orfitus	*praefectus urbis.*

V(indobonensis) B(ruxellensis)

351 gasone *B*a   352 septimus *V*   352. 353 cerealis *B*   354 orfitus *bis V*

XI.

DEPOSITIONES EPISCOPORVM ROMANORVM

AB A. 255 AD A. 352.

Supra p. 38 vidimus redire ad editionem Chronographiae priorem emissam a. 335 vel paullo post, quod dierum index, quibus episcoporum suorum memoriam celebrabat ecclesia Romana, ad anni menses et dies dispositus est exceptis duobus episcopis defunctis a. 336 et 352 extra ordinem postea adiectis.

V f. 46 col.

DEPOSITIO EPISCOPORVM.

VI kal. Ianuarias	Dionisi, in Callisti.	(† 269.)
III kal. Ianuar.	Felicis, in Callisti.	(† 274.)
prid. kal. Ianuar.	Silvestri, in Priscillae.	(† 335.)
IIII idus Ianuarias	Miltiadis, in Callisti.	(† 314.)
XVIII kal. Feb.	Marcellini, in Priscillae.	(† 304.)
III non. Mar.	Luci, in Callisti.	(† 255.)
X kal. Mai.	Gai, in Callisti.	(† 296.)
IIII non. Augustas	Stephani, in Callisti.	(† 255.)
VI kal. Octob.	Eusebii, in Callisti.	(† 310/311.)
VI idus Decemb.	Eutychiani, in Callisti.	(† 283.)
non. Octob.	Marci, in Balbinae.	(† 336.)
prid. idus Apr.	Iuli, in via Aurelia miliario III, in Callisti.	(† 352.)

B(ruxellensis) V(indobonensis) G(Amiens.)

compendia in mensibus variant, secutus sum V   2 *seq.* calisti *constanter* V   5 miltiades V   6 *secundum librum pontificalem Marcellinus episcopus interfectus a. 304 sepultus est* in uia Salaria in coemeterio Priscillae VII k. Mai. *Duchesne p. 161, successor eius Marcellus defunctus a. 309* in coemeterio Priscillae uia Salaria XVII k. Febr.: *fortasse duarum indicationum simillimarum posteriorem librarius sustulit quasi esset dittographia* 7 calisto V   8 cai *B*   calisto V   9 steffani V   calisto V[a]   11. 12 *sic* V, *transponunt BG* 11 eutichiani V   13 prid. idus V, pr. (*om.* idus) *B*   milario V

XII.

FERIALE ECCLESIAE ROMANAE.

Laterculum in codice inscriptum *item depositio martirum* vere esse feriale Christianum ecclesiae urbis Romae observavit Rossius *Roma sotterranea* vol. 1 p. 116 vol. 2 p. V; nam et reperiuntur feriae aliquot a martyrum memoria alienae et sine dubio martyrum complurium depositiones ab hoc laterculo absunt.

ITEM DEPOSITIO MARTIRVM. *V f. 46' co. al.*

VIII kal. Ian.	natus Christus in Betleem Iudeae.	*V f. 44*
mense Ianuario.		
XIII kal. Feb.	Fabiani in Callisti	
	et Sebastiani in Catacumbas,	
XII kal. Feb.	Agnetis in Nomentana.	
mense Februario.		
VIII kal. Martias.	natale Petri de cathedra.	
mense Martio.		
non. Martias.	Perpetuae et Felicitatis, Africae.	
mense Maio.		
XIIII kal. Iun.	Partheni et Caloceri in Callisti, Diocletiano VIIII et Maximiano VIII [304].	
mense Iunio.		
III kal. Iul.	Petri in Catacumbas	
	et Pauli Ostense, Tusco et Basso cons. [258]	
mense Iulio		
VI idus	Felicis et Filippi in Priscillae	
	et in Iordanorum, Martialis Vitalis Alexandri	
	et in Maximi Silani. hunc Silanum martirem Novati furati sunt.	
	et in Pretextatae, Ianuari.	
III kal. Aug.	Abdos et Semnes in Pontiani, quod est ad ursum piliatum.	
mense Augusto.		
VIII idus Aug.	Xysti in Callisti	
	et in Praetextati Agapiti et Felicissimi.	
VI idus Aug.	Secundi Carpofori Victorini et Severiani Albano.	
	et Ostense VII ballistaria Cyriaci Largi Crescentiani Memmiae Iulianetis et Ixmaracdi.	

B(ruxellensis) V(indobonensis) G(Amiens.)

2 iann *vel* iann *V* bethleem *GB* iudaea *G* 8 catedra *V* 11 maio] ianuario *V* 12 parthini *B* 13 VIIII] *VG*, VIII cos. *B* 14 *om. VB* 16 ostiense *B* 18 philippi *BG* 19 uitalis *om. G* 20 maximis *V* 22 pretextatae] *VGB* [ianuarii *G*] 23 semnes] *VB*, semes *G* pontiani *V* 24 pillatum *B* 26 systi *BG* 27 in *om. B* 28 carpofori] *GB*, carpoferi *V* albana *G* 29 et ostense (ostiense *BG*) VII ballistaria] *pro his* et in uia Salaria Ostensi *martyrologium Hieronymianum sub hoc die: emendat et explicat Rossius* (*bull. di arch. crist.* 1869 p. 69) *sic*: Ostense *(via miliario)* septimo *(translata corpora)* a Salaria Cyriaci *cet.* 30 iulianetis] *GZ*, iulianecis *V* ixmaracdi] *VGB*

IIII idus Aug.	Laurenti in Tiburtina.
idus Aug.	Ypoliti in Tiburtina.
	et Pontiani in Callisti.
XI kal. Septemb.	Timotei, Ostense.
V kal. Sept.	Hermetis in Basillae Salaria vetere.
mense Septembre.	
non. Sep.	Aconti, in Porto, et Nonni et Herculani et Taurini.
V idus Sept.	Gorgoni, in Lavicana.
III idus Sept.	Proti et Iacinti, in Basillae.
XVIII kal. Octob.	Cypriani, Africae. Romae celebratur in Callisti.
X kal. Octob.	Basillae, Salaria vetere, Diocletiano IX et Maximiano VIII consul. [304].
mense Octobre.	
pri. idus Octob.	Callisti in via Aurelia, miliario III.
mense Novembre.	
V idus Nov.	Clementis Semproniani Claui Nicostrati in comitatum.
III kal. Dec.	Saturnini in Trasonis.
mense Decembre.	
idus Decem.	Ariston in pontum.

B(ruxellensis) V(indobonensis) G(Amiens.)

2 hippolyti *B*, laurenti *G* 4 ostiense *B* 5 sept. *om. B* basillae] *VG*, bassillae *B* 6 septembro *B* 7 nonni *bis VG* 8 sept. *om. B* labicana *B* 9 sept *om. B* prothi *B* iacinti] *G*, iacineti *V*, iacynthi *B* bassillae *B* 10 calliste *G* 11 bassillae *BG* 14 octob. *om. B* 15 nouembro *B* 16 non. *om. B* claui $VG^{a}B$, claudi G^{b} 17 *om. G* thrasonis *B* 19 decem. *om. B* aristhon *G* pontum] *VGB*, portum *edd.*

XIII.

EPISCOPI ROMANI.

Episcoporum Romanorum index, qualem exhibet Chronographus anni 354, omnium qui extant longe antiquissimus et libri pontificalis vetustum fundamentum, non uno tempore conscriptus est, sed crevit per gradus. antiquissimam partem pervenientem eam ad Urbanum († 230) proficisci ex chronicis Hippolyti Portuensis ego olim demonstravi (ed. prioris p. 596 seq.) probavique Rossio (*Roma sott.* vol. 2 p. III) et Duchesnio (liber pontificalis praef. p. VIII seq.). contra dixit Doellinger (*Hippolytus und Kallistus* p. 67) argumentis adlatis non idoneis. scilicet quod ait omissos in catalogo episcopos tres Anicetum Eleutherum Zephyrinum ab Hippolyto omitti non potuisse verum est, sed et anni adscripti et libri pontificalis aperte ex hoc ipso laterculo pendentis comparatio evidenter demonstrant hic errasse non auctorem, sed librarium. deinde quod in laterculis antiquioribus plerisque Cletus et Anacletus non simul recensentur et quod Anicetus Pio praeponitur non recte, errores hos vel interpolationes neque demonstravit ab Hippolyto committi non potuisse et ut is non commiserit, possunt post Hippolytum in laterculum inlati esse, id quod caute ut solet Duchesnius (praef. p. IX) monuit. sed continetur fere prima haec laterculi pars nominum serie et ipsa perturbata et temporum determinatione adiectis consulibus pessime confusa. quae sequuntur a Pontiano inde ut a corruptelis non immunia et ipsa, ita longe meliora sunt et multa habent indicia aequalis non tam narrationis quam adnotationis (v. Duchesne l. c. p. IX et Rossi *Roma sott.* vol. 1 p. 116), extrema autem, quorum quae spectant ad ultimos duos episcopos Iulium et Liberium supra p. 38 vidimus accessisse in Chronographi huius editione secunda, omni fide digna. sed haec quaestio sane difficillima cum nuper egregie tractata sit a Duchesnio neque omnino tractari possit nisi explicatis et enarratis primordiis ecclesiae Romanae, nos tantum modo textum repetemus, quem libri Chronographi repraesentant. inde quid transierit in librum pontificalem, diligenter indicavit Duchesnius in eius editione p. 1 seq. et restitutionem quoque adiecit laterculi antiquissimi auxilio adsumpto recensionum posteriorum. inde in adnotationem nostram ea praesertim rettulimus, quibus Philocaliani textus hiatus explentur; auctoritates qui requirit, adeat Duchesnium.

IMPERANTE TIBERIO CAESARE PASSVS EST DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS DVOBVS GEMINIS CONS. VIII KAL. APR. ET POST ASCENSVM EIVS BEATISSIMVS PETRVS EPISCOPATVM SVSCEPIT. EX QVO TEMPORE PER SVCCESSIONEM DISPOSITVM, QVIS EPISCOPVS QVOT ANNIS PREFVIT VEL QVO IMPERANTE. *V f. 44' cont.*

Petrus ann. xxv mens. uno d. viiii. fuit temporibus Tiberii Caesaris et Gai et Tiberi Claudi et Neronis, a consul. Minuci et Longini [*p. Chr.* 30] usque Nerine et Vero [55]. Passus autem cum Paulo die iii kal. Iulias consul. s̄s̄. imperante Nerone.

B(ruxellensis) V(indobonensis) G(Amiens)

In varia lectione indicanda nulla ratio habita est vocabulorum, quae sunt anni menses dies, consulibus, Ianuarius *cet., perscriptorum vel compendiatorum: expressimus in his codicem V* 2 ihesus *V* 6 cai *B* 7 minuti *B* nerme *G*, neruae *B* 8 consules *BG*

Linus ann. XII m. IIII d. XII. fuit temporibus Neronis. a consulatu Saturnini et Scipionis [56] usque Capitone et Rufo [67].

Clemens ann. VIIII m. XI d. XII. fuit temporibus Galbe et Vespasiaui, a cons. Tracali et Italici [68] usque Vespasiano VI et Tito [76].

Cletus ann. VI m. duo dies X. fuit temporibus Vespasiani et Titi et initia Domitiani, a cons. Vespasiano VIII et Domitiano V [77] usque Domitiano VIIII et Rufo [83].

Anaclitus ann. XII m. X d. III. fuit temporibus Domitiani, a cons. Domitiano X et Sabino [84] usque Domitiano XVII et Clemente [95].

Aristus annos XIII m. VII d. duos. fuit temporibus novissimis Domitiani et Nervae et Traiani, a cons. Valentis et Veri [96] usque Gallo et Bradua [108].

V f. 45 *Alexander* ann. VII m. II d. uno. fuit temporibus Traiani a cons. Palmae et Tulli [109] usque Veliano et Vetere [116].

Sixtus ann. X m. III d. XXI. fuit temporibus Adriani a cons. Nigri et Aproniani [117] usque Vero III et Ambibulo [126].

Telesforus annos XI m. III d. III. fuit temporibus Antonini Macrini a cons. Titiani et Gallicani [127] usque Caesare et Balbino [137].

Higinus ann. XII m. III d. VI. fuit temporibus Veri . . . .

. . . .

. . . . a cons. Gallicani et Veteris [150] usque Presente et Rufino [153].

Pius ann. XX m. IIII m. XXI. fuit temporibus Antonini Pii, a cons. Clari et Severi [146] usque duobus Augustis [161]. sub huius episcopatu frater eius Ermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quae ei precepit angelus, cum venit ad illum in habitu pastoris.

Soter ann. IX . . . . m. III d. II. fuit temporibus Antonini et Commodi, a cons. Veri et Hereniani [171] usque Paterno et Bradua [185].

Victor ann. VIIII m. II d. X. fuit temporibus . . . . Antonini, a cons. Saturnini et Galli [198] usque Presente et Extricato [217].

Calixtus ann. V m. II d. X. fuit temporibus Macrini et Eliogabali, a cons. Antonini et Adventi [218] usque Antonino III et Alexandro [222].

Urbanus ann. VIII mens. XI d. XII. fuit temporibus Alexandri, a cons. Maximi et Eliani [223] usque Agricola et Clementino [230].

Pontianus ann. V m. II d. VII. fuit temporibus Alexandri, a cons. Pompeiani et Peligniani [231]. Eo tempore Pontianus episcopus et Yppolitus presbiter exoles sunt depor-

B(ruxellensis) V(indobonensis) G(Amiens)

5 initia] *BV*, initio *G* 7 anaclytus *G* 10 ueri] ueteris *lib. pont.* 11 VII] VIII *B* 13 hadriani *Z* 14 ambidulo *V* 15 macrini] et marci *lib. pont.* 16 balbino] *BG*, albino *V* 17 *hiatum (libri neque eum significant neque similes qui sequuntur) sic explet liber pontif.:* fuit temporibus Veri et Marci, a consulatu Magni et Camerini [138] usque ad Orfito et Prisco [149]. Anicetus ann. XI *(?)* mens. IIII dies III fuit temporibus Severi et Marci, a consulatu Gallicani *cet.* 21 XX] XXI *B* 22 hermes *B* 23 mandatum continetur quae] mandatur continеturque quod *B* 25 *hiatum sic explet liber pontif.:* fuit temporibus Seueri a consulatu Rustici et Aquilini [162] usque Cetego et Claro [170]. Eleutherius ann. XV mens. III d. II: *ante* soter *in margine* anicetus ann. IX m. VIII d. XXIIII *G*[2] 27 erenniani *BG* 29 *hiatum sic explet liber pontif.:* Cesaris a consulatu Commodi II et Glabrione (*vel* Grauione) [186] usque ad Laterano et Rufino [197]. Zephyrinus ann. VIII *(?)* mens. VII dies X. fuit temporibus Antonini *ante* uictor *in margine* eleutherius ann. XXV d. XIII *G*[2] 33 callistus *B* heliogabali *B* 34 aduentii *G* 38 pontianus] nepotianus *B* hippolytus *B*

tati in Sardinia in insula uocina Severo et Quintiano cons. [235] in eadem insula discinctus est IIII kal. Octobr. et loco eius ordinatus est Antheros XI kal. Dec. cons. ss. [235].

Antheros m. uno dies x. Dormit III non. Ian. Maximo et Africano cons. [236].

Fabius ann. XIIII m. I d. x. fuit temporibus Maximini et Cordiani et Filippi, a cons. Maximini et Africani [236] usque Decio II et Grato [250]. passus XII kal. Feb. hic *V f. 45'* regiones divisit diaconibus et mul||tas fabricas per cimiteria fieri iussit. post passionem eius Moyses et Maximus presbyteri et Nicostratus diaconus comprehensi sunt et in carcerem sunt missi. eo tempore supervenit Novatus ex Africa et separavit de ecclesia Novatianum et quosdam confessores, postquam Moises in carcere defunctus est, qui fuit ibi m. XI d. XI.

Cornelius ann. II m. III d. x. a cons. Decio IIII et Decio II [251] usque Gallo et Volusiano [252]. sub episcopatu eius Novatus extra ecclesiam ordinavit Novatianum in urbe Roma et Nicostratum in Africa. hoc facto confessores, qui se separaverunt a Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Moyse fuit, ad ecclesiam sunt reversi. post hoc Centumcellis expulsi. ibi cum gloria dormitionem accepit.

Lucius ann. III m. VIII d. x. fuit temporibus Galli et Volusiani usque Valeriano III et Gallieno II [255]. hic exul fuit et postea nutu dei incolumis ad ecclesiam reversus est. . . . III non. Mar. cons. ss.

Steffanus ann. IIII m. II d. XXI. fuit temporibus Valeriani et Gallieni, a cons. Volusiani et Maximi [253] usque Valeriano III et Gallieno II [255].

Xystus ann. II m. XI d. VI. coepit a cons. Maximi et Glabrionis [256] usque Tusco et Basso [258] et passus est VIII id. Aug. . . . . . . a cons. Tusci et Bassi [258] usque in diem XII kal. Aug. Aemiliano et Basso cons. [259].

Dionisius ann. VIII m. II d. IIII. fuit temporibus Gallieni, ex die XI kal. Aug. Aemiliano et Basso cons. [259] usque in diem VII kal. Ian. cons. Claudi et Paterni [269].

Felix ann. V m. XI d. XXV. fuit temporibus Claudi et Aureliani, a cons. Claudi et Paterni [269] usque in consulatum Aureliano II et Capitolino [274].

Eutycianus ann. VIII m. XI *d.* III. fuit temporibus Aureliani, a cons. Aureliano III et Marcellino [275] usque in diem VII idus Dec. Caro II et Carino cons. [283].

Gaius ann. XII m. IIII d. VII. fuit temporibus Cari et Carini, ex die XVI kal. Ian. cons. Carino II et Carino [283] usque in X kal. Mai. Diocletiano VI et Constantio II [296].

Marcellinus ann. VIII m. III d. XXV. fuit temporibus Diocletiani et Maximiani ex die prid. kal. Iulias a cons. Diocletiano VI et Constantio II [296] usque in consul. Dio- *V f. 65'* cletiano VIIII et Maximiano VIII [304].|| quo tempore fuit persecutio et cessavit episcopatum ann. VII m. VI d. XXV. *V f. 66*

B(ruxellensis) V(indobonensis) G(Amiens)

1 uocina] *BG*, nocina *V*, bucina *liber pontif.: non videtur cogitandum neque de Borenna insula memorata in sola tabula Peutingerana, quae creditur esse insula S. Petri prope Sulcos Sardiniae, neque de Bucina una Aegatium* (cf. C. I. L. X p. 773): nocina *Bucherius recte fortasse* quintino *V* 2 discinctus] defunctus *liber pontificalis corrigens* anteros *B* 4 anteros *B* 5 maximi *V* gordiani *BG* philippi *B* 6 maximini] *BV*, maximi *G* II *om. G* grato] gragrato *B* 7 laconibus *(ex zaconibus archetypi opinor) B* coemiteria *B* 8 eius *om. B* 9 carcere *G* sunt *om. B* 12 decio IIII] decio v *G* 14 se separauerunt] *V*, separauerunt *G*, sparauerunt *B* 16 centumcelis *V* 17 ecclesiam] eclarum *V* 18 exole *BG* 19 *in hiatu excidit* dormit *similere vocabulum; est enim dies obitus* 20 stephanus *B* galueni *B* 21 maximini *B* galueno II *B* 22 xystus] *V*, syxtus *G*, sixtus *B* 23 *post* aug. *exciderunt* et presbyteri praefuerunt *servata licet loco alieno in libro pontificali* 24 die *B* 25 dionysius *B* 26 coss. claudio et paterno *B* 29 eutycianus] *BG*, eutitianus *V* a cons. *om. B* 30 die *BG* VII idus] *BG*, IIII idus *V* 31 caius *B* XVI] VI *G*, VII *B* 33 maximi *V* 34 constantino *B* 35 episcopatus *B*

Marcellus annum unum m. vi d. xx. fuit temporibus Maxenti. a cons. x et Maximiano [308] usque post consulatum x et septimum [309].

Eusebius m. iii d. xvi. a xiii kal. Maias usque in diem xvi kal. Sept.

Miltiades ann. iii m. vi d. viii. ex die vi nonas Iulias a consulatu Maximiano viii solo, quod fuit mense Sep. Volusiano et Rufino [311]. usque in iii idus Ianuarias Volusiano et Anniano coss. [314].

Silvester ann. xxi m. xi. Fuit temporibus Constantini. a consulatu Volusiani et Anniani [314] ex die prid. kal. Feb. usque in diem kal. Ian. Constancio et Albino coss. [335].

Marcus mens. viii dies xx. et hic fuit temporibus Constantini, Nepotiano et Facundo coss. [336] ex die xv. kal. Feb. usque in diem non. Octob. coss. ss.

Iulius ann. xv m. i d. xi. fuit temporibus Constantini, a consulatu Feliciani et Titiani [337] ex die viii id. Feb. in diem pridie idus Apr. Constancio v et Constancio Caes. [352]. hic multas fabricas fecit: basilicam in via Portese miliario iii; basilicam in via Flaminia mil. ii quae appellatur Valentini; basilicam Iuliam, quae est regione vii iuxta forum divi Traiani; basilicam trans Tiberim regione xiiii iuxta Callistum; basilicam in via Aurelia mil. iii ad Callistum.

Liberius fuit temporibus Constanti et Constanti ex die xi kal. Iun. in diem a consulatu Constantio v et Constantio Caes. coss. [352].

B(ruxellensis) V(indobonensis) G(Amiens)

1 *post* marcellus *ins.* imperauit *(foliis transpositis haec habens in indice Caesarum) V* m. vii *B* maxentii *G* 2 consulatu *G* 3 die *BG* 4 d. viii] d. viiii *Z* a consulatu maximiano . . . . . uolusiano et anniano coss.] *recte haec tradita esse supra p. 67 ad a. 311 adnotavi:* a consulatu Maximini (*al.* Maxentio) viii usque ad Maxentio (*al.* Maximo) ii qui fuit mense Septembri Volusiano et Rufino cons. *(om. reliquis) est in libro pontificali mera interpolatione, neque enim eo anno 311 Maxentius fasces gessit.* 7 constatini *V* 8 constantio *B* 10 viii mens. *V* 11 kal. *om. V* diem] die *BG* coss. ss *add. V*[2] 13 constantio v et constantio caes. *B* 14 basilica *G* miliaria *V* basilica *G* 15 flaminiaca *G* quae] qui *G* basilica inlia qui *G*, basilicam iulia quae *B* 16 traiani dini *V*[a] basilica *G* xiiii] xviii *G* calixtum *V* 17 basilica *BG* calisstum *V* 18 *hiatum non habet B* constanti et constanti] *G*, constanti a constanti *B*, constati (*sic*) a cons. constanti *V*: *intelleguntur Constantius Augustus et Constantius Gallus Caesar* kal. *om G* 19 a cons. constantio v et constanti caes. coss. *B*

XIV.

REGIONES VRBIS ROMAE.

Regionum libellum qui nuper edidit Henricus Iordan (*Topographie der Stadt Rom* vol. 2 a. 1871 p. 539 seq.) adiecta fusa de aetate eius disputatione demonstravit scriptum esse post a. 308, ante a. fortasse 315, certe 334, pervenisse ad nos duplici recognitione, quarum altera edita sit non ante a. 334 (quoniam inter additamenta ei recensioni propria equus est Constantini dedicatus eo anno teste titulo C. I. L. VI, 1141), altera post a. 357 (quoniam inter propria huius recensionis est obeliscus sextus eo anno Romae dedicatus a Constantio). exemplar insertum corpori Philocaliano cum ad priorem recensionem pertineat, iure referetur ad ipsum annum 334, quoniam quae adiuncta sunt chronica duo eo anno finiunt. ipsum libellum in chronicis nostris repetere noluimus, cum iustum locum et iustam curam alibi reppererit.

XV.

LIBER GENERATIONIS.

Chronica mundi sive, ut in Chronographia inscribuntur, *liber generationis mundi* ad nos pervenerunt non per chronographiam de qua agimus solam, sed item seorsum tradita. huius formae quaenam exemplaria ad nos pervenerint, iam exponemus: neque enim recte et plene de chronicis tractari potest nisi adsumpta altera recensione. sunt autem haec plus minus plena.

B 1. Codex nobis *B*, origine Treverensis[1]), deinde ex Metis oppido ad Sirmondum delatus[2]), post obitum eius factus Parisinus Claromontanus n. 636, Meermannianus n. 715, Phillippsianus n. 1829, hodie bibliothecae regiae Berolinensis, saeculi IX, post chronica Hieronymi (videatur Schoenii, cui est codex *M*, editio vol. 1 p. XIV) et Hydatii (cuius chronicon infra editum hic liber solus integrum servavit) et fastos qui Hydatiani dici solent item infra editos, extremo loco f. 184′—192′ librum generationis exhibet in fine mutilum, deficiens in c. 331 editionis nostrae, ipso tamen codice ita integro, ut ultimum folium (complectens c. 311—331) lacerum quidem sit, sed paenultimae paginae partem et totam ultimam habeat non scriptas. textus cum in universum non admodum corruptus sit et orthographia quoque pro re emendata, interpolationes quaedam in hoc codice deprehenduntur et a libris nostris *GC* et ab exemplaribus Graecis, de quibus infra dicemus, alienae, ut c. 173 dittographia inepta *Falec et Deboc unde* pro *Falec de quo* vel *unde*, item altera c. 174 *et Tactem et Iectam,* item c. 216 locus de insulis Hispanis aperte postea adiectus. etiam regibus Israhel male insertus Sophonias c. 289 a Graecis certe exemplaribus abest.

F 2. Codex nobis *F*, Parisinus Lat. 10910 (antea suppl. Lat. 695 bis) saec. VII/VIII primarius est inter eos qui servant chronica a Fredegario dicta, nuper in alia Monumentorum horum parte, scilicet in scriptorum rerum Merovingicarum tomo altero (1888) diligentissime recognita a Kruschio nostro[3]), qui antea et alias ad chronica ea pertinentes quaestiones et ipsam hanc de libro generationis fuse tractavit in ephemeridis nostrae vol. 7 (1885) p. 456 seq. — Corpus Fredegarianum qui c. a. 613 p. Chr. adornavit, ad id compilandum adhibuit volumen eius de quo modo diximus simillimum, ipsum, ni fallor, eius archetypum, unde Hieronymiana et Hydatiana breviavit, librum autem hunc generationis in chronicorum librum primum recepit integrum fere. duo igitur libri *B* et *F* derivati omnino ex eodem archetypo adhibendi sunt ad pristinam formam eius recuperandam. errores graviores plerique et interpolationes quoque c. 173. 174. 216. 289, de quibus modo diximus, cum utrique communes sint, non paucis locis (ut c. 143. 144. 216. 262) hiatus libri *B* explet *F*: contrarium evenit in c. 229. in universum librarius codicis Berolinensis archetypum diligentius expressit quam compilator Burgundicus vel Francicus, neque quatenus ille pervenit, huius magna utilitas est. a breviando libro hoc, ut dixi supra, compilator abstinuit, interpolavit eum in popu-

1) Leguntur in eo adscripta manu saeculi c. XII et alia Treverensia et epigramma *Treberis urbs . . . dominari* MG. SS. VIII, 133 not. cum subscriptione hac: *Colonia Mogontia Wormatia Argentaria Basilia.* 2) Sirmondus in praefatione ad Hydatium ait codicem propterea quod apud se esset Parisiensem a quibusdam appellatum esse, 'nos Metensem potius dicturi eramus, quod Metis olim exscriptum arbitramur, inde certe ad nos ex monasterio non ignobili nec obscuro pervenerit'. 3) Ethnographicam partem ex eodem libro Parisino expressam Alexander Riese geographis suis minoribus (1878 p. 160—174) inseruit.

lorum stemmate c. 66 Macedonibus addens *Troianos Phryges* et c. 75 inserens *Priamum*, scilicet ut Francis a rege Priamo nimirum oriundis (cf. Fredegar. l. 2 c. 4) locum pararet. — Archetypum librum, ex quo *B* et *F* descendunt, scriptum esse in Hispania tria indicia ostendunt: quod Hydatium habet auctorem Hispanum: quod fastos Hydatianos appellatos item constat scriptos esse in Hispania; quod habuit c. 216 interpolatum tractans de insulis Hispanis. nos cum praesertim textum Fredegarianum accurate et plene Kruschiana editio repraesentet, eius compilationis et reliquos codices ductos omnino ex primario illo praetermisimus et ex ipso libro Parisino in numeris differentias omnes et potiora alia attulimus, minora omisimus ab eo cuius interest facile reperienda. sed cum archetypum Fredegarius qui dicitur integrum adhibuerit, librarius autem codicis *B* descripserit ultimo folio destitutum, partem extremam (c. 332—398) maiore ex parte ab uno Fredegario servatam ex Kruschiana editione in nostram transtulimus. — In corpore Fredegariano qui inter imperatores Romanos exscriptos ex libro generationis et computum accommodatum Hieronymiano, deductum autem ad a. 457 p. Chr. continuatumque deinde ad a. 613, interponuntur reges Hebraei et Babylonii non pertinent ad chronica ea de quibus agimus[1]), sed videntur proficisci ex 'interpolato per aetatem libello sine auctoris nomine' adhibito a Sulpicio Severo[2]). — Episcoporum Romanorum laterculum etsi qui compilavit Fredegariana in fine libri generationis videtur invenisse, is, quem post computationem suo operi inseruit, totus diversus est a nostro[3]) similisque, ut ad eum ostendit Kruschius, eius quem servavit vetustus liber Coloniensis.

3. Sub titulo *scarpsum ex chronicis Origenis* partem huius libelli a c. 47 *divisio terrae tribus filiis Noe* ad c. 229 (eatenus certe pervenit editio Pitrae) exhibent libri hi: *O*

a) Cavensis saec. XI f. 166—168 (v. cod. diplom. Cavensis vol. V a. 1878 app. p. 77) is ipse, ex quo Iunioris qui dicitur libellum geographicum edidit Maius (cf. C. Mueller geogr. Graeci min. vol. 2 p. XLIV seq.).

b) Parisinus Lat. n. 7418 saec. XIV (descriptus opinor ex eo qui praecedit; certe sequitur in utroque locus Isidori orig. 9, 2 de gentibus), quem ad eundem Iunioris libellum adhibuit idem Mueller. haec de quibus agimus ex eo libro edidit Pitra in analectorum sacrorum spicilegio Solesmensi paratorum tomo altero (1884) p. 271—281.

c) Matritensis bibliothecae nationalis A 16 saec. XII f. 99'—100r. (Knust apud Pertzium *Archiv* 8 p. 176. 216 cf. p. 227; Hartel bibl. patr. Hispan. vol. 1 p. 315). codex licet imperfecte notus sit, sine dubio hunc libellum partemve eius repraesentat.

Haec excerpta, nobis *O*, proficiscuntur neque ex Fredegarianis, quorum absunt interpolationes Francicae, neque ex codice nostro *B*, neque adeo ex horum archetypo, sed cum vitia quaedam libris *BF* communia, ut vocabulum c. 132, 4 omissum, c. 172. 173 per dittographiam corrupta, ab hac recensione absint, veniunt omnino ex libro auctoritate archetypo illorum non posthabendo, gemello tamen: nam in plerisque erroribus gravioribus, ut in hiatu c. 78. 79, *BFO* consentiunt. sed horum excerptorum utilitas tota fere inde tollitur, quod compilator admodum neglegenter archetypo usus est alia corrumpens, alia parum intellecta praeteriens. equidem secun-

1) Scilicet, ut demonstravi in ed. priore p. 589 demonstravitque item Kruschius *N. Arch.* 7, 470, abest laterculus hic ab indice libri generationis neque ullo modo ei convenit, quippe qui reges Iudaeos bis iam enumeraverit. ad chronicorum Epiphanii (in Eusebii ed. Schoeniana vol. 2 p. 97 seq.) versionem Latinam, unde proficisci caput Fredegarii 26 docuit Krusch (*Neues Archiv* 7, 471 seq.), non magis haec pertinent. 2) Gelzer (African. 2 p. 11 seq. cf. 2, 110) laterculos duos appendicis Fredegarianae et Sulpicianum recte videtur composuisse, sed perperam omnino illum Hippolyto tribuit. 3) Discrepantia tanta est, quanta in eo genere cogitari potest, et omnino casu solo factum, quod Zephyrinum omisit tam Fredegarius quam librarius laterculi nostri (supra p. 74).

dum Pitrae editionem passim librum citavi. universam variam lectionem in apparatum recipere nolui.

4. Codex nobis *G* Sangallensis n. 133 saec. IX formae octonariae praeter alia quae recenset catalogus editus p. 48 a glutinatore demum cum his compacta medio loco p. 299—597 continet commentarios qui sequuntur.

1. p. 299—396 librum genealogum infra editum
2. p. 397—420 *incipiunt prophetiae ex omnibus libris collecte. quae prophetiae membra habent . . . . cecidisse in hanc voluntate perseverantes caeci a dei fide lapsi sunt ignorantes. expl. coll. prophet. veteris novique testamenti.*
3. p. 420′—421 *incipiunt virtutes Haeliae quae eius merito a domino factae sunt. prima virtus. clausit caelum . . . sublatus est in caelo.*
4. p. 421—426 *incipiunt etiam Helisei virtutes. prima virtus. de melote divisa est . . . . post mortem suam revixit. expl.*
5. p. 427—454′ *incpt invention nomin. duo sunt Adam. unus est protoplaustus . . . . et alius est Domires vir sponsor Teclae: inter ambas autem sunt ann ferme DCCLXX.*
6. 454′—484′ sequitur liber generationis cum praescriptione hac: *haec sunt diutissime . . . . . . anni sunt vdccccxviii* (vide infra p. 89), sed c. 240—331 ad brevem epitomam redactis et ad eius finem inserta computatione quae statim referetur adsunt rursus nostrae editionis c. 333—361, abest pars extrema c. 361—398: subscriptum *expl.*
7. p. 484. 485 *item interpretationes filiorum Iacob de Hebreo in Latino. amen vere. Ruben dei spiritus* cet.
8. p. 485—488 *item interpretationes Hebreas in Latin translatas. Hebrea lingua triplex.*
9. p. 488—492 *incipit indiculum veteris testamenti,* item *novi* et *Caecili Cipriani,* quos indices versum numerum per singulos libros enuntiantes ex gemello libro Cheltenhamensi edidi in Hermae volumine 21 p. 142 seq. librarius iam is qui archetypum scripsit indices eos ad librum generationis non pertinentes neque ei continuatos ad titulorum eius laterculum adiunxit (v. p. 89 not.).
10. p. 492 *item interpretationes Hebreas in Latinum. Maria domina* cet.
11. p. 493—522 *nomina locorum et interpretatio nominum de Hebreo in Latinum. Hermon regio Hebreorum* cet. similesque interpretationes aliae.
12. p. 523—590 Isidori chronica suo loco edenda.
13. p. 591—597 eiusdem laus Gothorum.

5. Codex nobis *C*, antea (secundum catalogum) abbatiae S. Stephani de Nova fossa, deinde a. 1848 per bibliopolas Payne et Foss inlatus in bibliothecam Phillippsianam n. 12266, saeculi X, eadem fere continet quae Sangallensis: scilicet post librum genealogum (1), qui hic attribuitur Eusebio, et prophetias (2) et virtutes Heliae (3) et Helisei (4) et homonymias biblicas (5), quae hic inscribuntur *contropationes* (voluit opinor librarius scribere *conparationes*) *nominum,* et interpretationes ex Hebraeo in Latinum incipientes *Maria domina* (10) habet librum generationis plane ut legitur in Sangallensi, quem contuli ipse ad c. 231, reliqua mea causa excussit Gradenwitzius. sequuntur interpretationes aliae incipientes *Hierusalem ipsius dei spiritus gratia,* tres librorum indices supra adlegati (9), excerpta de locis Hebraicis (11). aliena sunt ab hoc quasi corpore quae volumen claudunt excerpta ex collationibus Cassiani et Augustini libelli de gratia et libero arbitrio et de correptione et gratia, denique brevis vita Origenis.

Duos libros *GC* ex eodem archetypo descriptos esse apparet: nam habet uterque quae alter omisit nec raro paullo recentior *C* praestat: ita sunt in eo quae absunt a *G*

c. 88, 19—26. 132, 21—28 (ubi *pisidenites* mediis omissis *G*). 210, 3—5. et vitia eius evitat: 211, 5 *sei C*, *sed G* — 218 *amarobi C*, *amazoni G*. narratio autem quam post Iudaeorum reditum de exilio respondentem fere nostro c. 296 uterque liber interponit haec est:

> Excludimus ab urbe condita, ut (vel *G*) includimus reges (regem *G*) Romanorum, id est Romulum et ann. eius numero (*om. G*) XXVIII, inibi et Tacium ducem Sabinorum, qui non solus, sed cum Romulo regnavit. Numa Pompilius (populius *C*) ann. numero XLVIII. Tulli Hostili an. XXXII (XXX *G*). Marciani Philippi ann. XXXIIII (XXII *C*). Tarquinius Priscus ann. XXXVIII (ann. xxxviii *om. G*). Servi Tuli ann. XL (Tarquinius Superbus annis X *in margine C*). omnes qui inclusi sunt regum Romanorum anni CCXX, quos in ratione (latine *G*) totius computationis in Gaio (galio *G*) Iulio Caesare, qui novissimus omnium dictatorum et prior imperatorum meruit dignitatem, iuxta dispositionem ordinis sui, quam Romani singulorum annorum per consules (per singulos *G*) digestam (digestum *C*) habent, nosque verissime sequimur, sunt anni CCCCLXXXIIII quidem ab urbe condita. in G. (hinc *pro* in g *G*) Iulium Cesarem apertissime invenimus esse annos DCCIIII et ab imperio (*immo* ad imperium) G. Iulii Cesar qui ab urbe condita (*excidit* ad) initia eius per consules inveniuntur, anni sunt DCCV. in Eusebium (eubium C^2) et Typasium fratres anni sunt CCCCVI, si quidem ab urbe condita usque ad hos consules Eusebi et Typasi anni sunt ICXI (*sic* C^2, ∞CXL *G*, *inc.* C^1). colliguntur a protoplasto Adam per ordinem ab imperio Tarquinii Superbi septimi ab urbe condita in G. (hinc *pro* in g *G*) Iulium Caesarem anni CCCCXCIIII (CCCCXLIIII *G*) et ab ipso in Eusebium et Typasium anni CCCCVI. fiunt anni DCCCXCIIII (IIII *om. G*). quem diligenter et plana diligentia digestum approbabis. usque in annum consulis Eusebi et Typasi omnes ann VICLXXXIII (VDCCCCLXII *G*). a Noe usque in eodem anno numero IIIDCCCCXLVIII (*sic C, sed numeri* CXLIII *in litura,* IIIDCC*XXVII *G).*

Adnotatio haec scripta est ipso anno 359, qui est post Romam conditam 705 + 406 = 1111 et consules habuit Eusebium et Hypatium fratres. — Libri generationis a quo pendent *GC* exemplum scriptum a. 359, quatenus pervenit, textum libri generationis passim emendat et saepenumero codices ii verum servaverunt contra *BF*. sed item multis locis contrarium evenit. ceterum attuli ex codicibus *GC* quae ad rem facerent inutilibus plerisque suppressis.

6. Codex Parisinus Lat. n. 4871 saec. XI post cosmographiam Iulii Caesaris, ante excerpta ex Prospero integro, f. 104—106 sub praescriptione *comentacio genesis iudicum regum et paralipomenon* excerpta habet ex libro generationis potissimum desumpta incipientia sic: *primus homo plasma dei cum esset annorum CCXXX genuit Seth*, finiunt sic: *fiunt simul anni* (scilicet ab Adam ad passionem) *VDX*, quibus verbis subicitur notitia brevis de tribus filiis Noe: *filii Noe sortiti sunt terra omnem . . . . quam invasit Cham post mortem Noe patri sui.* insunt capita respondentia fere nostrae editionis I, 156—188. 94—133. 58—91, sed pessime corrupta, aliquoties etiam interpolata. praeter locum ad c. 163—167 in apparatum relatum hunc inde visum est afferre: *(Augustus) occidit Antonium et Cleopatram et subdidit Iudeos et Aegiptum et Grecos et Mesopotamiam Arabiam Phenices Palestinos et Antiocenses Capadoces et Galathas Bytinienses et Pamphilios Pablaconitos Asianos et Acivos Ducos et Tracos Macedones et Tesalos Bessos et Pannonicos, sed et alias nationes et regiones gentium.*

Quattuor librorum *BFGC* textum cum eo qui respondet apud Chronographum nostrum qui contulerit, agnoscet duas nos tenere interpretationes Latinas eiusdem opusculi Graece

scripti. quarum servatam in libris *BFGC* priorem deinceps appellabimus, servatam a Chronographo in libro *V* posteriorem. archetypi Graeci vestigia certissima cum ubivis deprehendantur, a demonstranda re manifesta abstineo: unum addo in priore versione Graeca vocabula ab ipso interprete retenta a librariis posterioribus hic illic expulsa esse substitutis Latinis. ita c. 190 ad *Gymnosophistas* in libris *BF* adiectum est *Nudi sapientes* et c. 149 pro *Heracleoticis stelis* codicum *BFG* unus *C* substituit *columnas*. versionem autem eam, quam servarunt libri *BFGC*, diversam esse ab ea, quam Chronographus a. 354 aut usurpavit aut confecit, ostendunt praesertim praefationes duae re convenientes, verbis discrepantes; respondent sibi in ea, ut iam in editione priore adnotavi, c. 22 = 21 *bellorum commissiones* prioris interpretis et *civitatium conventiones* posterioris, nempe legit ille *πολέμων*, hic *πόλεων*. itaque ubi in erroribus duo interpretes consentiunt, ut c. 164. 165 = 56 Graecum *Ὥς καὶ Οὔλ* prior reddit *os ceui*, posterior ... *zebul*, venit id ex archetypo pariter male intellecto. redire utramque versionem non ad libellos duos similes, quo argumenti indoles facile ducit, sed ad ipsum eundem Graecum commentarium, etiam ex titulo colligitur, quem fuisse *generationis mundi* sive *hominum* sive *saeculi* duarum versionum consensus (I, 1. 26 = II, 1. 25) declarat. id ipsum confirmat libelli ordinatio eadem in utraque versione. quam ut adsequamur, subsidia adsunt in priore versione cum laterculus servatus in libris *BF* tum eorundem librorum, prioris mutili, alterius pleni ordinatio (nam *GC* non habent nisi excerpta), in posteriore laterculus libri *V* et eiusdem libri ordinatio. primitivus ordo qui fuerit, inde efficitur, quod consentiunt in priore versione ordinatio Fredegariana (neque recedit inde ordinatio mutilati libri B quatenus pervenit), in posteriore laterculus libri *V*. subiecimus cum inscriptionibus ita mutatis, ut quid significetur a barbaris interpretibus passim obscuratum recte intellegatur. versiones duas distinxi numeris I et II; adieci quae respondent in editione nostra capita chronici Alexandrini.

laterculus (I, 1 . . . 20; II, 1 . . . 19).
praefatio et titulus (I, 21 . . 26; II, 20 . . . 25).
I. anni a constitutione mundi ad diluvium (I, 27 ... 46; II, 26 ... 45; Alex. 1—23).
II. terrae divisio tribus filiis Noe (I, 47 . . . 133. 135—151. 134. 152—195; II, 16 . . . 18. 91. 78 . . . 88. 90. 19—72. 89. 73—77. reliqua desunt; — Alex. 24 . . . 165).
III. linguae gentium LXXII (I, 196. 197; II —; Alex. 166 ... 168).
IV. incolae accolae insulae (I, 199 ... 227; II —; Alex. 169 ... 199).
V. montes (I, 228; II —; Alex. 200).
VI. fluvii (I, 229, adhaeret recapitulatio I, 230; II —; Alex. 201).
VII. anni a diluvio ad Moysen (I, 231 ... 246; II —; Alex. 202 ... 225).
VIII. iudices in Israhel (I, 241 . . . 268; II, 91 . . 110; Alex. 226 . . . 259).
IX. reges in Israhel (I, 269 . . . 300; II, 111 . . . 137; Alex. 260 . . . 315).
recapitulatio (I, 301—303; II, 172—182. 138).
X. paschata ante Christum (I, 304 . . . 315; II, 139 . . . 148).
XI. reges Persarum (I, 316 . . . 330; II, 184 . . . 198).
XI. olympiades (I, 331; II —).
XII. stemma Christi (I, 332; II, 167).
XIII. prophetae (I, 333; II, 168).
XIIIa. apostoli (II, 169).
XIV. prophetissae (I, 334; II, 170).
XV. reges in Israhel (I, 335; II, —).
XVI. reges in Samaria (I, 336 . . . 353, II, 149 . . . 166).
XVII. sacerdotes Israhel (I, 354 . . . 361; II, 171).

XVIII. reges Alexandrini (I, 362...376; II, 199...216).
XIX. imperatores Romani (I, 377...398; II —).
XX. episcopi Romani (deficiunt).

Qui discedunt ab hoc latereulo latereulus librorum *BF* et ordinatio libri Vindobonensis. eorum ille, ut minora omittamus, eo nomine tantummodo differt, quod regibus Persarum Alexandrinos et imperatores Romanos subiunxit, liber autem Vindobonensis cum aperte descriptus sit ex archetypo mutilo foliisque traiectis perturbato, eorum fragmentorum ordinatio pristinam nullo modo repraesentat.

Versiones duae cum ab eodem archetypo pendeant, multa habent, quibus differunt. prioris exemplaria quae habent corruptelas et hiatus communes (ut caput 134 de insulis maris mediterranei collocant loco aperte non suo et c. 197 in tabula linguarum LXXII omittunt tres postremas, item inter c. 217 et 218 Galliam et Germaniam et Sarmatiae principium), redeunt aut ad commune eorum archetypum aut, quod magis crediderim, ad ipsum interpretem. — Posterior versio, quam Chronographus adhibuit, non solum imperfecta ad nos pervenit unico codice, qui eam tradidit, lacero et corrupto, sed etiam cum alibi passim tum praesertim in capite de regibus Israhel plura omittit quae et in altera versione leguntur et adsunt apud Alexandrinum, reiecta opinor ab ipso Chronographo. sustulit idem ut debuit computationes in chronicis quae tractabat inventas substituto iis computo (p. 138. 139) ad annum 334 usque deducto. e contrario interdum plura habet profecta ex auctore Graeco: ita c. 35 verba adscripta de Lamech *fiunt simul anni DCXLII* collato Alexandrino intelleguntur adfuisse in archetypo Graeco. inde colligitur etiam priorem interpretem a breviando nequaquam abstinuisse. ne interpolationes quidem absunt a posteriore versione. in geographicis quae leguntur inter c. 88 (= I, 148) et 90 (= I, 149) de Melchisedec patriarcha et Scythopoli unde veniant nescio[1]) neque audeo pro interpolatis habere, cum possint esse reliquiae formae plenioris. at apostolorum nomina (c. 169) de suo videtur inseruisse Chronographus. multo minus auctoris Graeci sunt inserti populorum stemmati post c. 76 (= I, 185) Bulgares cum archegeta eorum Ziezi, qui cum praeterea non memorentur ante aetatem Theoderici regis Gothorum, ne a Chronographo quidem adici potuerunt, sed crediderim proficisci ab eo scriptore, qui chronica haec Orosii esse voluit.

De auctore libri antequam disputemus, agendum est de tertia forma huius libelli ea, quam nos editioni adiecimus sub lemmate Chronici Alexandrini. venit ea ex auctore qui hodie appellari solet Barbarus Scaligeri, id est ex codice unico, qui fuit aliquando Claudii Puteani[2]), hodie est bibliothecae Parisinae Lat. n. 4884 saec. VII exeuntis vel VIII[3]). ediderunt quae eo continentur primus Scaliger in thesauri temporum Eusebii ed. priore Leidensi a 1606 app. p. 44—70, secunda Amstelaedamensi a. 1658 app. p. 58—85 cum praescriptione hac: 'excerpta utilissima ex priore libro chronologico Eusebii et Africano et aliis Latine conversa ab homine barbaro inepto Hellenismi 'et Latinitatis imperitissimo'; deinde Alfredus Schoene ad prius volumen chronicorum

1) Praeter ea quae similia habet Genesis 14, 18, *ἐκ τῆς φυλῆς τῆς Χάμ* Melchisedec dicitur in chronico paschali p. 90 Bonn. reperiturque Melchi pater Melchisedec apud Malalam p. 58 Bonn. plena redit genealogia Chronographi, ut monuit Dillmannus, apud unum Athanasium quem dicunt (Fabricius cod. pseudepigr. vet. test. vol. 1 ed. 2 p. p. 311): *ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦν τις βασίλισσα Σαλὴμ κατὰ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως· ἐγέννησε δὲ τὸν Σαλαάθ. Σαλαὰθ δὲ ἐγέννησε Μελχί. Μελχὶ δὲ εἶχε γυναῖκα κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς Σαλήμ. ἔτεκε δὲ αὐτῷ δύο υἱοὺς ἕνα καλούμενον τὸν Μελχὶ καὶ ἕτερον Μελχισεδέκ.* de oppido Salem ab Hierosolymis diverso sito prope Scythopolim agit imprimis Hieronymus epist. 73, 7. 2) Ex eius bibliotheca citat 'chronica Alexandrina' haec Cuiacius in paratitlis ad C. Iust. 1, 37 (opp. ed. Neap. vol. 2 p. 73). 3) Inter infinitos soloecismos errores medio aevo proprii aut rari sunt aut nulli, ut *ti* pro *ci* vix reperitur nisi in uno vocabulo *provintia*.

Eusebii et Hieronymi (1875) app. p. 175—239, hic ita, ut pagina paginae, versus versui respondeat. liber spatia habet multis locis vacua relicta evidenter destinata picturis recipiendis, fere ut cernuntur in libris Notitiae dignitatum, eodemque videtur referendum esse, quod in libro nulla reperitur neque inscriptio[1]) neque subscriptio. ex quaternionibus qui supersunt octo ipsi integri (extremi quod deficit folium postremum[2]) non scriptum fuit, cum folii praecedentis versa et ipsa a scriptura vacet) septem primi numerati sunt numeris continuis, post septimum unus pluresve deficiunt, adest extremus. vidi ego librum et contuli, sed editione Schoeniana qui utitur, ipso libro carere potest. et ipsum barbare admodum ex Graeco versum esse demonstratione non indiget, evenitque etiam in hoc, ut librarii posteriores Graecis ab interprete retentis postea Latina substituerint: certe c. 62 *Lychnitis* vocabulo, quod picturae retinent, *Lucidissima* substitutum est in textu. ipsa compilatio a libro generationis longe recedit. scilicet cum pars prima f. 1—20', 7 (infra c. 1—257) itemque tractatus f. 24', 3—31, 24 (infra c. 258—315) priori parti libelli generationis respondeant, neque adest index eius et praefatio et aliena sunt omnino ab eo libello quae praeterea Alexandrinus exhibet 'sine genealogia' de regibus Italiae f. 20', 22—24', 3 et postea a f. 31, 24 de regibus Persarum et Alexandrinis et chronographica alia, quorum pars maior cum ad nostra non pertineat, exclusa est (cf. p. 129 c. 315 not. 1), pars minor infra edetur cum chronicis quibus respondet Italicis. sed quatenus chronica Alexandrina cum iis de quibus egimus coniuncta sunt, apparet compilatorem eorum archetypum adhibuisse forma pleniore quam qua repraesentatur in libello generationis et ut neutra recensio recte adhiberi potest nisi adsumpta altera, ita ad quaestionem de auctore tractandam tam plenior quam brevior in censum venit.

Auctoris nomen non traditur. compilatio Alexandrina cum et indice destituta sit et praefatione, ex ipsa non discimus unde sumpserit compilator quae huc pertinentia ei inseruit. etiam libri generationis mundi versio utraque ad nos pervenit aut falso auctoris nomine adscripto aut nullo. nam certe non pars est chronicorum Origenis, quamquam epitomator is, qui ei scriptori haec accepta refert (supra p. 79), non solum Graecam originem agnovit sed, etiam nescio quo casu mirifico eum auctorem laudavit, sub cuius persona alibi quoque verus libelli generationis auctor latet. multo minus Isidori est, cui dubitans tribuit chronographus saeculi septimi ineuntis[3]), vel Orosii, cui tribuit inscriptio ad versionem posteriorem (II, 24) temere adiecta a sciolo quodam saeculi minimum octavi; nam adfuisse eam in codice Vindobonensis archetypo ostendunt excerpta Sangallensia (v. p. 32), quamquam in his inscriptio haec praemittitur excerptis ex chronicis Italicis. nihilominus auctorem non ignoramus[4]): Hippo-

1) Nam quae in prima pagina adscripsit manus posterior (litteris minusculis Carolingicis saeculi noni exeuntis magis quam incipientis indicibus Ducangio praef. ad Chr. pasch. c. VI et Carolo Victore Langlois Parisino, qui mea causa locum denuo examinavit): *cronica Georgii Ambionensis episcopi vel, sicut alii dicunt, Victoris Turonensis episcopi* auctoritatem nullam habent. Georgius Ambionensis episcopus intellegitur sine dubio is cuius mentio fit in vita papae Stephani III (a. 768—772) aliorumque eius temporis pontificum (v. Duchesne ad vitas pontif. 2 p. 473. 482); sed huic quam ob causam adnotator saeculo uno fere Georgio posterior chronica tribuerit, non apparet. 2) Ita folium cum eo olim cohaerens 57 iam solutum est; soluta item sunt duo 59 et 62, sed suis locis inserta. 3) Fredegarius quem dicunt in prologo quarti libri auctores a se adhibitos enumerans quem citat sub nomine *cuiusdam sapientis seu Isidori*, non est is qui sequitur in ipso quarto libro, quae est Kruschii opinio (praef. p. 7); neque enim respicit hic nisi quae iam absolvit. immo intellegit, ut plerique statuunt, eum qui scripsit librum generationis expilatum in libro primo. eum post Hieronymum et Hydatium citari tantum abest, ut opinioni receptae adversetur, ut eam stabiliat: nam liber a Fredegario adhibitus sine dubio pariter atque Berolinensis librum generationis extremo loco habuit et ita compilator, quamquam ei ut debuit in opere primum locum dedit, hic tertium eum nominavit. ceterum ipsa verba declarant Fredegarium librum invenisse auctoris nomine carentem et sola coniectura eum tribuisse Isidoro. 4) Demonstravimus id Ducangius in praef. ad chronicon paschale vol. 2 p. 20 seq. ed. Bonn. et ego in editione priore p. 595 seq.

lytus is est episcopus Portuensis[1]) sub Alexandro et Maximino auctor librorum decem *κατὰ πασῶν αἱρέσεων* sive *φιλοσοφουμένων*. in eius indice operum inscripto statuae eius custoditae hodie in museo Vaticano (C. I. Gr. 8613) recensentur et liber paschalis (*ἀπόδειξις χρόνων τοῦ πάσχα*) citatus item ab Eusebio[2]), unde sumptus laterculus paschatum annos complexus p. Chr. 222–237, scriptus autem imperante Alexandro († 235 Febr. 10), inter annos igitur 222 et 235, sub eadem statua legitur, et alter liber *χρονικῶν*. hisce chronicis scripta anonyma de quibus agimus et tempore et loco egregie respondent. nam libelli generationis versio prior cum finiat in Alexandri anno extremo (I, 302. 314. 331. 397), scriptus est imperante Maximino († 238 m. fere Maio), id est inter annos 235 et 238. deinde Hippolytus natione Graecus degens in Italia fide Christianus is erat, qui tamquam fundamentum poneret chronographiae ad usum Christianorum aptatae per eum primum ex Oriente in Occidentem translatae et commendatae Latine loquentibus populis ipsa sua exilitate. nec desunt argumenta directa. catalogum episcoporum Romanorum quamquam libelli generationis exemplar nullum servavit, adfuisse eum declarat index *BF*, neque dubium est Chronographum a. 354 eum non tam

1) Episcopum Portuensem fuisse Hippolytum non recte negatur. episcopatum eum separatum ab Ostiensi cum constet extitisse a. 314 (C. I. L. XIV p. 7), nihil impedit, quominus ad ipsum saeculum tertium referatur; nam cum alibi tum maxime in regione suburbana vici quoque celebres suos episcopos habuerunt, ut Trium tabernarum et Silvae candidae, neque quisquam dubitabit Portum eo tempore in ea condicione fuisse. eius loci episcopum Hippolytum diserte faciunt auctores Graeci ipsis libris Hippolytianis usi et ex eorum subscriptionibus pendentes, scilicet epitomator Hippolytianorum vel certe Hippolyto attributorum scriptorum apud Lagardium p. 57 seq. et auctor chronici paschalis p. 12 ed. Bonn. et Syncellus p. 674 in recensu operum Hippolytianorum accepto ab auctore idoneo (Gelzer Afric. 2, 1). accedit quod Prudentius poeta saeculi quinti et martyrologia quamquam in aliis errant, tamen Hippolyti memoriam constanter coniungunt cum Portu. qui ab hac opinione discedunt Graeci et alii et (quod me docuit Harnack) Apollinaris Laodicenus scriptor saeculi quarti medii (p. 72 Lagarde) Romae eum episcopum facientes, non tam errant quam eandem sedem enuntiant minus accurate. Eusebius testis omnium antiquissimus quod eum episcopum facit, de sede sibi non constare significat (hist. eccl. 6, 20: *ἐπίσκοπος δ' οὗτος* — Beryllus — *ἦν τῶν κατὰ Βόστραν Ἀράβων· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος ἑτέρας που καὶ αὐτὸς προεστὼς ἐκκλησίας*: inde Hieronymus vir. ill. 61: *Hippolytus cuiusdam urbis episcopus: nomen quippe urbis scire non potui*, similiter in chronicis a. Abr. 2244), item inde opinor explicandum est, quod cum Hippolytus concilio a. 314 subscribens se dixisset episcopum *de loco qui est in Portu Romae*, homo Graecus aetatis Constantinianae eam indicationem parum intellexit. etiam in philosophumenis, quae Hippolyti esse viri docti hodie consentiunt, auctor *ἀρχιερατείαν* (prooem. p. 4 Duncker) sibi tribuit, id est dignitatem episcopi. contra presbyterum, scilicet sedis urbanae, faciunt et Chronographus loco supra p. 74 edito et supparis aetatis Damasus papa in carmine nuper in lucem protracto (Rossi inscr. chr. 2 p. 82), sed idem et gravissimo errore eum discipulum facit Novati et ipse sibi fidem denegat, finiens ita: *haec audita refert Damasus: probat omnia Christus*. ab hoc carmine deinde pendet Prudentius similia repetens et pendent alii ficticii eius martyrii narratores; nam recte Doellinger (*Hippolytus und Kallistus* p. 105 seq.) negavit ea aetate clericum urbanum simul sedem aliquam episcopalem obtinere potuisse. sed hic quoque error facile explicatur, cum pronum sit confundere episcopos suburbicarios cum clericis urbis Romae. haec ubi consideramus et videmus praeterea in philosophumenis ipsis librum generationis citari scriptum post obitum Alexandri a. 234, illa igitur hoc anno posteriora esse, iam Hippolyti condicio plene explanabitur. litigia acerrima inter Callistum episcopum urbis (a. 218—222) et Hippolytum episcopum Portus agitata non obstant, quominus successori illius Pontiano (a. 230—233) hic in exilio comes fuerit et post obitum summis honoribus Romae honoratus sit sepulcro sanctissimo et statua in suo genere unica. — Contra quam Doellingerius exposuit opinionem schismate facto Hippolytum a Callisti adversariis creatum esse episcopum ipsius urbis Romae quamque sibi probari Harnackius quoque mihi significavit, verum est Hippolytum litigia sua cum Callisto referentem ei tribuere *διδασκαλεῖον* ita, ut cathedram quodammodo ei denegare videatur, sibi autem ecclesiae regimen vindicare, maxime 9, 12: *τινὲς καὶ ἐπὶ καταγνώσει ἔκβλητοι τῆς ἐκκλησίας ὑφ' ἡμῶν γενόμενοι προσχωρήσαντες αὐτοῖς ἐπλήθυνον τὸ διδασκαλεῖον αὐτοῦ*. sed quamquam inde recte colligitur Callistum secundum Hippolytum sedem nullo iure obtinuisse utpote non orthodoxum et caput fuisse Hippolytum eius partis clericorum, qui removendum eum censerent, id ipsum factum esse et se pro eo electum nequaquam ait, et id si evenisset et Hippolytus his verbis aliquantum post Callistum defunctum publice editis sedem urbanam sibi vindicavisset, certe memoria eius non eo loco mansisset, quem indubitate postea obtinuit. 2) hist. eccl. 6, 22: pendent inde Hieronymus v. ill. 61 et Syncellus ad a. 215 p. 675 ed. Bonn.

sustulisse quam transtulisse, collocatum ab eo alio loco et continuatum. nam laterculus quem habet (p. 73) inscriptus est ratione plane Hippolytiana et eius pars prima, de qua supra p. 73 diximus, ad eum annum, in quo Hippolytus finire debuit, tractationem ostendit uniformem, quae deinde mutatur. laterculi autem eius adnotationum vere historicarum omnium prima exilii meminit, quod a. 235 cum Pontiano episcopo Hippolytus subiit. item tempora paschatum vetustiorum adnotata in laterculo statuae Hippolyti adiecto cum indiculis in libro generationum capite eo quod inscribitur 'quis ex quo pascha servavit a Moyse computatis annis' plane conveniunt[1]). redeunt quoque in libello hoc cum quae tamquam Hippolyto propria de rege quodam Iudaeorum apud Syncellum adlegatur temporum computatio[2]) tum quae ipse in libro contra haereses ex eiusmodi scriptione sua affert[3]). Iulii Africani eruditionis historicae ad Christianam religionem aptatae principis volumina edita a. 221 Hippolytum paucis lustris post eum scribentem adhibuisse ut verisimile est, ita Hippolytus eadem doctrina, cuius fidem facit operis contra haereticos liber primus totus Theophrasteus, hoc quoque argumentum tractavit, et ut *διαμερισμὸς τῆς γῆς* sine dubio ipsius est, non ex Africano compilatus, ita tantum abest, ut in chronologia sacra huius se adseclam ostendat, ut suam viam contra eum tenere soleat[4]). iam cum supra viderimus operis huius duas formas extitisse Graece scriptas, pleniorem alteram, quam adhibuit auctor Alexandrinus, alteram breviorem, quam sub inscriptione *libri generationis mundi* Latine verterunt interpretes duo, aut forma illa plenior auctori Hippolyti attribuemus, aut, si ipsa est Hippolyti, liber generationis versio est epitomae chronicorum Hippolytianorum. quaestio quamquam hoc loco tractari non potest, mihi secunda opinio magis probatur. nam titulus diversus chronicorum et libri generationis recte explicabitur, ubi hunc ex illis breviatum esse sumimus et cum multa capita pariter deficiant in utroque libello, adsint autem apud Alexandrinum, partem eorum verisimile est a fuisse iam ab archetypo communi Graece scripto.

Librum Hippolyti Graece deperditum[5]) qualem auctor emisit, aliqua tenus restituere poterit qui rem aggredietur adhibitis subsidiis omnibus tam Graecis quam Latinis:

1) Krusch *neues Archiv* 7 (1882), 457 seq.; Gelzer Afric. 2 (1885) p. 3. 2) p. 413 Bonn. (cf. p. 414): *ὁ δὲ ἱερὸς Ἱππόλυτος ἐν τῷ κατὰ τὴν Σωσάνναν καὶ τὸν Δανιὴλ συγγράμματι τρία ἔτη λέγει τὸν υἱὸν Ἰωακεὶμ Ἰωακεὶμ, τὸν καὶ Ἰεχονίαν μετὰ τὸν πατέρα κρατήσαντα μετοικισθῆναι εἰς Βαβυλῶνα.* idem legitur et in libello generationis I, 292 et apud Alexandrinum c. 291. Africanus e contrario huic regi tribuit aut menses tres aut annum unum (Gelzer Afric. 1, 98). sequentia quoque redire in libro generationis II, 182 ad eum locum adnotavimus. 3) 10, 30 quae de chronologia Iudaica leguntur, redeunt fere in libro generationis. item de linguis populorum agens ait auctor: *ἦσαν δὲ οὗτοι οβ' ἔθνη, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα ἐκτεθείμεθα ἐν ἑτέραις βίβλοις.* 4) Meum de ea re errorem recte redarguit Gutschmid (mus. Rhen. a. 1857 p. 44 = opusc. 1, 413). in Genesi tractanda Africanus crisi severiore usus textum genuinum sequitur, Hippolytus versionem vulgatam Graecam; ita ab Adam ad diluvium annos numerat Africanus 2262, Hippolytus 2242. Cainan alterum reicit Africanus, agnoscit auctor libri generationis (I, 43 = II, 42 = Alex. 19). 5) De codice Graeco chronicorum Hippolyti in Hispania adservato quae narrantur (Kunst in eph. nostra *Archiv* 8, 227), ea redeunt ad codicem bibliothecae Antonii Augustini in catalogo edito Tarracone a. 1586 (ab eo pendet Mader de bibliothecis 1666 p. 128) sic descriptum: 'n. 139 Marcellini vel Hippolyti 'sive potius incerti epitome temporum ab orbe condito usque ad annum vicesimum Heraclii imperatoris cum con'sulatibus et indictionibus et aliis cognitione dignis. Petri episcopi Alexandrini et martyris disputatio de celebra'tione paschatis contra falsum ordinem Hebraeorum. extat initio voluminis. liber recens in charta scriptus an. 'ↀ DLXXIII forma quadrati'. eum librum Carolus Graux, quem paullo ante obitum de eo consului, rescripsit illatum esse in bibliothecam Escurialensem signatum ibi antra IIII°. B. 9, postea V. Θ. 21; in ea bibliotheca librum vidisse c. a. 1620 doctum quendam ex Scottia virum eumque in catalogi Augustiniani illius exemplari adservato in eadem bibliotheca Escurialensi adnotasse librum scriptum esse manu Andreae Darmarii noti eius aetatis librarii Graeci; catalogorum duorum eius bibliothecae ante incendium factorum c. a. 1600 a Nicolao della Torre (Miller *mss. Grecs de l'Escurial* p. 332, ubi hic liber reperitur p. 339 n. 104) alterum volumen illud sic describere: *Μαρκελλίνου καὶ Ἱππολύτου ἤτοι ἀδήλου ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ νέου καὶ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου*, alterum idem volumen attribuere Petro Alexandrino (scilicet propter prius opusculum eidem insertum); periisse cum aliis in incendio fatali a. 1671. in eo certe iactura nulla facta est; nam aperte apographum fuit codicis hodie Vaticani Graec. n. 1941, qui servavit nobis

nam excerpta inde multa supersunt apud scriptorem chronici paschalis et apud Georgium Syncellum aliosque auctores complures, quorum conspectum dedit Alfredus de Gutschmid (*zur Kritik des διαμερισμός τῆς γῆς* mus. Rhen. vol. 13 a. 1858 p. 377): quaeque in Latinis versionibus culpa interpretum librariorumve obscurata sunt, plerumque statim explanat adhibita recensio Graeca. sed disquisitio ea ethnographiam sacram universam ad Geneseos caput X applicatam complecti debet itaque latissime patet. inchoavit rem in parte ethnographica Carolus Muellenhoff in commentario *über die Weltkarte des Kaisers Augustus* (Kiliae 1856 p. 36 seq.): at quantopere absint eius temptamina a iusta perfectione, modo citatus Gutschmid severo, sed non iniquo iudicio ostendit in museo Rhenano et vol. 12 p. 622—626 seq. et loco supra citato vol. 13 p. 377—408. laterculos autem Hippolyti inter alios qui nuper tractavit Henricus Gelzer (Sextus Iulius Africanus vol. 2 a. 1885 p. 3 seq.), neque recte distinxit quid esset Hippolyti et non esset neque a libris scriptis satis instructus ad rem explicandam accessit et male neglexit quae ex hoc suo libro in philosophumenis auctor repetiit. nos ut noluimus Hippolytianorum chronicorum restitutionem aggredi, Latinas versiones quae supersunt in hac editione proposuimus ita plenas et ita correctas, ut per libros expleri et emendari potuerunt, abstinentes a coniecturis, ne per eas incideremus in ipsius libelli retractationem a nostri operis consilio et fine alienam. Latinae vero recensiones ita sunt innexae labentis aetatis temptaminibus rerum narrandarum, ut Hippolyti chronica Latine facta quamquam ad ipsam vetustatem cognoscendam parum utilia neque omittere nobis liceret neque leviter tractare.

Computi in fine libri generationis a Chronographo adiecti conspectum subicere visum est non supervacaneum fore, quamquam difficultates inde magis indicabuntur quam solventur.

ab Adam ad diluvium	2242
corrigendum ex numeris singillatim traditis (veris, nisi quod Lamech annos habuit CLXXXIIX) quod traditur IICCCXLII.	
a Noe ad Abraam (natum)	1070
corrigunt numeri singillatim proditi summam M in MLXX.	
ab Abraam ad migrationem Iudaeorum in Aegyptum	180
Iudaei in Aegypto ad exodum	430
Iudaei in deserto	40
Iesu Nave	32
iudices	490 [1]
reges ante regnum divisum	34
fortasse scribendum CXXXIIII.	
reges Iudae ad captivitatem in Babylonia	374
fortasse scribendum CCCCXXIIII.	
captivitas Babylonica	70
deserta Iudaea	710?
ab Adam ad Cyrum	4916
Iudaei sub Persis	230 [2]
reges Macedones	270
regnum Iudaeorum post Alexandrum magnum ad Agrippam	345

chronicon quod dicunt Paschale: ei enim notae illae omnes accurate respondent neque dubium est Augustinum, cuius cura codex ille ex Sicilia Romam adlatus est, exemplum eius sibi parasse, ut sibi paravit Casaubonus aliud servatum hodie in bibliotheca Monacensi scriptum manu eiusdem Darmarii. itaque sola huius hominis coniectura eaque inepta chronicon nititur Hippolyti Graecum.

1) Est numerus ab Africano positus (Gelzer Afric. 1, 90). 2) Item numerus Africani (Gelzer 1, 103).

Quaenam epocha significetur, parum constat. regnum hoc Iudaeorum si incepit a Mattathia anno circiter ante Chr. 169, inde effluxerunt ad mortem Agrippae ultimi regis Iudaeorum a. 44 p. Chr. anni 213, ad excidium Hierosolymorum anni 240.

ab Agrippa ad Septimium Severum 5870?

Intellegi Severi consulatum primum a. 194 ex sequentibus colligitur; Agrippae vocabulo quaenam epocha significetur, supra iam dixi parum constare. anni mundi duo 5870 et 1017 separati intervallo certo annorum 140 et ipsi corrupti sunt neque suppetit emendatio probabilis.

a Severo ad Aemilianum et Aquilinum 55

Recte numerantur anni a 195 ad 249 p. Chr.

ab Aemiliano et Aquilino ad Diocletianum IX et Maximianum VIII 55

Recte numerantur anni a 250 ad 304 p. Chr.

a Diocletiano IX et Maximiano VIII ad Optatum et Paulinum 30

Recte numerantur anni a 305 ad 334 p. Chr.

ab Adam ad Paulinum et Optatum 1017?

Numerum corruptum quomodo emendem, supra iam dixi me non perspicere.

Unde veniant computationes hae corruptae sane et perturbatae, frustra quaesivi; ad Hippolyteas cum aliquot prope accedant, aliae differunt, et in summa re cum neque de ipsis numeris ab Hippolyti positis satis constet et in computo hoc continuatorum et librariorum immutationes late videantur grassatae esse, nos ab iis restituendis abstinere debuimus. unum apparet in parte extrema, certe a Severo, Chronographum adhibuisse tabulam fastorum ita conscriptam, ut singulae paginae quinque et quinquaginta consulum paria continerent, extrema non esset perscripta.

Editiones libri generationis fecerunt potissimum hi.

1. Canisius in lectionibus antiquis vol. 2 (1601) p. 154 seq., quam editionem repetiit Basnage thesaurus monumentorum eccl. et hist. vol. 2 (1725), 1, p. 155 seq.
2. Labbé bibl. nova mss. librorum vol. 1 (1657) p. 298—309.
3. Ducange ad Chronicon paschale ed. Paris. 1688 p. 413—421, ed. Bonn. vol. 2 p. 96 seq.
4. ego in priore editione Chronographiae (1850) p. 637 seq. ad codicem Chronographi Vindobonensem.

Codicum ordinationem in libro generationis priore uno solo loco mutavi collocans c. 134 inter c. 151 et 152. secundi capita ordinavi ad priorem; codicis quae sit, et indicant numeri adscripti et conspectus supra p. 82. chronicorum Alexandrinorum ordinem non mutavi, omisi multa inter c. 257 et 258.

Lib. gen. I.

1. Dinumeratio temporum et annorum a generatione saeculi usque in hunc diem.
   liber generationis ab adam usque ad ordinem (hunc diem *conicit Krusch*) quae continetur in hoc libro dinumeratio t. et a. generationis saeculi (*sic F*, generationes *B*) usque in hunc diem *BF*, haec sunt diutissime per diuersa quaesita sic dinumeratio t. et a. (et a. *om. G*) a generatione saeculi ab adam usque in consulatum (-tu *G*) ualentiniani (ualentini *G*) et ualentis anni sunt vdcccxxviii *GC*.
2. terrae divisio tribus filiis Noae: declaratio gentium, quae ex quibus factae sint et quas singule terras et civitates sortitae sunt[a].
   a) et quas singule (-las *G*) t. et c. sortitae (-ti *G*) sunt *FGC*, *om. B*
3. quantae insulae clarae.
4. qui ex quibus gentibus transmigraverunt.
5. quot flumina nominata.
6. quot montes nominati.
   pro 5. 6 quod m et fl. *GC*
7. quot iudices et[a] quis quot annis populum iudicavit.
   a) et *GC*, *om. BF*
8. quot reges in tribu Iuda et quis quot annis regnavit.
9. declaratio paschae et quis quando servavit ex temporibus Moysi in hunc diem.
   om. GC
10. reges Persarum a Cyro et quis quot annis regnavit.
   post 18 GC
11. reges Macedonum ab Alexandro et quis quot annis regnavit.
   post 16 GC
12. imperatores Romanorum ab Augusto et quis quot annis imperavit.
   post 10 GC
13. tempora Olympiadum ab Ipito usque in praesentem olympiadem.
   om. GC
14. nomina patriarcharum a generatione.
   post 15 G
15. nomina prophetarum.
16. mulieres prophetissae.
   post 17 G, post 19 C
17. nomina regum Hebreorum.
   regum ex iuda *post 19 G, om. C*
18. et regum qui in Samaria regnaverunt supra X tribus et quis quot annos regnavit.
   regum (reges *C*) samariae *post 11 GC*

Lib. gen. II a. 334.

1. In hoc libro sunt congregationes temporum vel annorum a constitutione mundi usque in hodiernum diem.
2. divisiones terrae tribus filiis Noe post diluvium. manifestaciones gentium que gentes ex quibus nate sunt et quas singuli eorum provincias et civitates hereditaverunt.
3. quot insule manifeste.
4. qui ex quibus gentibus advene facti sunt.
5. quot flumina opinata.
6. quot montes nominati.
7. quot iudices et quis eorum quot annos iudicavit populum
8. quot reges in tribu Iudeorum et quis eorum quot annos regnavit.
9. ostensio pasche, quis ex quo pascha servavit a Moysen computatis annis.
10. tempora regum Persarum a Cyro et quis quot annis regnavit.
11. nomina patriarcharum a geneseos.
12. nomina prophetarum.
13. nomina apostolorum.
14. mulieres prophetisse.
15. nomina regum Hebreorum.
16. reges qui in Samaria regnaverunt et quis eorum quot annos regnavit.
17. sacerdotum nomina.
18. nomina regum Machedonum ab Alexandro et quis quot annos regnavit.

Lib. gen. I.

19. nomina sacerdotum.

post 14 G, post 15 C

20. nomina episcoporum[a] Romae et quis quot annis praefuit.

sic B, emperm *F euidenti errore, quem frustra tuetur Kruschius Archiv 7, 469, om. caput GC, in sequentes* libri qui sunt ueteris et noui (et noui *om. G*) testamenti canonici cum indiculis uersuum *(v. p. 80).*

ordinant igitur capita sic: 1. 2. 3. 4. 6. 5. 7. 8. 14. 15. (15. 14 *G*) 19. 17 *(om. C)* 16. 11. 18. 10. 12 *GC.*

21. Quoniam quidem oportet instructum esse veritatis diaconum, necessarium[a] existimavi, frater carissime, hos in brevi de sanctis scripturis facere sermones ad corroborandam[b] doctrinam tuam, ut per paucas enarrationes non sine causa inquisitas virtutes veritatis citius agnoscamus, abscidentes prius indoctorum generatam contentionem, quae obumbrant sensum[c], huiuscemodi indoctum edoceat.

b) corroborandum *B*a c) sensum̧ *F, om. B*

22. Summa autem cum industria praevidere cupientes iuxta veritatem cognoscimus gentium divisiones et parentum dinumeratam generationem, intrabitationis quoque tempora et bellorum commissiones et iudicum tempora[a] dispensationes et regum annos et prophetarum tempora, qui et quibus regibus nati sunt, quales captivitates populi quibus regibus[b] et quibus iudicibus contigerint quique sacerdotes quibus temporibus fuerint et quae divisio, quae perditio facta sit, quo autem modo generatio[c] seminis Israhel de patribus in Christo conpleta sit et quot quantique per quanta tempora dinumerentur[d] anni a creatura saeculi usque in hunc diem.

a) tempora *del.* b) nati s. q. c. p. q. regibus *F, om. B* c) generatione *B*a d) dimumerentur *B*

23. Existimavimus autem incipientes a Genesi iuxta verbum ostensionem sicut expetit[a] declarare, non ex nostra quadam parte[b], sed ex ipsis sanctis scripturis testificari[c]. Hinc ergo occursionem arripientes iuxta[d] ordinem de Genesi sermonem faciemus.

a) *scr.* expedit b) partem *B*a c) *scr.* testificati d) *omissis quae praecedunt c.* 21. 22. 23 hinc ergo incipiemus et iuxta *cet. GC*

Lib. gen. II. a. 334.

19. imperatorum Romanorum nomina a Gaio Iulio Caesare et consulibus.

20. Quorum omnium[a] per omnia paratum esse veritatis ministrum, optimum arbitratus sum compendiosum sermonem facere ad congruam sapientiam: opus est[b] etenim per ostensionem non vacue cogitantes, sed liquidum secundum veritatem historie inquirere in brevi que adprehendimus, amputantes primum contenciones ignorantium, quae generant litem et obscurant sensum ignorantium que[c] possunt studeri.

a) *scr.* quoniam oportet *similiterve* b) opost *V* c) qui *V*

21. Qui autem diligenter volunt et studiose historiam discere, cognoscant gentium divisiones et patrum genealogiam et temporum V peregrinationes[a] et civitatum 55'
conventiones et iudicum dispositiones et regum tempora et prophetarum, quae autem captivitates in populo fuerunt, sub quibus regibus et iudicibus contigerunt, qui autem sacerdotes fuerunt vel quibus temporibus sacerdotium funxerunt, quae autem divisiones temporum et populorum facte sunt, ut autem discensio senum[b] Israel ex patribus in Christo adimpleretur et quot et quanta tempora dinumerantur annorum a constitucione mundi usque in hodiernum diem.

a) *scr.* tempora peregrinationis b) *scr.* seminis

22. Visum est nobis sermonem a Geneseos facere non ex proprio argumento, sed de sacris scripturis testimonia tollentes. Hinc ergo initium sumimus secundum ordinationem a Geneseos acceptam.

Lib. gen. I.	*Lib. gen. II a. 334.*
24. Explicit prefatio. *om. GC*	23. Explicit prefatio.
25. Incipit narratio. *om. GC*	24. (Incipit chronica Horosii.)
26. Liber generationis hominum.	25. Liber generationis mundi.

Lib. gen. I.	*Lib. gen. II. a. 334.*	*Chr. Alex.*
27. Quo die fecit deus Adam ad imaginem dei fecit eos[a]. a) fecit eos *om. GC*	26. Qua die fecit deus Adam ad imaginem et similitudinem suam.	1. Primus homo factus est a deo, cui nomen erat Adam: uxor autem eius Aeva. 2. Ab Adam usque ad dilivium Noe generationes X, anni autem duo milia ducenti quadraginta duo[a]. a) *vacant vv. 12*

Lib. gen. I.	*Lib. gen. IIa. 334.*	*Chr. Alex.*
28. Vixit autem Adam annis CCXXX[a] et genuit Seth. a) *sic B*, cxxx *F*, ccxx *G*	27. Adam annorum CXXX genuit Seth.	3. Adam factus est annorum ducentorum treginta et sic genuit Seth. mortuus est autem Adam annorum noningentorum treginta.
29. Vixit autem Seth annis CCV et genuit Enos.	28. Seth annorum CC genuit Enos.	4. Seth autem vixit annos CV: fiunt simul anni quadringenti XXXV: et genuit Enos. mortuus est autem Seth annorum noningentorum duodecim.
30. et vixit Enos annis CLXL et genuit Cainan.	29. Enos annorum CXC genuit Cainan[a]. a) caman *V*	5. Enos autem vixit annos CXC: fiunt simul anni sexcenti quinquaginta quinque: et genuit Cainan. mortuus est autem Enos annorum noningentorum quinque.
31. et vixit Cainan annis CLXX et genuit Meleleel[a]. a) maleleel *G*, malelel *C*1, malaleel *C*2	30. Cainan[a] annorum CLXX genuit Malaleel. a) caman *V*	6. Cainan autem vixit annos CLXX: fiunt simul anni DCC nonaginta quinque: et genuit Malelehel. mortuus est autem Cainan annorum noningentorum XC.
32. et vixit Meleleel[a] annis CLXII[b] et genuit Iaret. a) maleleel *G*, malelel *C*1, malaleel *C*2, et u. mel. *om. B* b) clxv *G*, clx *C*	31. Malaleel annorum CLXVI genuit Iareth.	7. Malelehel autem vixit annos centum sexaginta quinque: fiunt simul anni noningenti sexaginta: et genuit Iared. mortuus est autem Malelehel annorum octingentorum nonaginta.

Lib. gen. I.	*Lib. gen. II. a. 334.*	*Chr. Alex.*
33. et vixit Iaret annis CLXII et genuit Enoc.	32. Iareth annorum CCLXVI genuit Enoch.	8. Iared autem vixit annos centum sexaginta duos: fiunt simul anni mille centum viginti duo: et genuit Enoch. mortuus est autem Iared annorum noningentorum LXII.
34. et vixit Enoc annis CLXV et genuit Matusalam.	33. Enoc annorum CLXV genuit Matusala.	9. Enoch autem vixit annos centum sexaginta V: fiunt simul anni mille ducenti octuaginta VII: et genuit Mathusalam. placuit autem Enoch deo factus annorum tricentorum sexaginta quinque et translatus est.
35. et vixit Matusalam annis CXVII[a] et genuit Lamec. a) CLXVII *G*, CLXV *C'*	34. Matusala ann. CLXXXVII genuit Lamech.	10. Mathusalam autem vixit annos CLXVII: fiunt simul anni mille quadringenti LIIII: et genuit Lamech. mortuus est autem Mathusalam annorum noningentorum LXVIIII.
36. et vixit Lamec annis CLXXXVIII[a] et genuit Noe. a) CXXIII *GC'*	35. Lamech annorum CLXXII genuit Noe: fiunt simul anni DCXLII[a]. a) *ex* XLII *factum* XCII *V*	11. Lamech autem vixit annos CLXXXVIII: fiunt simul anni mille DCXLII: et genuit Noe. mortuus est autem Lamech annorum septingentorum.
37. et erat Noe annorum D et genuit tres filios Sem Cham et Iafeth.	36. Noe annorum D genuit filios tres Sem, Cham et Iaphet.	12. Factus est autem Noe annorum quingentorum: fiunt simul anni duo milia CXLII et genuit Noe tres filios Sem, Cham et Iafeth.
38. Post annos autem C, postquam generatus est Sem, fit diluvium, cum esset annorum sescentorum Noe.	37. Erat autem Sem annorum C, quando factum est diluvium, cum esset Noe annorum DC.	13. et factum est, cum homines multiplicarentur super terram et filias procreassent, videntes autem angeli dei filias hominum quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. et dixit dominus deus: non permanebit spiritus meus in hominibus istis in aeternum, quia caro sunt, eruntque dies eorum annorum CXX. gigantes autem erant super terram in diebus illis et ultra, cumque introissent angeli dei ad filias hominum, ille que genuerunt, illi fuerunt gigantes a seculo homines nominati. corrupta est autem terra coram deo et repleta est terra iniquitate. et vidit dominus deus terram quia[a] corrupta erat: omnis quippe caro corruperat viam suam super terram: et dixit dominus deus ad Noe: tempus omnium rerum venit coram me: et quia repleta est terra iniquitates eorum, et ecce corrumpam eos et terram. fac autem tibi arcam de lignis quadratis et linies eam intrinsecus et extrinsecus asfaltu bitumini et quod sequitur.

Lib. gen. I.	*Lib. gen. II a. 334.*	*Chr. Alex.*
		et fecit Noe omnia quae praeceperat illi dominus deus. et erat Noe annorum sexcentorum. fiunt autem simul anni duo milia ducenti quadraginta duo. et diluvium aquarum factum est super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus, et mortua est omnis caro quique habuit spiritum vitae in semet ipso super terram ab homine usque ad pecus et reptile et ferarum et omnium quod erat super terram habens spiritum vitae in semet ipso. post haec autem in sexcentesimo primo anno exiit Noe et omnes qui cum eo erant de arca. a) *bis P*
39. Fiunt ergo ab Adam usque ad diluvium generationes X[a], anni IICCXLII. a) xi *F*	38. Fiunt ergo ab Adam usque ad dilu v vium anni duo milia CCXLII, generationes X.	14. fiunt autem simul ab Adam usque ad diluvium Noe anni duo milia ducenti quadraginta duo[a]. a) *vacant vv. 26* *V. f. 56*
		15. et a diluvio Noe usque ad turris aedicationem et confusione linguarum generationes sex, anni autem quingenti quinquaginta octo.
40. Hae sunt generationes Sem.	39. He sunt generationes Sem.	16. Hii autem sunt filii Noe: Sem, Cham et Iafeth post diluvium[a] sic: a) dilu um *P*
41. Sem cum esset annorum C, genuit Arfaxat anno II post diluvium.	40. Sem[a] post diluvium anno secundo genuit Arfaxath. a) *om. V*	17. Sem factus est annorum CI: fiunt simul anni duo milia trecenti quadraginta tres: et genuit Arfaxad.
42. et vixit Arfaxat annis CXXXV et genuit Cainan.	41. Arfaxath annorum CXXXVI genuit Cainan.	18. Arfaxad autem vixit annos centum treginta V: fiunt simul anni duo milia quadringenti septuaginta octo: et genuit Cainan.
43. et vixit Cainan annis CXXX et genuit Sala[a]. a) salam *GC*	42. Cainan annorum CXXXI genuit Sala.	19. Cainan autem vixit annos centum treginta: fiunt simul anni duo milia sexcenti octo: et genuit Salam.
44. et vixit Sala[a] annis CXXX et genuit Eber. a) salam *GC*	43. Sala annorum CXXX genuit Eber[a]. a) ebes *V*	20. Salam autem vixit annos centum treginta: fiunt simul anni duo milia septingenti treginta octo: et genuit Eber.
45. et vixit Eber annis CXXXIIII[a] et genuit Falec. a) cxxxiii *GC*	44. Eber annorum CXXXIIII genuit Faleg.	21. Eber autem vixit annos centu XXXIIII: fiunt simul anni duo milia octingenti duodecim: et genuit Falech et Ragau fratrem eius.

Lib. gen. I.	*Lib. gen. II. a. 334.*	*Chr. Alex.*
		22. Sub ipso factum est dispersio. et fuit omnis terra labia et vox una omnibus: et factum est, dum moverent ab Oriente, invenerunt paneum, quod est terra fructifera in terra Sennaar, et habitaverunt ibi. et dixit homo ad proximum suum: venite, faciamus nobis lateres et coquamus eas igne. et facta est eis ipsa latera quasi lapis, et bitumen erat illis lutus. et dixerunt: venite aedificemus nobis civitatem et turrem, cuius capud sit usque ad caelum, et faciamus nobis nomen, antequam dispersi fuerimus super omnem faciem terrae. et descendit dominus deus[a] videre civitatem et turrem, quam aedificaverant filii hominum, et dixit dominus deus: ecce labia et vox omnibus una, et hoc initiarunt facere, et nunc non minuitur ex ipsis omnia quaecumque proposuerunt facere. venite, descendentes dispersas faciamus ibi eorum linguas, ut non obaudiat unusquisque vocem proximi sui. et dispersit illos dominus deus inde super faciem omnis terrae, et cessaverunt aedificantes civitatem et turrem. propter hoc vocatum est nomen eius confusio, quia ibi confudit dominus labia omnis terrae, et exinde dispersit eos dominus deus super omnem faciem terrae. a) *adnotatur in P m. 1:* non corporaliter intellegitur quod descendit dominus deus.
46. usque ad hunc generationes V, anni DXXVIIII[a]: ab Adam autem generationes XV, anni sunt IIDCCLXXI[b]. a) sunt ergo a diluvio usque ad natiuitatem falech anni DXXXI (DXXVII *C*) cum illo biennio quod memoravi superius post diluvio secundo anno genitum arfaxat *GC* b) LXXIII *G*	45. Fiunt simul anni DXXXI, generationes V: ab Adam generationes XV, anni IIDCCLXXIII.	23. Fiunt autem simul ab Adam usque ad turris aedificationem et dispersionem terrae generationes quindecim, anni duo milia octingenti LXXVIII[a]. a) *vacant vv. 14*

Lib. gen. I.	*Lib. gén. IIa. 334.*	*Chr. Alex.*
47. Divisio terrae[a] tribus filiis Noe. a) et *ins. B, om. GC*	16. Divisio terre tribus filiis Noe.	24. Terrae divisiones tres filios Noe post diluvio factum est sic:
48. Post diluvium Sem Cham Iafet trium fratrum tribus divisae sunt.	47. Post diluvium trium fratrum in tribus partibus divisa est terra.	25. Sem, Cham et Iafeth trium fratrum secundum tribum partiti sunt super terram.
49. et Sem quidem primogenito[a] a Persida et Bactris usque in India longe usque in Rinocoryris est[b]. a) (pars facta est *ins. G*) b) persida (persidam *C*) bactris (bactrix *G*) longe (longi *G*, in longum *C*[b]) usque rinocururis (rinocoruris *C*[b]) *GC*	48. Sem vero prioris filii portio est a Persida et ab austro usque in India et Rinocorura longitudo: et habet fluvium Eufraten.	26. et Sem primogenito a Persida et Bactrium usque in India longitudo, latitudo autem ab India usque Rinocorurum.
50. Cham autem secundo a Rinocoruris usque Gadira[a] ad austrum[b]. a) gadira *G*, gadiram *C*, gariraat *B*, cariraat *F* b) ad austrum *om. BF*	91. ‖ Cham vero secundus filius Noe a Rinocorura usque ad Cades, que est ab austro: et habet fluvium Geon qui vocatur Nylus.	27. Cham autem secundo ab Rinocorurum usque Garirum. *V. f. 56'*

Lib. gen. I.	*Chr. Alex.*
51. Iafet autem III a Media usque Gadira[a] ad borram. a) usque italiam et gadeb *G*, usque italiae gad** *C*[1], usque italiae ad gades *C*[2]	28. Iafeth autem tertio a Midia usque Garirum ad aquilonem.
52. Habet autem Iafet flumen[a] Tigridem qui dividit Mediam et Babiloniam. a) frumen *B*[1]	29. Habet autem Iafeth fluvium Tigrem, qui dividet Mediam et Babyloniam in terra Assyriorum.
53. Sem autem Eufratem.	30. Cham autem habet fluvium Geon, qui vocatur Nilus.
54. et Cham Geon qui vocatur Nilus.	31. Sem autem Eufraten.

Lib. gen. I.

360. Ythamar autem et filii eius Isaar. Isaar autem frater Ambram et ipse Levvita: huius filii Chore et Nabith (nafeth *GC*) et Zazyr (ietri *G*, iecri *C*) et filii Core Air (ar *GC*) et Helcana et Abiasap (abisac *G*, abisat *C*). hic Coreb restitit adversus Moysen et Aaron, et Chao absortus est in viris CCL (in uiris cel *F*, cum CCL viris *GC*) Cebrum frater Ambram aercius (eius *GC*), filii eius Misahel (simael *C*, semael *G*) Elisafath et Setri et Dile. hii (et dile hii *om. GC*) Levvitae.

Exod. 6, 21—25: verba Ythamar . . . eius Isaar *corrupta videntur esse:* hic Coreb . . . in viris CCL *petita sunt ex Num. 16, 1—3. 35. reliqua adhibitis libris Graecis facile emendanda non subnotavi.*

361 [1]). Traditi sunt autem omnes (o. a. *F*) Levitae (*om. F*) Aaron et filiis (*sic G*, filius *C*, filii *F*) eius archae testamenti ut menistrarent ei et tollerent (tollent *F*) eam. et facta est eis pars X sacerdotibus initiata et primogenita et quae in sacrificiis constituta et primogenita et distinata. Levviticis data est lex, ut quaecumque acciperint a populo ex decimis, decimas darent sacerdotibus, ut extimaretur eis tamquam oblatio iniciarum [2]). traditae sunt illis etiam civitates refugiorum VI et harum prata sementiva in circuitu cuiusque civitates cubita II et aliae civitates XLII, sacerdotibus quidem X, Levviticis quoque XXXII (XIII *F*). puto latius nos dixisse quam speramus: tamen necessariae pro his (necessarium eis *G*, necessarium eos *C*),

Lib. gen. I.

qui scripolosiusr equirere volunt et multa legerunt. quos exstimo facile percipere quae scripta sunt. sed et illi qui pauca legerunt facilius ad intellectum possunt pervenire ex illis quae a nobis per breviata inquisitione (per nimiam inquisitionem *GC*) declarata sunt [3]).

1) *cf. Num. 35, 1. Iosua 21, 4–8.* 2) *sic F, sed* inicio eorum *pro* iniciarum: *contra GC sic.* et facta est eis constitutae decimae (constituta decem *C*) sacerdotibus *(bis G)* autem initia (*sic* G^2 C^2, intia C^1, inia G^1) et primogenita et quae in sacrificiis constituta et quae ex decimis acciperent a populo tamquam tributum iniciarum. 3) *hic finiunt GC.*

Lib. gen. I.	*Lib. gen. II a. 334.*
362. Macedonum reges iuxta Alexandrinos.	199. Nomina regum Grecorum qui in Alexandria regnaverunt.
363. Alexander filius Philipphi post Darium ann. VII.	200. Alexander regnavit annis VIII.
364. Ptolomeus Lagi Soter ann. XLII.	201. Ptholomeus Laius Soter regn. annis XXII.
365. Ptolomsis filius Filadelfus ann. XXXVIII.	202. Ptholomeus Filadelphi regnavit annis XXX.
366. Ptolomeus filius Euergeta ann. XXX.	203. Ptholomeus Uergetis regnavit annis XXVII.
367. Ptolomeus filius Euergit. ann. XXV.	204. Ptholomeus Epifani regnavit annis XX.
368. Ptolomeus Philopator ann. XVII.	205. Ptholemeus Filometoris regnavit annis XVII.
369. Ptolomeus frater ann. XXIII.	206. Ptholemeus iunior regnavit annis XXVI.
370. Ptolomeus Fuscus ann. II.	207. Ptholomeus Fusci regnavit annis XXV.
371. Euergeta ann. XXVI.	208. Ptholomeus Euergentis regnavit annis XXVI.
372. Ptolomeus Alexus ann. XX.	209. Ptholomeus Alexi regnavit annis XV.
	210. Ptholomeus secundus Sotheris regnavit annis XXX.
373. Alexander frater Ptolomei Alexe an. XVIII.	211. Ptholomeus Alexi frater regnavit annis XXVIII.
	212. Ptholomeus Alexandri regnavit annis XXIIII.
	213. Ptholomeus regnavit annis XX.
374. Ptolomeus Dionisius hecate ann. XXVIIII.	214. Ptholomeus Dionisi regnavit annis XVII.
375. Cleopatra filia ann. XXV.	
376. fiunt in se ann. CCCXLVI.	
	215. fiunt anni CCCXXXV.
	216. ab Adam VCCCCXLVIII.
	217. post Ptholomeum Dyonisi [1]).

1) *vacat pagina dimidia.*

377. Imperatores Romanorum.
378. Augustus ann. LVII.

Lib. gen. I.

379. Tiberius ann. XXII mens. VII dies XXII.
380. Gaius ann. III mens. VIIII.
381. Claudius ann. XIII men. I dies XXVIII.
382. Nero ann. XIII m. VIII dies XXVIII.
383. Galba m. V d. XXVI.
384. Otho mens. VIII d. XII.
385. Vitellius m. VIIII d. XV.
386. Titus ann. III m. II d. II.
387. Traianus ann. XVII m. VIII d. VI.
388. Chadrianus ann. XX m. X d. XXVIII.
389. Antonius Pius m. VIII d. XXII.
390. Marcus ann. XVIIII m. V d. XII.
391. Commodus ann. XII m. VIII d. XXIIII.
392. Elius Pertinax m. VII.
393. Iulianus m. II d. VII.
394. Severus ann. XIIII.
395. Antonius cognomento Caracalla Severi filius ann. VI m. VIIII d. II.
396. Macrinus ann. I men. II (men. *II om. F*[a]) d. VI.
397. Antonius ann. III m. VIII d. XXVIII.
398. Alexander ann. XIII d. VIIII.

Episcopi Romani
desiderantur.

Lib. gen. II a. 334.

COMPVTVS ANNORVM EX QVO MVNDVS CONDITVS EST ET PRIMVS HOMO PLASMATVS EST A DEO CVI NOMEN EST ADAM.

Adam	cum	esset	annorum	CCXXX.	genuit	Seth	et	post	vixit	alios	annos	DCC.	et	mortuus	est.
Seth	cum	esset	annorum	CCV.	genuit	Enos	et	post	vixit	alios	annos	DCCV.	et	mortuus	est.
Enos	cum	esset	annorum	CXC.	genuit	Cainan	et	post	vixit	alios	annos	DCCXV.	et	mortuus	est.
Cainan	cum	esset	annorum	CLXX.	genuit	Malaleel	et	post	vixit	alios	annos	DCCXL.	et	mortuus	est.
Malaleel	cum	esset	annorum	CLXV.	genuit	Iareth	et	post	vixit	alios	annos	DCCXXX.	et	mortuus	est.
Iareth	cum	esset	annorum	CLXII.	genuit	Enoch	et	post	vixit	alios	annos	DCCC.	et	mortuus	est.
Enoch	cum	esset	annorum	CLXV.	genuit	Mathusala	et	post	vixit	alios	annos	CC.	et	mortuus	est.
Mathusala	cum	esset	annorum	CLXVII.	genuit	Lamech	et	post	vixit	alios	annos	DCCCII.	et	mortuus	est.
Lamech	cum	esset	annorum	CLXXXIX.	genuit	Noel	et	post	vixit	alios	annos	DLXV.	et	mortuus	est.

NOE VIXIT ANNIS DC. FIVNT AVTEM AB ADAM VSQVE AD NOE HOC EST VSQVE AD CATACLISMVM ANN̄. II. CCC. XLII. ITEM POST CATACLISMVM VIXERVNT SIC.

Sem	cum	esset	annorum	C.	genuit	Arfaxat	et	post	vixit	alios	annos	D.	et	mortuus	est.
Arfaxat	cum	esset	annorum	CXXXV.	genuit	Cainan	et	post	vixit	alios	annos	CCCXXX.	et	mortuus	est.
Cainan	cum	esset	annorum	CXXX.	genuit	Sala	et	post	vixit	alios	annos	CXXX.	et	mortuus	est.
Sala	cum	esset	annorum	CXXX.	genuit	Eber	et	post	vixit	alios	annos	CCCIII.	et	mortuus	est.
Eber	cum	esset	annorum	CXXXIIII.	genuit	Falec	et	post	vixit	alios	annos	CCLXX.	et	mortuus	est.
Falec	cum	esset	annorum	CXXX.	genuit	Racau	et	post	vixit	alios	annos	CCVIII.	et	mortuus	est.
Racau	cum	esset	annorum	CXXXII.	genuit	Serue	et	post	vixit	alios	annos	CVII.	et	mortuus	est.
Serue	cum	esset	annorum	CXXX.	genuit	Nachor	et	post	vixit	alios	annos	CC.	et	mortuus	est.
Nachor	cum	esset	annorum	LXXIX.	genuit	Thara	et	post	vixit	alios	annos	CCXXIX.	et	mortuus	est.
Thara	cum	esset	annorum	LXX.	genuit	Abraam	et	post	vixit	alios	annos	CV.	et	mortuus	est.

V f. 61 Abraam cum esset annorum c genuit Ysaac. fiunt ergo a Noe usque ad Abraam anni M. item ab Abraam usque ad Iacob qui Egiptum transivit anni sunt CLXXX. deinde in Egipto fuerunt Iudei ann. CCCCXXX. et postquam exierunt et in deserto fuerunt anni XL. hii anni in lege Moysi diligenter scripti sunt. inde filius Nave successit et dux fuit annis XXXII. deinde liber iudicum Iudeorum continet annos CCCCXC. deinde liber regum Iudeorum continet annos XXXIIII, Iude a [1]) continet annos CCCLXXIIII. deinde expugnata est Hierosolomia et captivi ducti sunt Iudaei in Babiloniam et ibi fuerunt ann. LXX et deserta fuit Iudea et templum eorum annos DCCX. deinde Cyrus rex Persarum in secundo anno regni sui permisit eos id est Iudeos redire de Babilonia in Iudeam et regem eis restituit

Ex quo ergo mundus constitutus est usque ad Cyrum regem Persarum, anni sunt IIIIDCCCCXVI. deinde Iudei reversi sunt in Iudeam de Babilonia et servierunt annos CCXXX. deinde cum Alexander Magnus Macedo devicit Darium et venit in Iudeam et devicit Perses et deposuit regnum eorum, et sub Macedonibus fuerunt Iudei ann. CCLXX. inde reversi sunt a Macedonibus et sub suis regibus fuerunt usque ad Agrippam, qui novissimus fuit rex Iudaeorum ann. CCCXLV. iterum ab Agrippa usque ad L. Septimum Severum urbis consulem anni sunt V DCCCLXX. iterum a Severo usque ad Emilsanum (*sic*) et Aquilinum conss. anni sunt LVII. ab [2]) Emiliano et Aquilino usque *V f. 62* ad Dioclecianum IX et Maximianum VIII cons. anni || sunt LV. A Diocletiano IX et Maximiano VIII usque ad Optatum et Paulinum cons. anni sunt XXX. fiunt ergo a mundo constituto usque ad Paulinum et Optatum consules anni ↀ. XVII.

1) *scribe* Iudae autem. 2) *scr.* LV item ab.

XVI.

CHRONICA VRBIS ROMAE.

Chronographiam quod finit chronicon urbis Romae enumerat reges Latinos et Albanos et Romanos, deinde liberae rei publicae annales repraesentat nominibus quos ait dictatorum, vere clarorum virorum sine ullo temporis ordine nominibusque multis pessumdatis paucis versiculis coacervatorum [1]), denique imperatores recenset ad Licinium usque († 324). qui scripsit, ad singulos imperatores tempus imperii adnotat et locum obitus, in hoc indicando conspirans paucis exceptis cum laterculo quem servavit interpres Eusebii Armenius vol. 1 app. p. 17. 18. praeterea autem non respexit imperium Romanum, sed solam urbem Romam, nam externa omnia absunt, ponuntur pestilentiae, incendia, tumultus, opera publica et memorabilia varia, ut ostenta quaedam et polyphagorum exhibitiones, praesertim autem congiaria, quae cum incipiant ab ipso Romulo regibusque, deinde accurate explicantur, ut quot nummos quis urbanis distribuerit, collecta summa ad singulos imperatores adscribatur. ut ieiunus et plebeius libellus est, ita fidus et utilis; non solum topographis urbis Romae plura scitu digna et accurate relata suppeditavit, sed tempora quoque regnorum vix alibi diligentius definiuntur et cum vera tradantur de Gordianis tribus et Pupieno Balbinoque, evitantur ita errores, qui tertio saeculo historiographiam Occidentis universam paene insederunt.

Chronographiam a. 354 vel potius a. 334 qui compilavit, hos laterculos partem esse voluisse libelli generationis evidenter apparat: nam indicis quem praeposuit caput ultimum *imperatorum Romanorum nomina a Gaio Iulio Caesare et consulibus* (p. 88) aperte imperatorum elencho respondet neque magnopere offendit, quod qui indicem confecit partem quae spectat ad reges et dictatores ita neglexit. iam cum libellum generationis constet Hippolyti esse et vere imperatorum laterculum continuisse, possis conicere chronicorum horum partem Hippolyto anteriorem et ipsam eius esse; sed secus est. nam laterculus is, quem plenior libelli Hippolytiani versio altera habet finientem in Alexandro quemque ipsius esse dubitari non potest, non solum deductus est ab Augusto (v. supra p. 134), cum hic a Caesare inchoet, sed etiam in regnorum temporibus ita ab hoc differt, ut ad eundem scriptorem duo laterculi referri nequeant. proficisci chronica haec tota ab eodem auctore primario, qui a regibus ad suam aetatem ea pertractarit, maxime congiaria ostendunt per regum fabulosa tempora ita relata, ut solito more instituti postea recepti αἰτίαι ne desint. eum auctorem Suetonium esse in editione priore posui, eis potissimum argumentis usus, quod quae de congiariis Numae eiusque assibus scorteis hic referuntur, apud Suidam laudantur ex Suetonio et quod totum mythistoricae narrationis genus optime convenit eius auctoris ingenio librisque eius tribus de regibus, probavique id et aliis et Reifferscheidio, qui quae chronica haec de regibus habent omnia inseruit reliquiis Suetonianis p. 316—320. sed in hanc

1) Ad hoc caput respicientes fasti Chronographi nostri (supra p. 56) ad a. u. c. 705 Caesaris primum adnotant: *hoc usque dictatores fuerunt.* ceterum quomodo evenerit, ut quarto p. Chr. saeculo libera rei publicae tempora per dictatores solos repraesentarentur, nescio. apud Eusebium (vol. 1 p. 293 Sch. et ad a. Abr. 1504) ea ubi induentur, mentio fit consulum et dictatorum. in serie regum Hieronymiana quae inter reges et imperatores Romanorum interponuntur nomina (ed. Schoene vol. 1 app. p. 35) ab hisce diversa, sed similia, nituntur solis editionibus vetustis: certe in magno numero codicum Hieronymianorum, quos aut ipse evolvi aut mea causa amici, seriem regum pauci habuerunt, hoc caput nullus.

formam qui primus chronicon urbicum redegit, praeter Suetoniana illa adhibuerit necesse est rerum gestarum annales digestos secundum principes. apud Eusebium in chronicis et apud Syncellum in epocha mythistorica cum eaedem narrationes redeant ex ipsis chronicis hisce urbanis non derivatae (id quod de similibus locis Barbari Scaligerani obtinere mox demonstrabimus), tamen tam prope ad ea accedunt, ut probabile sit Graecos illos pendere non tam a Suetonio ipso quam ab eodem, ad quem haec excerpta redeunt Suetonianorum expilatore: sed is num Africanus fuerit an Hippolytus aliusve nescio qui, parum constat. fasti denique Hydatiani inter adnotationes non multas duas certe (sub Marco et Caro) habent ex eodem auctore primario derivatas.

Ipsum libellum quem nos habemus sive hac forma sive pleniore saeculo quarto in multorum manibus fuisse et per condicionem eius verisimile est et comparent inde excerpta in apparatu indicata apud auctores hos quattuor:

1. Eutropius (ante a. 375) in narrandis rebus saeculi primi praeter Suetonii vitas XII Caesarum hunc libellum eumque solum fere hic illic adhibuit.

2. Hieronymum ex chronicorum horum exemplari nostro fortasse pleniore auxisse chronica Eusebiana data opera exposui olim in actis maioribus societatis Saxonicae vol. 1 (1850) p. 681. 693.

3. Chronicorum Alexandrinorum scriptor finiens in a. 387 Chronographum a. 354 adhibuerit necesse est. nam laterculus regum Albanorum tredecim quem exhibet Chronographus a forma ab Augusto inde recepta praeter differentias quasdam in numeris nominibusque ad errores epitomatorum librariorumve referendas eo differt, quod index antiquus duodecimo loco Aremulum Silvium recenset regnantem a. XVIII, Chronographus eo sublato post Amulium, in quo finit antiquus, ultimo loco collocat Remum Silvium regnantem a. XVII, quem Romulus interfecerit. Barbarus autem eundem laterculum referens praeter corruptelas sibi proprias et alia habet cum Chronographo communia et hanc ineptam Aremuli Remique contaminationem[1]. ab hac fraude et inepta et evidentissima Eusebius et Syncellus immunes manserunt et propria ea est, quatenus nobis datum est rem explorare, Chronographo a. 354 et Scaligeri Barbaro. quam ob rem aut ex eodem auctore haec traxit uterque aut hic pendet ex illo. hoc ut statuamus requirit laterculus regum et consulum Romanorum apud utrumque ita corruptus et interpolatus, ut de communi origine dubitari nequeat, qua de re suo loco dicetur. is laterculus cum adhaereat Chronographiae a. 354, sed nullo modo pro parte eius haberi possit, cum tam regum laterculus alius quam consulum adsit in Chronographia ea forma longe diversa et emendata, necesse est, ut auctor Alexandrinus Chronographiae exemplar adhibuerit habens eam ipsam de qua agimus appendicem. — Eundem compilatorem Alexandrinum, scilicet chronicorum Latinorum quae habemus qui scripsit archetypum Graecum, supra vidimus usurpavisse Hippolyti generationis libellum non ea forma, qua Chronographus eum reddidit, sed Graece scriptum; seposuit igitur in hac parte Chronographiam Latine scriptam et adhibuit ipsum librum Hippolytianum.

4. Isidorus in originibus non multa, sed tamen aliqua ex chronicis hisce deprompsit.

1) Scilicet pro tredecim regibus Chronographi apud Barbarum novem tantum comparent, ex his sex similibus nominibus, sed traiecti, nam tertius Latinus ibi est quarto loco, quartus Alba primo (redit id apud Malalam et Cedrenum: cf. Gelzer Afric. I, 225), octavus Titus (sic uterque pro Tiberino) secundo, decimus Aventinus octavo, undecimus Proca quinto, decimus tertius Remus nono, tres Francus tertius, Tarquinius sextus, Cidenus septimus nominibus aut interpolatis ita, ut non agnoscantur, aut ficticiis.

ITEM ORIGO GENTIS ROMANORVM, EX QUO PRIMVM IN ITALIA REGNARE COEPERVNT.

Picus Saturni filius regnavit agro Laurentino usque ad eum locum ubi nunc Roma est, ann. XXXVIII[1]). eo tempore ibi nec oppida nec vici erant, sed passim habitaverunt[2]).

Faunus Pici filius eisdem locis regnavit annis XLIIII[3]). eo tempore Hercules cum ab Hispania reverteretur, aram quae est Romae ad forum boarium posuit et dedicavit eo quod Cacum filium Vulcani ibi in spelunca sua occiderat.

Latinus isdem locis regnavit . . . hic ex suo nomine cives suos Latinos appellavit. hoc regnante Troia capta est, unde Aeneas Veneris et Anchisae filius venit et se cum Latino iunxit unaque bellum gesserunt adversus Rutulos. eo proelio Latinus occisus est et regnum eius penes Aeneam remansit[4]).

Aeneas oppidum condidit Lavinium[5]) ibique regnavit annis tribus.

Ascanius Aeneae filius regnavit annis XXXVI. Albam longam condidit[6]).

REGES ALBANI.

Postumus Silvius Aeneae nepos regnavit ann. XXXVII. ab hoc prognati postea Albae regnaverunt ac Silvi sunt cognominati.

|| *Aeneas Silvius* regnavit annos XXXI. *f. 62'*

Latinus LI.

Alba XXVIII.

Appius[7]) XLI.

Capys XXVIII.

Campeius[8]) XXI.

Titus[9]) VIII.

Agrippa LI.

Aventinus XXXVIII.

Procas VIII.

Amulius LI.

Remus Silvius regnavit XVII. eum Romulus interfecit.

V

2 ceperunt *V* 3 laurentine *V* 4 opida *V* 7 ara *V* 8 occideret. bellum cum troianis. latinus *V* 10 regnante et troia *V* 10 et se] esse *V* 11 praelio *V* 12 paenus ineam *V* 13 bellum aeneas oppidum rutulis condidit *V*: *fuit in margine archetypi* bellum cum Rutulis 15 et reges *V* 16 aenae *V* postea prognati *V* 26 adventinus *V* 28 et milius *V*

1) *Augustinus de c. d. 17, 15:* exortum est regnum Laurentum ubi Saturni filius Picus regnum primus accepit. *item a Pico Croni pronepote incipit Italam seriem Barbarus Scaligeri 1. 20'. Syncellus p. 322 Bonn.:* *πρὸ Αἰνείου α' φασὶ Πῖκον υἱὸν Κρόνου βασιλεῦσαι χώρας Λαυρέντου λζ΄· εἶτα δὲ τὴν χώραν ἕως τῆς νυνὶ Ῥώμης πόλεως.* 2) *Barbarus f. 21 sub Pico:* erant omnes partes illas sine urbes et sine regem, secundum quod narrat historia. 3) *Syncellus p. 323: μεθ' ὃν Φαῦνον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πίκου . . . ἔτη μδ . . . . καθ' ὃν Ἡρακλῆς ἀπὸ Σπανίας ἐπανελθὼν ἐν φόρῳ τῷ λεγομένῳ βοαρίῳ βωμὸν ἤγειρε, διότι ἀνεῖλε Κάκον τὸν Ἡφαίστου υἱόν. Barbarus f. 22:* tunc Eraclius ab Spanorum partibus rediens arma sua (*scr.* aram suam) posuit in Roma in boarium forum in templo clausit. 4) *Barbarus f. 22': de eius (Latini)* nomine Romeos, qui et Cittei vocantur, Latinos nominavit . . . Eneas . . . cum Latino se coniunxit et fecit pugna cum illos Rutullos et in ipsa pugna Latinus occisus est et imperium eius sumpsit Eneas. 5) *Barbarus f. 22':* et condidit Libyniam civitatem. 6) *Barbarus f. 22:* Ascanius condidit Albaniam et regnum Albanis imposuit. *Syncellus p. 333.* 7) *debuit esse* Epitus. 8) *debuit esse* Calpetus 9) *secundum antiquiorem laterculi formam* Tiberinus: *sed Titum item habet licet loco non suo Barbarus (v. p. 142 not. 1).*

REGES ROMANORVM NVMERO VIII.

Romulus Martis et Iliae filius regnavit annos XXXVIII. urbem Romam condidit XI kal. Mai., qui dies appellatur Parilia. hic X menses in annum constituit a Martio in Decembrem. mille iuvenes de plebe Romana legit, quos milites appellavit, et centum seniores, quos senatores dixit[1]). congiarium dedit congium vini inter homines XII[2]). hic cum natat ad paludem caprae, subito nusquam conparuit. in numerum deorum relatus deus Quirinus appellatus est.

Titus Tatius dux Sabinorum una cum Romulo regnavit annos quinque. hic Tarpeiam, virginem Vestalem, vivam armis defodit eo quod secreta Romuli ei propalare noluisset.

Numa Pompilius regnavit ann. XLI. pontifices, virgines Vestales instituit. hic duos menses ad X menses Romuli instituit, Ianuarium diis superis, Februarium diis inferis[3]). hic prior hominibus adinvenit grabata mensas sellas candelabra[4]). congiarium dedit scortinos asses et militibus donativum aere incisum dipondium semis[5]).

Tullius Hostilius regnavit annos XXXII. hic prior censum egit edictoque suo cavit ut quicumque temporibus ipsius falsum fecisset, daret pro capite suo dimidium verbecem[6]).

Marcius Philippus[7]) regnavit ann. XXXVI. Cong. dedit assem semis et militibus
f. 63 donativum dipondium semis. Ostiam coloniam||condidit.

L. Tarquinius Priscus regnavit annos XXVIII. hic cum fundamenta Capitolii cavaret, invenit caput humanum litteris Tuscis scriptum CAPVT. OLIS. REGIS, unde hodieque Capitolium appellatur[8]). hic prior Romanis duo paria gladiatorum edidit, quae comparavit per annos XXVII[9]).

Servius Tullius serva natus regnavit ann. XLV. hic votum fecit ut quotquot annos regnasset, tot ostia ad frumentum publicum constitueret[10]).

V et Romulus . . . 7 appellatus est *in margine cod. Caesenatis (supra p. 33).*

2 martis] martir *V*a elie *Caes.* regnauit *om. Caes.* 3 anno *Caes.* in] usque a *[sic] Caes.* 4 mille *om. Caes.* romana *om. Caes.* elegit *Caes.* seniores] seniores elegit *Caes.* 5 congiarium dedit] condidit *Caes.* 6 cum] dum *Caes.* in palude *Caes.* 7 sellatus *V* est appell[atus] *Caes.* 9 nolluisset *V* 10 ann. XVI *V* vestas *V* 13 scortinas asses *V*: *fortasse scr.* scortinos assem S = semis 14 XXII *V* suo vocavit *V* 17 mancius *V* XXXVI] XXXIII *V*a asse *V* 18 hostiam *V* 19 calcaret et invenisset *V* 23 servilius *V* XLV] XXV *V* hic] *V*b, hic prior *V*a

1) *Syncellus p. 367: Ῥωμύλος πρῶτος ἐκ τοῦ δήμου ἐστράτευσεν ἄνδρας συγκλητικούς τε ρ´ γέροντας ἐποίησε. similiter Eusebius (Arm.) ad a. Abr. 1223. utrumque α͵ =* mille *male accepisse pro πρῶτος observavit Gelzer Afric. 1, 231. Isidorus orig. 9, 3, 31 Chronographum et Hieronymi locum a. Abr. 1289 videtur contaminavisse.* 2) *Alibi non reperitur.* 3) *Syncellus p. 398:* (*Νουμᾶς*) *τῷ ἐνιαυτῷ δύο μῆνας προσέθηκε τόν τε Ἰανουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον, δεκαμηνιαίου τοῦ ἐνιαυτοῦ πρὸ τούτου χρηματίζοντος iisdemque fere verbis Eusebius (Arm.) a. Abr. 1303.* 4) *Alibi non redit.* 5) *Tranquillus apud Suidam s. v. ἀσσάρια (similiter Iohannes Antiochenus fr. 32 Müll.): Νουμᾶς ὁ πρῶτος βασιλεὺς μετὰ Ῥωμύλον Ῥωμαίων γεγονὼς ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα πρῶτος ἐχαρίσατο Ῥωμαίοις τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων διὰ σκυτίνων καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων· ἅπερ ὠνόμασεν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νουμμία. Syncellus p. 398: ὁ αὐτὸς καὶ γογγιάριον ἔδωκεν ἀσσάρια ξύλινα καὶ σκύτινα καὶ ὀστράκινα iisdemque fere verbis Eusebius (Arm.) ad a. Abr. 1303. Barbarus Scaligeri f. 23′:* iste primum nummum adinuenit. *Similiter et alii Graeci (Reifferscheid rel. Suet. p. 321) et Isidorus orig. 16, 18, 10.* 6) *Cum de Tullo similia non narrentur, fortasse ad Numam adnotatio pertinet, quamquam ne ad eum quidem census alibi diserte refertur.* 7) *Ovidius fast. 6, 803:* Marcia sacrifico deductum nomen ab Anco. *Röm. Münzwesen p. 547. 641.* 8) *Similia habent praeter Livium 1, 38, 7. c. 55, 5 Arnobius 6, 7:* in . . Capitolio qui est hominum qui ignoret Oli esse sepulcrum Vulcentani *et Isidorus orig. 15, 2, 31:* cum Tarquinius Priscus Capitolii fundamenta Romae aperiret, loco fundamenti caput hominis litteris Tuscis notatum invenit et proinde Capitolium appellavit. 9) *Alibi non redit.* 10) *In frumentationibus, quas ad Servium praeter hunc etiam auctor de viris illustribus refert* (*c. 7:* plebi distribuit annonam), *ostia, porticus omnino Minuciae, aliquoties nominant tituli (C. VI, 10225:* ostio XV; *C. VI, 10224:* ostio XXXIX; *C. VI, 10223:* ostio XLII): *de numero eorum solus Chronographus nos certiores fecit.*

Tarquinius Superbus regnavit ann. xxv. hic prior hominibus invenit lautumias tormenta fustes metalla flagella carceres exilia[1]). ipse prior exilium meruit[2]). inter duos pontes a populo Romano fuste mactatus *[est]* et positus in circo maximo sub delfinos[3]).

ITEM NOMINA DICTATORVM[4]).

P. Cornelius Scipio Africanus. Fabius Maximus. Apulius Claudius. Popilius Lenas. Valerius Publicola. Pompeius Maximus. Eneas Iulius. Sulla Felix. Barbatus. Scipio Nasica. Aemilius Paulus. Fabius. Cincinnatus. Decimus. Titus Marius. Plutatius Catus. Marius Rutulus. Valerius Corvinius. Cornelius Scipio. P. Decius. Q. Fabius. Metellus Pius. Marius. Licinius Salinator. Curius Dentatus. Iulius Brutus.

ITEM IMPERIA CAESARVM.

C. Iulius Caesar imperavit annos iii menses vii dies vi. congiarium dedit Ӿ C. occisus curia Pompeia.

Divus Octavianus Augustus imp. ann. lvi m. iiii d. unum. cong. ded. ter Ӿ CCCLXIIS[5]). *f. 63'* hoc imp. navis Alexandrina primum in portu Romano introivit nomine Acatus[6]), qui attulit frumenti modios CCCC, vectores MCC, piper, linteamen, carta, vitria et opoliscum cum sua sibi base, qui est in circo maximo, altum pedes LXXXVIIS. excessit Nola.

Tiberius Caesar imp. ann. xxii m. vii d. xxviii. cong. dedit Ӿ LXXIIS. hoc imp. in civitate Fidenis populo spectante amphitheater ruit et oppressit homines iiiccv[7]). excessit Miseno.

C. Gallicula imp. ann. iii m. viii d. xii. cong. dedit Ӿ LXXIIS et de basilica Iulia sparsit aureos et argenteos, in qua rapina perierunt homines xxxii, [mulieres] ccxlvii et spado[8]). occisus Palatio.

Tiberius Claudius imp. ann. xiii m. viii d. xxvii. cong. dedit Ӿ LXXV[9]). hoc imp. primum venenarii et malefici comprehensi sunt; homines xlv, mulieres lxxxv ad supplicium ducti sunt. hic metas in circo maximo deauravit. excessit Palatio.

Γ

1 lautumnas Γ 13 *pro* Ӿ *semper* X Γ 14 octisus Γ 15 ter a. CCCLXIIS Γ 16 portu] Γ[a], porto Γ[b] 17 CCCC Γ uitria (*non* nitria) Γ 24 xxxii. cc. xlvii Γ 25 octisus Γ 27 venerarii Γ

1) *Repetit haec Isidorus orig. 5, 27, 23:* iste prior latomias tormenta fustes metalla atque exilia adinvenit. *Similia habent Iohannes Antiochenus fr. 36 Muell. (eadem Suidas s. v.):* *Ταρκύνιος Σούπερβος … δεσμά τε καὶ μάστιγας, κλοιοὺς ξυλίνους καὶ σιδηροῦς, πέδας, ἁλύσεις, μέταλλα καὶ ἐξορίας ἐφευρών, et Eusebius (Arm.) ad a. Abr. 1470:* Tarquinius Superbus invenit vincula verbera cippos carceres custodias ligamina collaria catenas exilia damnationes ad metalla. *Hieronymus ibidem:* Tarquinius Superbus excogitavit vincla taureas fustes lautumias carceres compedes catenas exilia metalla, *adhibito fortasse in fustibus et lautumiis Chronographo.* 2) *Haec quoque adsunt apud Isidorum l. c.:* et ipse prior ex regibus exilium meruit. 3) *Haec de obitu Superbi narratio alibi non reperitur: insula Tiberina nata dicitur ex frumento post exactos reges in campo Martio demesso et in fluvium iniecto (Liv. 2, 5).* 4) *Vide supra p. 141 adn.* 5) *Augustus cum secundum monum. Ancyr. (v. ed. meae p. 60) congiaria dederit non ter, sed quinquies, scilicet quattuor denariorum C, unum denariorum LX, pro qua summa Suetonius (Aug. 41) ponit sestertios CCL sive denarios LXIIS, Chronographus non* ter *scribere debuit, sed* quinquies *et summam efficere CCCCLX denariorum; sed addens denarios duos semis aperte erravit cum Suetonio.* 6) *Immo ἄκατος est navis oneraria. cf. Suetonius Claud. 20:* (Claudius) portum Ostiae extruxit … mole obiecta, quam quo stabilius fundaret, navem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat advectus. 7) *Aucto numero errore omnino Suetonius ait (Tib. 40) periisse hominum supra milia viginti. Tacitus (ann. 4, 63) adeo milia quinquaginta.* 8) *Addidi* mulieres, *quo ducit spadonis mentio; certe de numero XXXIICCXLVII = 32247 cogitari non debet.* 9) *Confirmat rem Dio 60, 25.*

Nero imp. ann. xiiii menses v dies xxviii. cong. dedit X C.[1]). hoc imp. fuit polyfagus natione Alexandrinus nomine Arpocras, qui manducavit pauca: aprum coctum, gallinam vivam cum suas sibi pinnas, ova c, pineas c, clavos galligares, vitrea fracta, thallos de scopa palmea, mappas iiii, porcellum lactantem, manipulum feni, et adhuc esuriens esse videbatur[2]). Nero occisus via Patinaria.

Galba imp. m. viii d. xii. cong. promisit sed non dedit. hic domum suam deposuit et horrea Galbae instituit. decolatus foro Romano iacuit.

f. 64' *Otho* imp. dies xc. ipse se Brixellis interfecit. ||

Vitellius imp. m. viii d. xi. occisus Palatio.

Divus Vespasianus imp. ann. xii m. viii d. xxviii. congiarium dedit X LXXV. hic prior tribus gradibus amphitheatrum dedicavit. excessit Curibus Sabinis.

Divus Titus imp. annos . . . . hic amphitheatrum a tribus gradibus patris sui duos adiecit. excessit Curibus Sabinis cubiculo patris.

Domitianus imp. ann. xvii m. v d. v. congiarium dedit ter X LXXV[3]). hoc imp. multae operae publicae fabricatae sunt: atria vii, horrea piperataria ubi modo est basilica Constantiniana et horrea Vespasiani, templum Castorum et Minervae, portam Capenam, gentem Flaviam, Divorum, Iseum et Serapeum, Minervam Chalcidicam, Odium, Minuciam veterem, stadium, et thermas Titianas et Traianas, amphitheatrum usque ad clypea, templum Vespasiani et Titi, Capitolium, senatum, ludos iiii, Palatium, metam sudantem et Panteum[4]). occisus Palatio.

Nerva imp. ann. v m. iiii d. unum. cong. de. X LXXV et funeraticium plebi urbanae instituit X LXIIS. excessit hortis Salustianis.

Traianus imp. ann. xix m. iiii d. xxvii. cong. dedit X DCL. hoc imper. mulieres in thermis Traianis laverunt. vii. idus Iulias excessit Selinunti.

Adrianus imp. ann. xx m. x d. xiiii. congiarium dedit X ∞. hoc imper. templum Romae et Veneris fabricatum est[5]). excessit Bais veteribus.

Antoninus Pius imp. ann. xxii m. viii dies xxviii. cong. dedit X dccc. hoc imper. circensibus Apollinaribus partectorum[6]) columna ruit et oppressit homines ∞cxii. excessit Lorio.

V *et* 4 et Nerone . . . 8 videbatur *S*

1 imperator ann. *ad.* fuit poly *om.* V[1] 1 hoc] nerone *S* pollyfagus *S* 3 galinam *V* pinnas *S* 4 fract *V* maniculum *SV* 5 octisus *V* 9 bittellus *V* 11 am amphiteatrum *V* curis *V* 12 annos VIII dies XII cong. promisit sed non dedit *repetens ex v. 9 V* 13 curis *V* 15 multa *V* horr *V* 16 horr *V* 17 capaena *V* 18 calcidicam *V* odium] synodum *V* 21 funeraticum *V* 24 silenunti *V* 28 appolinaribus *V*

1) *Confirmat rem Suetonius Ner. 10.* 2) *Cf. Suetonius Ner. 37:* creditur polyphago cuidam Aegypti generis crudam carnem et quidquid daretur mandere adsueto concupisse vivos homines laniandos absumendosque obicere. 3) *Confirmat rem Suetonius Dom. 4.* 4) *Hinc excerpta ex Suetonio Dom. 5 auxit Eutropius* 7, 23: Romae multa opera fecit, in his Capitolium et forum transitorium, divorum porticus, Iseum ac Serapeum et stadium, *auxitque rursus Eutropiana Hieronymus ad a. Abr. 2105 (cum compilatoribus eius Prospero et Cassiodoro):* multa opera Romae facta in quis Capitolium, forum transitorium, divorum porticus, Isium ac Serapium, stadium, horrea piperataria, Vespasiani templum, Minerva Chalcidica, Odium, forum Traiani, thermae Traianae et Titianae, senatus, ludus matutinus, mica aurea, meta sudans et pantheum: *ex his* mica aurea *apud chronographum videtur excidisse culpa librariorum, et excidit item* forum Traiani, *quod defenditur et eo quod thermae quoque Titianae et Traianae inter Domitiani opera recensentur et Victoris testimonio (Caes. 13):* (Traianus) Romae a Domitiano coepta forum *(sic Oxon.,* fora *Brux.)* atque alia multa . . . coluit ornavitque. ludos IIII *cum Chronographus habeat,* ludum matutinum *Hieronymus, hic fortasse exemplari usus est recensentis nominatim eos omisitque ut alia ludos tres magnum Dacicum Gallicum.* 5) *Hinc Hieronymus a. Abr. 2147:* templum Romae et Veneris sub Hadriano in urbe factum. 6) *Partectum hic et infra p. 148 v. 24 fortasse formatum est a παρατεκταίνω: conferri potest παραστάς, παστάς (Vitruv. 6, 10, 1).*

|| *Divus Verus* imp. ann. VII m. VIII dies XII. congiar. ded. X CCCC. hoc imper. scrofa porcellum peperit in effigiem elefanti. excessit Altino. *f. 64*

Marcus Antoninus imp. ann. XVIII m. XI dies XIIII. cong. ded. X DCCCL. hoc imper. instrumenta debitorum fisci in foro Romano arserunt per dies XXX[1]). excessit Pannonia superiore.

Commodus imper. ann. XVI m. VIII d. XII. cong. dedit X DCCCL. hoc imp. thermae Commodianae dedicatae sunt[2]). excessit domo Victiliana.

Pertinax imper. d. LXXV. congiarium dedit X CL. excessit Palatio.

Iulianus imp. dies LXV. occisus Palatio.

Divus Severus imp. ann. XVII m. XI d. XXVIII. cong. ded. X ∞C. hoc imp. Septizonium et thermae Severianae dedicatae sunt[3]). excessit Britaniae.

Geta imp. menses X dies XII. occisus Palatio.

Antoninus Magnus imp. ann. VI m. II dies XV. cong. dedit X CCCC. Hoc imp. ianuae circi ampliatae sunt et thermae Antoninianae dedicatae sunt[4]). hic suam matrem habuit. excessit inter Edessam et Carras.

Macrinus imp. anno uno menses IIII d. II. cong. dedit X CL[5]). hoc imp. amphitheater arsit. occisus Arcelaida.

Antoninus Eliogaballus imper. annos VI m. VIII dies XVIII. cong. ded. X CCL. Eliogaballium dedicatum est[6]). occisus Romae.

Alexander imper. ann. XIII m. VIII d. IX. cong. dedit X DC. hoc imp. fuit polyfagus natione Italus qui manducavit pauca: cistam, lactucas, vascellum sardinarium, sardas X, melopepones LXX, tallos de scopa palmea, mappas IIII, panes castrenses IIII, cistam, cardos cum suas sibi spinas, et || ebibit vini grecanicum plenum et venit *f. 65* ad templum Iasurae et ebibit labrum plenum et adhuc esuriens esse videbatur. et thermae Alexandrinae dedicatae sunt[7]). Alexander occisus Mogontiaco.

Maximinus imp. ann. III m. IIII d. duos. cong. ded. X CL. hoc imp. magna pugna fuit cum Romanis et praetorianis. occisus Aquileia.

Duo Gordiani imper. dies XX. excesserunt Africae.

Pupenius et Balbinus imper. dies XCIX. cong. dederunt X CCL. occisi Romae.

Gordianus imper. ann. V m. V d. V. cong. ded. X CCCL. hoc imp. mula hominem comedit. agonem Minervae instituit. excessit finibus Partiae.

Duo Philippi imper. ann. V m. V dies XXIX. cong. ded. X CCCL. hi seculares veros in circo maximo ediderunt. occisus senior Verona, iunior Romae in castris praetoriis.

Decius imper. annum unum m. XI d. XVIII. cong. ded. X CCL. hoc imp. thermae Commodianae dedicatae sunt. occisus praetorio Abrypto.

V et cc. 1. 2. (vide infra), item 20 Alexandro ... 21 videbatur *et* 30 gordiano .... comedit *S*

1. 2 diuo uero imperatore scrofa p. p. in effigiem elefanti *S* 2 infigiem *V* 3 instr. deb. hoc imp. *V*[1] 8 lxxv ceisus palatio cong. *V* 9 octisus *V* 11 termes *V* 15 edissa *V* 20 hoc| alexandro *S* pollyfagus *S* 22 malopepones *vel* melopepones *S*, melopopones *V* 23 *fort.* Graecanici cadum 24 iasurae, *id est* deae Syriae (*Jordan in Hermae vol. 6 p. 314*) *S*, lasurae *V* 27 *fortasse scr.* fuit Romanis cum praetorianis 30 hoc| gordiano *S* 31 commodianae| *exspectamus* Decianae

1) ***Fasti Hydatiani ad. a. 218:*** his conss. instrumenta debitorum fisco in foro Romano arserunt per dies XXX: *eadem sub Marco, sed omisso dierum numero. Eusebius a. Abr. 2194 indeque Syncellus p. 647.* 2) *Hinc Hieronymus a. Abr. 2199:* thermae Commodianae Romae factae. 3) ***Hinc Hieronymus a. Abr. 2216:*** Severo imperante thermae Severianae ... Romae factae et Septizonium extructum: ***de thermis Antiochenis quae addit, aliunde accesserunt.*** 4) ***Hinc potius quam ex Eutropio 8, 20 Hieronymus a. Abr. 2231:*** Antoninus Romae thermas sui nominis aedificat. 5) *Confirmat rem Dio 78, 34.* 6) ***Hinc Hieronymus a. Abr. 2236:*** Heliogabalum templum Romae aedificatum. 7) ***Hinc fortasse Eutropius 7, 13:*** (Nero) aedificavit Romae thermas, quae ante Neronianae dictae nunc Alexandrianae appellantur, ***certo Hieronymus a. Abr. 2243:*** Thermae Alexandrinae Romae aedificatae.

Gallus et Volusianus imper. ann. II m. IIII d. IX. cong. dederunt X CCL. his imp. magna mortalitas fuit. occisi in foro Flamini.

Aemilianus imper. dies LXXXVIII. occisus ponte Sanguinario.

Gallienus cum Valeriano imper. ann. XIIII m. IIII dies XXVIII. Valerianus occisus in Syria. Gallienus cong. dedit X ∞ CCL et binionem aureum. occisus Mediolano.

Claudius imper. ann. unum m. IIII d. XIIII. cong. dedit X CCL. excessit Sirmi.

Quintillus imp. dies LXXVII. cong. promisit sed non dedit. occisus Aquileia.

f. 65' *Aurelianus* imp. ann. V m. IIII d. XX. congiarium dedit X D. || hic muro urbem cinxit, templum Solis et castra in campo Agrippae dedicavit, genium populi Romani aureum in rostra posuit. porticus termarum Antoniniarum arserunt et fabricatum est. panem oleum et sal populo iussit dari gratuite. agonem Solis instituit[1]). occisus Caenophrurio.

Tacitus imper. m. VIII dies XII. occisus Ponto.

Florianus imper. d. LXXXVIII. occisus Tharso.

Probus imper. ann. VI m. II d. XII. hoc imp. senatores agitaverunt in circo maximo missos XIIII. occisus Sirmi.

Carus imp. m. X d. V. excessit Seleucia Babyloniae.

Carinus et Numerianus imper. ann. II menses XI d. II. cong. ded. X D. his imper. fames magna fuit[2]) et operae publicae arserunt senatum, forum Caesaris, basilicam Iuliam, et Graecostadium. occisus campo Margense.

Diocletianus et Maximianus imper. ann. XXI m. XI dies XII. cong. dederunt X ∞ DL. his imper. multae operae publicae fabricatae sunt: senatum, forum Caesaris, basilica Iulia, scaena Pompei, porticos II, nymfea III, templa II Iseum et Serapeum, arcum novum, thermas Diocletianas[3]). sparserunt in circo aureos et argenteos. partectorum podius ruit et oppressit homines XIII; et mulier nomine Irene peperit pueros tres et puellam. regem Persarum cum omnibus gentibus et tunicas eorum ex margaritis numero XXXII circa templa domini posuerunt. elephantes XIII, agitatores VI, equos CCL in urbem adduxerunt. excessit Diocletianus Salonas, Maximianus in Gallia.

f. 70 *Constantius et Maximianus* imp. ann. XVI || m. VIII. d. XII. cong. ded. bis X ∞D. Constantius excessit in Gallia, Maximianus in Dardania.

Severus imp. ann. III m. IIII d. XV. ipse se interfecit via Latina miliario III.

Maxentius imp. ann. VI. hoc imp. templum Romae arsit et fabricatum est. thermas in palatio fecit et circum in catecumbas. fames magna fuit. Romani traxerunt militem Moesiacum et occisi sunt Romani a militibus homines VI. Romanis omnibus aurum indixit et dederunt. fossatum aperuit, sed non perfecit. occisus ad pontem Mulvium in Tiberim.

Maximianus imper. ann. IX m. VIII d. VI. occisus Tarso.

Licinius imp. ann. XV m. IIII d. XVI. occisus Thessalonica.

V, *item* 1 gallo . . . 2 fuit *S*

1. 2 his] gallo et uolusiano *S* 7 aquilegia V 9 aggrippe V 10 porticus] V[a], porticos V[b] 11 sale V 12 occisus ceno fluvio V 17 babilonis V 19 caesaris patrimonium basilicam V 24 termeas V 25 XIII V 27 domini *magis videtur a librario additum esse, quamquam potest accipi pro nominativo pluralis* 32 fabr. et termas V 34 VI V 35 aperuit] ferunt V 38 lucinius V

1) *Hinc Hieronymus a. Abr. 2291:* primus agon Solis ab Aureliano institutus. 2) *Fasti Hydatiani ad a. 284:* his cons. magna fames fuit. 3) *Hinc Hieronymus a. Abr. 2318:* thermae Romae Diocletianae factae: *quae de Maximianis factis Carthagine addit aliunde adiecit.*

ADDITAMENTVM I.

COMPVTATIO A. CCCCLII.

Computationem quam hic proponimus servarunt codices historiarum Orosii ii qui sequuntur.

S Sangallensis n. 621 saec. IX (cf. Zangemeister in praef. ad Orosium p. XX): deficiente folio primo iam computatio haec incipit c. 26 verbis *quasi de uno.*

Z Zwiefaltensis olim, iam Stuttgartiensis hist. fol. 410 saec. XII ex praecedenti etiamtum integro descriptus iudice Zangemeistero, qui eum librum mea causa excussit: adhibui ubi archetypum deficit.

B Bernensis n. 128 saec. X/XI (cf. Zangemeister l. c. p. XXI) item collatus mihi a Zangemeistero. ex hoc libro computationem edidit Pallmann *Geschichte der Völkerwanderung* vol. 2 (1864) p. 504. haud scio an item descriptus sit ex Sangallensi.

C Bernensis n. 169 saec. IX potius quam X; sequuntur solae capitulationes Orosianae. contulit mea causa idem Zangemeister. videtur descriptus esse et ipse ex Sangallensi.

Einsiedlensis n. 351.

In libro Sangallensi, qui inter hos antiquissimus est et fortasse reliquorum omnium archetypus, iam deperdito, ut dixi, folio primo computatio inscriptione caret: item subscriptio nulla est in pagina huius tractatus ultima in codice non perscripta. sequuntur capitula Orosii historiarum quibus praescribitur: *incipiunt capitulationes ex corpore libri huius sancti Orosii,* ipsaeque historiae. in Zwiefaltensi inde descripto computationi praescribitur: *incipit cronica Orosii hystoriographi.* Bernensis n. 128 inscriptionem formavit sic: *incipiunt capitulationes in librum hystoriarum Orosii sanctissimi viri de miseria hominum ab exordio mundi per peccatum Adae,* quam apparet ad computationem hanc non pertinere. in Bernensi n. 169 praescribitur: *in nomine domini incipit historiarum Pauli Orosii p(res)b(yte)ri:* subscriptio nulla est. sequitur inscriptio altera: *incipiunt capitulationes ex corpore libri huius sancti Horosii.*

Originem computationis Hispanam probat *aera consulis,* cuius meminit c. 69 licet numero leviter corrupto. eam cum viri docti nescio quomodo habuerint pro epitoma libri generationis Hippolytiani, vere tantum abest, ut quicquam praeter vulgaria cum ea commune habeat, ut laterculi duo regum Persarum et Ptolemaeorum in chronographiis nobis servatis nullos similes habeant. Persarum laterculus traiectis pluribus pessumdatus in archetypo ad hunc modum perscriptus fuit retentis scilicet numeris traditis:

(37) Cyrus	a. XXX
(38) [Cambyses] (*errore* Artarxerxes)	a. VIIII

(42) Magus	m. VIII
(44) Darius	a. XXXVI
(43) Xerxes	a. XX
(39) Artarxarxes longibrachius	a. XLI
(40) Artarxerxes alius	m. II
(41) Sogdianus	m. VII
(45) Artabanus	m. VII
(46) Darius nothus	a. XVIIII
(47) Artarxerxes	a. XLII
(48) Ochus	a. XXII
(49) Arses	a. IIII
(50) Darius	a. VI

item Ptolemaeorum sic fere retentis item traditis numeris:

(53) Alexander	a. XII
(54) Ptolemaeus antiquus	a. XLII
[Philadelphus *omissus*	a. XXXVIII]
(55) Ptolemaeus Euergetes (*errore* Epiphanes)	a. XXVI
(56) Ptolemaeus Philopator	a. XVIII
(57) Ptolemaeus Epiphanes	a. XX
(58) Ptolemaeus Philometor *(solus)*	a. XI
(59) cum fratre *(Euergete II)*	a. XXVII
(60) Ptolemaeus Fuscus *(cum Euergete II)*	a. I
(61) Euergetes *(II solus)*	a. XXVII
(62) Ptolemaeus Alexander *(I)* } *(fratres)*	a. XVIIII
(63) Ptolemaeus Soter *(II)* }	a. XVIIII
(64) Alexander *(II)*	a. XVIIII
(65) Ptolemaeus Dionysius	a. XXVIIII

Haec ii ad quos ea res pertinet cum examinabunt, reperient non solum numeros traditos plerosque aut sinceros esse aut a sinceris non magnopere abhorrere, sed etiam indicia in his esse auctoritatis longe optimae. ita adest Philometoris filius qui cum patruo Euergete II per breve tempus imperavit in reliquis laterculis omissus et in hoc solo quod sciam Fuscus vel potius Physcon appellatus. nec magis deest Alexander alter item omissus in laterculis reliquis, sed quem per undeviginti dies regnasse praeter hunc laterculum testantur Appianus (l. c. 1, 102) et Porphyrius (apud Eusebium vol. 1 p. 166 ed. Schoenianae).

1. Adam cum esset annorum ducentorum triginta, genuit Seth.
2. Seth cum esset annorum CCV, genuit Enos.
3. Enos cum esset annorum CXC, genuit Cainan.
4. Cainan cum esset annorum CLXX, genuit Malalehel.
5. Malalehel cum esset annorum CLXVI, genuit Iareth.
6. Iareth cum esset annorum CLXII, genuit [Enoch.
7. Enoch cum esset annorum CLXV, genuit] Matusalam.
8. Matusalam cum esset annorum CLXVIII, genuit Lamech.
9. Lamech cum esset annorum CLXXXVIIII, genuit Noe.
10. Noe cum esset annorum quingentorum, [genuit Sem].
11. iussu dei fabricat arcam, et fabricata est arca per annos C. erat Noe annorum sescentorum, cum ascendit in arcam.
12. [Sem cum esset annorum C, genuit Arfaxat biennio post diluvium.]
13. Fiunt ergo ab Adam usque diluvium anni IICCXLII.
14. Arfaxat filius Sem cum esset annorum CXXXVI, genuit Cainan.
15. Cainan cum esset annorum CXXX, genuit Salam.
16. Salam cum esset annorum CXXX, genuit Heber.
17. Heber cum esset annorum CXXXIIII, genuit Falech.
18. Falech cum esset annorum CXXX, genuit Ragau.
19. Ragau cum esset annorum CXXXII, genuit Seruch.
20. Seruch cum esset annorum CXXX, genuit Nachor.
21. Nachor cum esset annorum LXXVIIII, genuit Thara.
22. Thara cum esset annorum LXX, genuit Abram.
23. Fiunt ergo a nativitate Arfaxat filii Sem usque ad nativitatem Abrahae anni mille LXX.
24. Abraham cum esset annorum C, genuit Isaac.
25. Fiunt ergo ab Adam usque ad nativitatem Isaac anni $\overline{\text{III}}$CCCCX.
26. Secundum quod dicit apostolus. Abrahae dictae sunt promissiones et semini *Paul. ad Rom. 4, 13.*
eius: non dicit et seminibus, sicut in plurimis, sed quasi de uno loquitur, et semini

1 ducentorum triginta] uel cxxx^{a} *superscr. Z* 2 sedh *C* 3 *supra* cxc *scripsit* uel xc *Z* canan *B* 4 lxx] uel lxui *superscr. Z* malalehel *Z*, maleleel *BC* 5 malaleel *Z*, maleleel *BC* 5 clxui] cxlui C^{a} iareht *B* 6 iareht *B* clxii] clxu Z^{a} 6. 7 enoch enoch (enoh *Z*) cum esset annorum clxu (lxu *Z*) genuit] *habent* ZC^{b}, *om.* BC^{a} 7 mathusalam *Z* 8 mathusala *Z* clxuiii] $B^{b}Z^{b}$, clx Z^{a}, uel lxxxuii *supra v. Z, inc.* B^{a} lamet B^{b}, *inc.* B^{a} 9 lamet *B* clxxxix] clxxx *B*, uel duorum *supra v. Z* 10 quingentorum] Z^{2}, *inc.* Z^{1} genuit sem] *Z*, *om. BC* 11 fabricauit *B* arca per] archam Z^{1} annos c] *BC*, c annos *Z* 13 *habet Z, om. BC* 14 usque] Z^{a}, usque ad $Z^{b}BC$ iiccxlu *B* 15 arfaxath *C*, artaxth *[sic] Z* sem] fi. B^{a} cainan] sale *supra v. Z* 16 salam] salem Z^{2}, *inc.* C^{1} 17 salam c. e. a. cxxx genuit heber *om.* C^{1} 18 cxxxiiii] cxxxiii Z^{a} falet *B*, falec *C* 19 falet *B*, falec *C* 20 ragau] uel reu *supra v. Z* serue *BC* 21 serue *BC* 22 lxxuiiii] lxxuiii C^{1}*(?)* 23 tharea C^{1} 24 arfaxath *ZC* 25 lxx] uel ccxx *supra v. Z* 26 ysaach *Z* 27 ergo *om.* BC^{1} ysaach *Z* cccccx] uel cccxx *supra v.* Z^{2} 29 et seminibus] de seminibus *BC* *a* quasi *incipit S*

tuo, inquit, quod est Christus. hoc autem dico testamentum confirmatum a deo in Christo. ea, quae post CCCCXXX annos facta est lex, non resolvit aut evacuavit promissionem.

27. Fiunt ergo ab Adam usque in exitum Israhel de Aegypto anni IIIDCCCXL.

28. Iter in deserto anni XL.

29. Sub Iesu Nave anni XXX.

30. Sub iudicibus anni CCCCLXXX.

act. 13, 16. 31. Secundum quod dicit apostolus Paulus in actibus apostolorum ad Iudaeos: viri Israhelitae et qui timetis deum, audite: deus plebis huius Israhel elegit patres nostros propter plebem et exaltavit in incolatu in terra Aegypti et in brachio excelso eduxit illos ex ea. et per quadraginta annorum tempus circuegit illos in deserto, et destituens septem gentes in terra Chanaan sorte distribuit terram illorum, et aequaliter annis CCCCLXXX dedit iudices usque ad Samuhel prophetam. et exinde postulaverunt regem Saul filium Cis. et hunc dedit illis virum de tribu Beniamin.

32. Fiunt ergo ab Adam usque ad Saul regem anni IIIICCCXC.

33. Item regnum Hebreorum a Saule rege usque ad Sedechiam, quem transmigravit Nabuchodonosor rex Babilonis, anni DVIIII.

34. et in captivitate secundum voces Hieremiae prophetae anni LXX.

35. Fiunt ab Adam usque dum redirent sub Hesdra Israhelitae anni IIII DCCCCLXVIII.

36. Item regnum Persarum.

37. primus Cirus annis XXX.

38. Artarxerxes annis VIIII.

39. Artarxerxes longibracius annis XLI.

40. Artarxerxes alius menses II.

41. Socdianus menses VII.

42. Magnus menses VIII.

43. Sersex annis XX.

44. Darius annis XXXVI.

45. Artabanus menses VII.

46. Darius Notus ann. XVIIII.

47. Artarxerxes annis XLII.

48. Plus annis XXII.

49. Arsen annis IIII.

50. Darius annis VI. hic est, quem Alexander Macedo vicit.

51. Fiunt ergo regum Persarum anni CCXXXII.

52. Item regnum Macedonum.

53. Alexander Magnus Macedo annis XII.

54. Ptholomeus antiquus annis XLII.

55. Ptholomeus Epifanes annis XXVI.

56. Ptholomeus Filopator ann. XVIII.

57. Item Ptholomeus Epifanes annis XX.

2 aut] S^b, ut S^aC, et *B* 4 israelis *C* 5 amnis *C* 6 amnis C^b 9 *post* huius *supra v.* .i. = *id est* *S* 10 in brachio] brachio *C* 11 circumegit *BC* 14 chis *BC* de tribu] SC^e, dedit *B*, de C^p 15 IIII] tria milia C^1 16 a] de *BC* sedechiem *B* 17 rex] ret *B* duiiii] *S*, duiii *BC* 19 sub hesdra isrł S^aB^b, israelitae sub esdra *C*, sub hesdra (*om.* isr.) B^a, sub hesdra filii isrł S^b 23 artaxerxes *B*, artarxerses *C* 24 artaxerxes *B*, artarxerses *C* 25 artaxerxes *B*, artarxerses *C* 28 sersex] S^1BC, xerses S^2 32 artarxerxes] arearxarxer SBC^2, artarxarxer C^1 36 fiunt] fuit C^2 regum] regnum S^aBC^b, regni S^bC^a anni] annis C^e 39 phtolomeus *et sic deinceps* *C*

58. Ptholomeus Filometoris filius ann. XI.

59. Ptholomeus frater annis XXVII.

60. Ptholomeus Fuscus anno uno.

61. Euerceta annis XXVII.

62. Ptholomeus Alexas ann. XVIIII.

63. Ptholomeus Soter ann. XVIIII.

64. Alexander frater Ptholomei dies XVIIII.

65. Ptholomeus Dionisius ann. XXVIIII.

66. Fiunt anni CCXLIIII. ab Adam vero anni VCCCCXLIII.

67. Item Iulius Cesar annis XII.

68. Item regnum Romanorum.

69. Augustus formator imperii Romani cum haberet imperii sui annum XL, natus est salvator secundum carnem et passus est anno XXXI duobus Geminis consulibus, *p. Chr. 29* qui notat aera consulis sexagesima septima.

70. Fiunt ergo ab Adam usque in passionem domini anni VDXXV. *p. Chr. 362*

71. et de passione domini usque ad consulatum Mamertini et Nevittulae anni CCCXXXI.

72. et a consulatu Mamertini et Nevittulae usque in consulatum Herculan anni XCI. *p. Chr. 452*

73. Fiunt ergo ab Adam usque in hunc consulem anni VDCCCCXLVIIII in VIII kal. Apriles.

---

5 alexar *C* xuiiii] xuiii *C*[1] 6 xuiii *B* 8 xxuiiii] xxxuiii *B* 11 notat] mothat *C* aera consulis sexagesima septima] *scripsi*, hera consulis lxxii *libri* 20 hunc consulem] consulatum hunc *C*

ADDITAMENTVM II.

LIBER GENEALOGVS.

Liber genealogus (nam sic appellatur in codicibus Sangallensi et Florentino similiterque in Lucensi *genealogiae,* in Taurinensi dictus *de generationibus* vel *origo generis humani*), scilicet genealogiae excerptae ex libris sacrae scripturae finientes in parentibus Christi Iosepho et Maria, quamquam ipsae ad utilitatem raro adspirant, tamen in recensendo libro generationis Hippolytiano necessario adhibendae sunt: nam et per se multa communia habent opuscula ex sacra scriptura pariter in utrumque derivata et mature in libris inveniuntur contaminata et confusa. quam ob rem cum supra composuerim Latina ea quae ad librum generationis Hippolytianum pertinent, subieci in auctario genealogias.

Genealogiae scriptae videntur esse ineunte saeculo p. Chr. quinto in Africa. scilicet ex quattuor quas adhibuimus formis cum Taurinensis certa anni nota careat, ex reliquis tribus, quae computationem ad praesentem se aiunt annum deducere, Sangallensis finit in consulibus anni 427, Florentinus in consulibus anni 438, Lucensis in ipso commentario c. 499 Geiserici regis annum ponit XVI = p. Chr. 455[1]), alibi cum c. 428 tum in computatione quae libellum claudit c. 628 eius annum XXIV sive passionis CCCC XXX IV = p. Chr. 463. illo anno 455 propter controversiam de eius paschali die item scriptus est qui in Lucensi libro genealogias proxime praecedit liber paschalis et verisimile est huiusce libelli auctorem eum quem nos edimus ei adiunxisse computatione continuata. at genealogias non esse eiusdem editas aut a. 427 aut antea reliquorum librorum comparatio ostendit[2]). persecutionum Christianorum, quas in fine auctor enumerat, extrema est Donatistarum emisso contra eos edicto severissimo ab Honorio a. 405 Febr. 12[3]), et notatu dignum, quod ii in recensionibus duabus antiquioribus a. 427 et 438 *Christiani* appellantur, in tertia a. 455/463 *Donatistae.* haec cum vix videantur postea adiecta esse, verisimile est libellum scriptum esse in Africa etiamtum Romana ut ante a. 427, ita post a. 405. — Auctorem cum reliqui libri nullum ponant, Sangallensis vulgari errore Hieronymum, Kruschius cogitavit de Q. Iulio Hilariano fortasse recte: nam cum eius praeterea extent tractatus duo, alter *de duratione mundi,* alter *de ratione paschae,* hunc et servavit idem codex Taurinensis qui habet genealogias et

1) Annos apud Vandalos numerari a capta Carthagine a. 439 Oct. 19 duplici ratione, modo ab illo cardine annis continuatis, modo et frequentius longe aera illa secundum usum Alexandrinum aptata ad singula regna, nuper demonstravi (*Neues Archiv* 16, 58). annus Geiserici XVI ex hoc computo coepit a. 454 Oct. 19 et vere pascha, ad quod pertinet tractatus libri Lucensis Apr. 17, incidit in a. 455. 2) Aerae vocabulo, quod in Africam cum Vandalis videtur venisse ex Hispania, utitur auctor libelli paschalis, non genealogiarum. 3) Partes eius edicti servavit liber Theodosianus 16, 5, 38. 16, 6, 3. 4. 5. egit de persecutione ea Tillemont *mém. eccl.* 13, 416 seq.

expilavit is qui scripsit librum paschalem codicis Lucensis. tempora denique recte conveniunt: nam tractatus illos qui edidit a. p. Chr. 397, potest post a. 405 libellum hunc publicavisse.

Genealogias suas auctor commentarii petivit fere ex sacris scripturis, non exceptis apocryphis, ut fabellas de Zorobabelo traxit ex libro Esdrae tertio. versionem adhibuit aliam atque Hieronymianam (cf. c. 422). praeter testamenta vetus et novum vix quicquam usurpavisse videtur: quamquam notabile est in elencho iudicum c. 521 recenseri Sameram in libris sacris hoc certe loco praeteritum, sed a posterioribus eodem loco insertum[1]). sed haec nos relinquemus iis ad quos quaestio pertinet. ex formis, quas haec editio repraesentat, numero quattuor proxime ad pristinam accedere crediderim servatam in libro Sangallensi et similem ei, sed ampliorem longe, ex parte certe auctam interpolando (ut c. 75. 132 laudatur Solinus) libri Lucensis: quamquam quod c. 356. 358 exhibent post c. 342, demonstrat etiam in his sive archetypo perturbato sive culpa librarii antiquum ordinem perturbatum inveniri. sed in universum propius eos libros accedere ad formam pristinam et Taurinensis scriptorem hanc in compendium redegisse demonstrabo adscripto uno capite 289 sumpto ex Genesi 36, 39:

Genesis:	*Sangallensis et Lucensis:*	*Taurinensis:*
Ἀπέθανε δὲ Βαλλενὼν υἱὸς Ἀχοβώρ, καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ᾽ αὐτοῦ Ἀρὰδ υἱὸς Βαράδ· καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Φογώρ· ὄνομα δὲ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Μετεβεήλ, θυγατὴρ Ματραῒθ υἱοῦ Μαιζοώβ.	Mortuus est autem Ballenon et regnavit pro eo Arad filius Barad et nomen civitatis eius Fogor: nomen est uxoris eius Metebel filia Matrad fili Mezob.	Ipso mortuo regnavit Arad de civitate Fogor: nomen uxoris eius Metabel filia Matrad fili Mezub.

immunes item manserunt ab interpolationibus ex libro generationis in hunc translatis, quae non exiguo numero reperiuntur in Florentino ceteroquin ad Lucensem prope accedente et etiam latius grassatae sunt in omnium antiquissimo exemplari Taurinensi. in hoc notabilis est dittographia ei propria cum interpolatione coniuncta c. 134 = 136. alia non pauca de suo inseruit Florentinorum librorum archetypum qui scripsit et c. 171. 189 variam lectionem adiecit provocans ad libros authenticos.

De lingua et orthographia quod addam non habeo: vulgaris illa est eius saeculi, orthographia autem solita suae cuiusque aetatis librariorum.

Collectanea haec non recensui, sed repraesentavi libros scriptos: neque enim digna sunt, quae quatenus fieri potest ad auctoris formam revocentur, sed si quam utilitatem habent, eadem est in additiciis et insiticiis atque in primitivis. eapropter commata omnia exhibui continuo ordine, sed ut quid qui libri contineant singulis praescriberetur. nam neque ter quaterve repetere volui quae fortasse nimium est semel edidisse et videbatur eorum qui haec curant interesse, ut quae libri communia habeant, non exquirendo intellegerent, sed proposita cernerent. ordinem secutus sum libri Lucensis, nisi quod, ut supra dixi, c. 356. 358 in Lucensi male collocata post c. 342 transposui secutus ordinem Taurinensis. Sangallensis ut in aliis ita in ordinandis capitibus cum Lucensi consentit. etiam Taurinensis cum in capitibus iis, quae habet cum Lucensi communia, eundem fere ordinem sequatur, praeter minora quaedam in margine adnotata non transponenda fuerunt nisi quae habet ex c. 474—495 in Taurinensi collocata in ipso fine libelli post c. 610. Florentinus textus, quem non

1) Libellus ipse ostendit Sameram hunc sive quo alio nomine fuit descendere ex libri iudicum c. 3, 31: post Sampsonem cum item ponunt Iosephus ant. 5, 4, 3 et qui ex Africano pendent chronographi (cf. H. Gelzer *Africanus* I p. 90 seq.).

totum contuli, quatenus recedat a Lucensi, in eo enarrando infra p. 158 indicatum est. — In orthographicis quoque expressi libros scriptos scilicet ut in commatis a pluribus libris traditis antiquissimum quemque sequerer, id est ubi fieri potuit Taurinensem, in reliquis Lucensem, deinde Sangallensem, denique recentissimum omnium Florentinum. variam lectionem non mere orthographicam textui interposui. ab emendando paucis locis exceptis abstinui.

Codices genealogi innotuerunt hi, quorum quos adhibui Taurinensem Lucensem Sangallensem Florentinos excussi ipse.

T **1. Taurinensis** tabularii publici saec. VII (cf. Reifferscheid bibl. patrum 2, 140: scripturae specimen dedit Petrus Vayra *curiosità e ricerche di storia subalpina* vol. 3 a. 1879 ad p. 350), antea sancti Columbani de Bobio, ut solus servavit Lactantii divinarum institutionum epitomen et Q. Iuli Hilariani tractatum de ratione paschae, ita f. 62—71 (in f. 67 quaternionis extremo nota cernitur VIIII) tractatum hunc exhibet forma in alio libro nullo redeunte. praescribitur: *inc origo humani generis*, subscribitur: *expl de generationibus*: sequuntur haec:

inc annorum metas (*sic*)
ab Adam usque ad diluvium ann sunt IICCXLII
ab Arfaxat usque ad Falech ann sunt DXXXIIII
a Falech usque ad promissionem dei ad Abraham anni DCXXX
a promissione dei ad Abraham usque ad legem datam filiis Israhel anni sunt CCCCXXX
a lege data usque ad David anni sunt DXXX
a David usque ad Christi domini nativitatem ann ▷◁ CXIIII
a nativitate Iesu Christi usque ad passionem an XXX
fieri simul ab Adam usque ad passionem domini Christi sunt ann V mil. DX.

ediderunt eum ex hoc libro primus Christoph. Matth. Pfaffius (Parisiis a. 1712), denuo Ferd. Florens Fleckius (in anecdotis sacris sive itineris litterarii vol. 3 Lipsiae 1837 p. 189—201). litteratura vetusta est: scilicet paginae versus numerantes vicenos quaternos verba non separant, separant commata puncto plerumque vel intervallo, raro signis: vel ⁊. compendia praeter sollemnia *b.*, *q.*, *id* = id est, *ds*, *dns*, *ihu*, *xpm*, *sca*, *isrh*, propria inveniuntur *gen* (raro *g.*) = genuit, item, sed raro *interpraet'* = interpraetatur, et in numeralibus *p* (raro *pr*) *s* (raro *sec*) = et secundus et sextus et septimus' *t* (raro *ter*) *q* = quartus et quintus, *u* = undecimus, ut terminatio non appareat. ductus supra vocalem ‾ admissus in versu extremo solo (in versu medio adest uno loco f. 67 propter emendationem) fortasse non semper *m* litteram repraesentat, sed *n* quoque; nos tamen semper per *m* eum reddidimus. contignantur litterae aliquoties in versibus extremis.

L **2. Lucensis** bibliothecae capitularis n. 490 scriptus vel potius absolutus a. p. Chr. 796 (ad finem chronicorum Hieronymi adscripta sunt haec: *a resurrectione domini nostri Iesu Christi usque ad presens annum Caroli regis in Langubardiam in mense Septembrio, quando sol eglypsin patuit, in indict. X, anni sunt DCCLXII m. V*) praeter alia, quae enumerant Bethmann (*Archiv* 12, 704) et Duchesne (liber pontif. vol. 1 praef. p. CLXV), habet opuscula historici argumenti haec.

1. In primis quattuor quaternionibus, qui toti scripti minusculis, cum plerique huiusce voluminis librarii uncialibus litteris cursivas interponant, post reliqua exarati videntur esse, chronicorum Hieronymianorum legitur epitome. exemplar est ex eorum numero, quae ad a. Abr. 2388 pro Equitio Probum nominant, sed imperfectum; deficiunt spatiis vacuis relictis quae sunt in textu Schoenii p. 197 *m* ab *Haitanaricus* ad *q lucifer*, item p. 197 *v* ab *ante provincias* ad p. 198 *b Francorum*, item extrema a p. 198 *f Melanias*.

2. Isidori chronicon maius est in quat. V f. 1—4. de eo dicemus infra iusto loco.

3. Vitae pontificum insunt in codice bipertitae; prior pars finit in Constantino († 715). ubi subscriptum: *huc usque CXXVIIII anni sunt, quod Langobardi venerunt et VII menses,* posterior in Hadriano († 795).

4. Libri duo de ratione paschae scripti Carthagine a. p. Chr. 455 adiecto laterculo paschali codicis implent ternionem paenultimum. ediderunt eos Mansi (vide infra) p. 414—420 et codice recognito Kruschius noster *Studien zur Chronologie* (Lipsiae 1880) p. 279—297 (cf. p. 138 seq.).

5. Genealogiae quae hic eduntur scriptae sunt in quaternione ultimo foliis septem. edidit eas parum emendate ex hoc libro Ioh. Dom. Mansi in additamentis ad Baluzii miscellanea repetita Lucae a. 1761 vol. 1 p. 405—413 (inde Migne patrol. Lat. vol. 69 p. 519 seq.). in principio tractatus pingitur pastor bonus. textui praescribitur: *incipiunt genealogiae* et quae sequuntur, sicut infra expressum est. post ea quae infra c. 628 dedimus in fine sequitur computatio continuatoris potius quam auctoris eaque, ut alia quoque in extrema pagina a c. inde 544 ex parte evanida facta. versuum codicis fines indicavi, ut de hiatibus aliquatenus iudicari posset: primi, qui est paginae huius quadragesimus tertius, prima verba non pertinent ad computum: duo 52 incipiens *menses sex* et 58 extremus incipiens *nongenti* non sunt perscripti toti. lineae indicunt hiatus maiores. quae dantur inclinatae litterae parum certae sunt.

Hic est numerus annorum, ex quo dominus Christus passus est, | usque ad annum praesentem, id est, sicut supra scribtum, anni sunt quadringenti triginta quattuo[r]. | nam ut seculi annos per ordinem decurramus, legis auctor *(def. litt. c. 30) b hi* mundum *iiii* | *ndum usque ad gn[sset* statum sex milium annorum *numerat ii ricto te (def. litt. c. 12)*

| ab Adam [us]que ad diluvium anni sunt [duo milia ducenti quadraginta duo.]

a dil[uvio usque ad]|vocatione Abrahe anni sunt ——————

a vocati[one Abrahe usque q]uo fi[lii Israhel] | introissent in Egyptum cum Iacob patre suo anni sunt ——————

cum Moyse ——————

| iudices eis fiebant ex filii[s] Israhel annis ——————

offenso deo i[u]|dicaverunt eos alienigene annis ——————

reges eis fuerunt annis quingentis quin[que] | menses sex dies decem

in captivitate Babylonie fuerunt annis [septuaginta]

| ebdomadarum Daniheli septem, in quibus est templum dei restauratum, anni sunt [XLVIIII]

| aliarum ebdomadarum sexaginta duarum, in quibus sacerdotes templi eis dominabantur, usque | ad Christi domini nativitatem anni sunt [quadringenti XXXIIII].

et a nativitate domini usque ad eius pasi[onem] | anni sunt [XXXI].

et a passione domini usque ad annum vigesimum quartum regis Ge[is]erici anni [sunt] qu[adrin]|genti XXXIIII

fiunt omnes ab Adam per legis ordinem numerati usque ad annum pre[sentem] anni qu[inque milia] | nongenti octoginta quattuor

subscribitur litteris maioribus: *expl lib genealogus in quo praefati anni concludi noscantur fiiiii abbons.* quorum partem extremam neque legere recte potui neque interpretari. Inter c. 219 *gofera monte,* quibus verbis finit f. 2, et c. 287 *salma,* quo incipit f. 3, folium unum videtur excidisse, cum praesertim quaternio hic non habeat nisi folia septem. hiatus alter c. 308—338 in hunc librum venit ex archetypo.

3. Sangallensis n. 133 saec. IX, ut supra p. 80 dictum est, continet inter alia ibi *a* recensita librum genealogum p. 299—396. praescriptum est, ut infra rettulimus. post

alia a librario addita: *incipit genilocus sancti Hieronimi presbyteri*, subscriptum post ea quae infra c. 628 referuntur: *hic est numerus annorum ex quo dominus Christus passus est usque ad consolatum praesentem, id est supra scriptum anni sunt CCCXVIII* (immo *CCCXCVIII*). *fiunt ergo ab Adam per ordinem dinumerati usque ad consolatum supra memorati annis* [sic] *V milia DCCCLXXVIIII* (immo *VDCCCCXXVIIII*). *explicit liber genealogus* (ex *geneagus* corr.).

4. Cheltenhamensem n. 12266 saec. X item supra p. 80 vidimus habere in ipso principio p. 1—41 genealogum inscriptum ita: *chronica Eusebii Caesariensis episcopi. incipiunt generationes totius bibliothecae per ordinem scriptae.* primis verbis omissis incipit liber ipse c. 3: *habet genitores,* finit c. 628 *anni sunt XXIIII.* sequitur subscriptio: *hic est numerus .... anni V milia DCCCC*[ti] *LX*[ta] *IIII*[or]. *explicit liber genealogus,* ea ipsa, quae est in Sangallensi, nisi quod pro numero *CCCXVIII* hic est *CCCXCVIIII* et pro *VDCCCXXVIIII,* ut modo dixi, *VDCCCCLXIIII.* prima postremaque, quae a me rogatus descripsit amicus Gradenwitz, cum a Sangallensi nisi in minutis non discedant, hic liber praetermissus est.

F **5. 6. Florentini** Laurentianae bibliothecae libri duo, antiquior S. Mariae novellae n. 623 saec. X (Bethmann apud Pertz *Archiv* 12, 728) et recentior eo paullo neque tamen ex eo descriptus (vide infra c. 5) saec. XI Laurentianus plut. 20 n. 54 (Banduri 1, 661; Bethmann apud Pertz *Archiv* 12, 719) foll. 45 simul adhibendi fuerunt utpote apographa duo eiusdem archetypi deperditi. continentur continebanturve his libris haec, quatenus adnotavi.

1. cod. 623 incipit ab Isidori etymologiis.
2. cod. 623 f. 100 tractatus brevis finiens *ut ius morbi ignes ardere sic cetera.*
3. cod. 623 f. 100—107 = cod. 54 f. 1 (olim f. 143) incipit: *sancto ac beatissimo episcopo Primasio Iunillus. si scis ipse,* finit, *Iunilli instituta regularia libri secundi. ordo episcopi formata scribant. explicit liber II deo gratias* (Migne Lat. vol. 68 p. 17).
4. cod. 623 f. 107 = cod. 54 f. 8 glossae, quibus praescribitur: *incipiunt glose per totum alphabetum.* incipiunt: *a nota praenominis est.*
5. cod. 623 f. 116 = cod. 54 f. 15: *divisiones temporum quattuordecim sunt: athomos momentum minutum* cet. in his legitur computatio haec: *a nativitate vero Iesu Christi domini nostri, quod fuit XL* (suppl. in cod. 623) *secundo anno imperii Octaviani Caesaris, usque in praesentem annum, id est tertio regni Ratchisi in Italia, sexto pontificatus Zachariae pape urbis Romae, indictio XV, sunt anni DCCXLV. restant igitur de sexto miliario anni circiter LVII. finitis vero sex aetatibus, id est sex miliaribus, seculi terminus est. si vero aliquid superstiterit* (sic cod. 54, *aliqui* *perstiterit* hiatu relicto cod. 623), *extra seculum fit. seculum decem modis temperatur* cet.
6. cod. 623 f. 119 *de paschali supputatione.* incipit: *in paschali ratione septem requirende* (sic) *sunt annus incarnationis,* finit *et ideo bis dicitur quia b̄ Kal. mal. hab̄ febri.* laudantur Augustinus et Isidorus. in indice praemisso codici 623 inter alia recensetur Theophili libellus de inveniendo die paschali.
7. cod. 623 f. 120 *Bibliothecam veteris testamenti Esdra scriba,* finit *non ex suae naturae permansione sed ex nostra susceptione. explicit.*
8. cod. 623 f. 121′ (deficiunt extrema folio exciso) = cod. 54 f. 23 brevis tractatus de litteris per quaestiones et responsa. incipit: *quid primum interrogandum est his qui scientiam divinarum scripturarum scire desiderant.*
9. sequitur genealogus cod. 623 f. 122—125 (deficiente principio incipit c. 57 editionis nostrae a verbis *est quae psallebat,* deficit c. 616 in verba *E quinque*

sunt V) = cod. 54 f. 24—29. praescribitur: *incipiunt genealogiae:* subscriptionem: *explicit liber Iunilli* apparet ortam esse ex errore librarii.

10. cod. 54 f. 30—34 *conographia* (sic) *Ysidori iunioris.*
11. cod. 54 f. 34 *incipit chronice liber exposito* (sic) *a sancto Hieronimo presbitero.* incipit *primo die in lucis nomine condidit deus angelos,* finit *in Papiam civitatem* sequente computatione ad passionem. sunt chronica Bedae maiora abbreviata.
12. cod. 54 f. 36 (pars infima paginae et f. 37 totum vacant) index regum Langobardorum ad Karoli magni a. II editus ex hoc libro MG. scr. rer. Lang. p. 500 seq. sub littera A.
13. cod. 54 f. 38 index alter eorundem regum et deinceps imperatorum ad Othonem II a. 961 adscriptus postea manu diversa, editus ibidem p. 506 seq. sub littera B.
14. cod. 54 f. 38—45 stemmata sacra ad Christum usque adiectis interdum adnotationibus, quarum prima haec est: *Adam cum esset annorum CCXXX, genuit Seth: fiunt omnes vite sue DCCCCXXX,* alia haec: *Gog et Magog. Canuc Ageth Acenazel* (*acenezel* m. 1) *Defarfoti Repi Libusei Pharisei Declimei Garmathei Armatiani Caconei Zamartei Agrimarcli Assophargi Cinecefali Tasbei Alanei Priorsolonici Armei Saltarei. iste autem generationes de genere Cham aiunt exortas fuisse, qui propter omnes habominationes suas, quas egerunt, quia nullam legem habuerunt, ab Alexandro Magno Macedonum rege in partibus aquilonis inclusi sunt; qui ante consummationem seculi egrediuntur quattuor angulos terre et circuibunt universa castra sanctorum et civitatem magnam Romam circumdabunt.*
15. cod. 54 f. 45 computatio sub titulo *item* (exsecta quaedam) *orum mundi brevi collecto. ab Adam,* finiunt: *ab incarnationem* (*m* deletum) *domini nostri Iesu Christi usque in presentem primum gloriosi Wambani principis annum, qui est era DCCX ann. DCLXXII, ab exordio autem mundi usque ad adventum domini ann. VCXCV.*

Integros quos excuterem libri hi non sunt visi digni: contuli ad c. 1—57 deteriorem deficiente meliore, deinde meliorem a c. 57 fin. ad c. 202 (omissis mediis c. 95—112). quae sequuntur examinavi vidique respondere quae liber hic habet nostris c. 251—304. 309 seq. (interponitur: *igitur a nativitate Abraham usque egressum Israel ex Egypto anni DV colliguntur*). 360—373 deinde stemma adest a David ad Ioseph c. 471 quaeque deinceps sequuntur. contuli libros rursus ad c. 495. 496. et extrema inde a c. 544, scilicet meliorem ad c. 616, ubi diximus eum deficere, postea ad finem usque alterum. melior in margine quaedam habet in altero non inventa, ut ad c. 168 (cf. c. 170): *ex quo Cappadoces* — ad c. 169: *ex quo Sarmate* — ad c. 173 (cf. c. 176): *ex quo et Galate* — ad c. 176: *ex quo Eberni.*

7. Ovetensis episcopus Pelagius (a. 1101—1129) corpori chronicorum suo, de quo in praefatione ad Isidoriana disputabimus, hunc librum inseruit inscriptum teste Ambrosio Morales (apud Florez-Risco *Esp. sagr.* vol. 38 p. 367): *incipit genealogiae totius bibliothecae ex omnibus libris veteris novique testamenti.* archetypum periit, extant apographa et in codice Matritensi bibl. nat. T 10 saec. XVII (Knust *Archiv* 8, 799) et in Escurialensi *b I* 9 chart. saec. XV teste Ewaldo (neues Archiv 6, 232), scilicet tractatus inscriptus ita: *incipiunt genealogiae totius bibliothecae ex omnibus libris veteris novique testamenti descriptum;* adnotatur: *hic liber genealogiae fuit desumptus ex libro vetustissimo ecclesiae Ovetensis in membranis litteris goticis scripto* et dicitur finire in Theodosio: videtur igitur similis fuisse nostri *F.*

LF 1[a]. Incipiunt genealogiae totius bibliotecae ex omnibus libris collectae (*om. F*) veteris novique (novi et veteris *F*) testamenti, in quibus prophetia cum nominibus et tempora omnium profetarum usque ad beatissimum (sanctum *F*) Cyprianum designantur et ad nostram aetatem quid fuerit gestum, apertissime monstratur (demonstratur *F*) ex storiis collectum 'legalium mandatorum' (*om. F*).

G 1[b]. in nomine domini nostri Iesu Christi incipit liber generanum *[sic]* vel nominum patrum vel filiorum veteris testamenti vel novi a sancto Hieronimo pr(es)b(yter)o conpraehensum cum partem expositiones quod textus ipsius continet. in nomine domini nostri Iesu Christi incipit genilocus sancti Hieronimi pr(es)b(yter)i.

T 1[c]. incipit origo humani generis.

TFG 2[a]. unde homo?

L 2[b]. in principio homo primus unde in saeculo apparuisse cognoscitur, audiamus.

LTFG 3. si natus est, habet genitorem (-res *LF*).

LTFG 4. si factus est, habet 'materiam.

LTFG 5. si prolatus est, habet' (' ' *om. T*) auctorem.

LTFG 6. dei omnipotentis (utique *ins. L*) sapientia limum terrae (a terra *LFG*) sumens (paterno imperio *ins. L*) hominem facere cogitavit.

LF 7[a]. et cum solitarius (ac singularis *ins. L*) ab ipso domino (factore et conditore suo *ins. L*) visus esset (fuisse *L*) os suum (ossum *F*, os *L*) de costa (costis *F*) eius sumens mulierem illi adiutorium (adiutorem *F*) fecit.

G 7[b]. et cum solitarius ab ipso domino visus esset, os suum de costa eius sumens mulierem illi adiutorium fecit.

T 7[c]. et cum factus esset homo in animam vivam et esset solitarius adparens in oculis dei, quem tamen in abdito duos in unam carnem fecisset [*scr.* fecisse] palam ostendit, os de ossibus eius sumens ex eadem unamque carnem mulierem illi faciens adparuerunt duo in unam carnem et cum illam [ill// *T*] vidisset, ita se agnoscens in illam et ex se prolata [*scr.* -tam], testatus lingua ait: hoc os de ossibus meis est et caro ista ex carne mea est, propter hoc mulier vocabitur.

L 8[a]. serpentis namque confecta venenis

TFG 8[b]. et

LTFG 9. per invidiam (-dia *TG*) diaboli (zaboli *T*)

T 10. qui iam pridem ceciderat Lucifer de caelo, qui mane oriebatur,

LTFG 11. mors introivit (intravit *F*) in orbem terrarum

LFG 12. et regnare coepit ab Aeva muliere (*om. L*) usque ad Maria (-am *G*) virginem (unitam domini castitatem *ins. L*).

T 13[a]. ita ut per mulierem abundaret poculum mortis et per auctorem vitae vox salutis adpareret in tabernaculis iustorum et claresceret per virginem resurrectio mortuorum.

LFG 13[b]. 'quoniam sicut' (sicut enim *L*) per mulierem nata est mors, ita (et *ins. L*) per mulierem nata est resurrectio mortuorum.

LTFG 14. Ipse est (*om. T*) enim Adam,

T 15. quem dominus eduxerat a dilecto suo et ex limo terrae evocavit vultum quidem nativitatis a dilecto suo, id est ab speculum maiestatis et carnem e limo terrae.

LTFG 16. qui (adam *F*, qui adam *G*, *om. T*) cognovit mulierem suam Evam (*om. T*).

L 17. exclusus de paradiso in terra Naid.

T 18[a]. et peperit (-riit *T*) hominem primogenitum suum, quem nuncupavit nomine Cain.

LFG 18[b]. et concepit et peperit Cain

L 19. ex semine criminationis luctus et vaporis.

T 20[a]. quem ille superbus Lucifer stella amaritudinis seduxit, ut germanum suum pastorem ovium interimeret.

LFG 20[b]. et adhuc (*om. GF*) adiecit parere et peperit Abel fratrem eius et factus est pastor ovium, Cain autem agricola. et factum (-tus *FG*[a]) est post dies: at tulit Cain, 'cum esset iam etate legitimus' (*om. FG*), ex (de *G*) fructibus terrae hostiam deo, et Abel attulit ex primogenitu (-ta *F*) ovium suarum et ex adipe illarum. et respexit dominus (deus *G*) in Abel et in muneribus (munera *F*) eius, in Cain autem et in hostiam (hostias *G*, munera *F*) eius non respexit,

T 21[a]. parricida terrae cultor.

L 21[b]. ut unum martyrii gloriam destinasset, alium vero homicidarum principem conlocasset.

L 22[a]. eo quod ille diabolus, qui patres eorum de paradisso excluderat, necesse haberet,

FG 22[b]. ille enim (autem *F*) diabulus qui eos de (a *F*) paradiso excluderat (exclu-serat *FG*[b]) necesse habebat,

LFG 23. ut (et *ins. L*) filios eorum ad mortis periculum duceret (deduxisset *L*, deduceret *F*). tunc ingressus est in cor (corde *GF*) Cain et dixit Cain (*om. G*) ad (Abel *ins. G*) fratrem suum: transeamus in campum: et dum essent in campo, exsurrexit Cain super Habel fratrem suum et occidit eum.

T 21[a]. Deinde genuit Adam loco Abel, de quo ait mater: conparavi hominem per deum, et vocavit nomen eius Seth,

LFG 21[b]. Et (*om. G*) adiecit adhuc Adam (adam adhuc *F*) cognoscere mulierem suam et concepit et peperit ei (*om. F*) filium (in *ins. F*) loco Abel, qui dicitur Seth.

LTFG 25. cuius nomen lingua Latina (lat. ling. *T*) resurrectio dicitur (interpraetatur *T*), quia (quoniam *T*) ab ipso (in ipso *G*, per ipsum *T*) resuscitavit (suscitavit *T*) deus semen iustum (iustorum *T*), 'a cuius progenie' (per c. progeniem *G*, pro c. progeniem *F*, per quam progeniem *T*) perveniemus (pervenimus *FG*, pervenitur *T*) usque ad dominum (d. nostrum *F*, *om. T*) Iesum (*om. T*) Christum.

T 26^{a}. ducem vitae auctorem, qui suscitavit in se et per [se] (*om. T*) semen iustorum.

L 26^{b}. per generationes singulas sibi invicem succedentium.

T 27^{a}. Ipse enim Seth ut resurrectio genuit Enos, qui appellatus est Latina lingua renovatio.

LG 27^{b}. Ipse est (enim *ins. G*) Set qui genuit Aenas: Aenas (enos enos *G*) enim lingua Latina obliviscens dicitur.

F 27^{c}. Seth genuit Enos, cuius nomen lingua Latina obliviscens dicitur.

LTFG 28. 'Enos genuit' (de ipso natus est *LG*) Cainan (chainan *L*), cuius nomen appellatur natura (nativitas *L*) dei.

LTFG 29. (Nam ipse *add. LG*) Cainan (chainan *L*) genuit Malelehel (malelel *L*, malalehel *F*, malaleel *G*), 'cuius nomen dicitur' (c. n. dicit *L*, qui interpraetatur *T*) plantatio (mutatio *L*) dei.

LTFG 30. (Et *ins. LG*) Malelehel (malelel *L*, malaleel *G*) genuit Iaret (iared *TG*), cuius nomen 'descensio dicitur' (dicitur disscessio *F*, interpraetatur descensio *T*).

LTFG 31. 'Iareth (iared *T*) genuit' (de ipso natus est *LG*) Enoch cuius nomen 'Latina lingua' (' ' *om. F*) renovatio (renovans *T*) interpretatur (dicitur *T*).

LFG 32^{a}. quia deus per ipsum (ipso *G*) renovaturus est mundum in illis diebus, quando Antichristus multam (-ta *G*) faciet vastationem: tunc ipse et Helias (eleas *F*) simul profetabunt mille ducentis (-ti *L*, -tos *G*) sexaginta diebus, et interficiet eos Antichristus, ubi et dominus eorum crucifixus est. sed ne quis dicat, quia (quod *L*) in Hierosolymis (hierusalima *G*, hierosolimam *F*) crucifiguntur, ubi et Christus dominus (d. chr. G^{b}, chr. *om.* G^{a}) crucifixus est, 'hoc utique dicit, ubi et dominus eorum crucifixus est, id est' (' ' *om. F*) in regno Romano.

T 32^{b}. Enoch quem cum iustum invenisset dominus, antequam eum tranferret, genuit Mattusalam, qui una cum Helian oportevit prophetare in novissimo tempore diebus mille CCLX, quos et interficiet Antichristus, ubi et dominus eorum crucifixus est, in regno utique Romano, non in Calvariae locum.

LTFG 33. 'Nam ipse' (*om. T*) Enoch genuit Matusalam (mattusalam *T*), 'antequam transferret eum deus in curru igneo et sublevaretur in caelo' (' ' *om. LTF*), 'qui (quia *G*) Matusala (-lam *G*, *om. F*) Latine (latina lingua *G*) interpraetatur' ('cuius nomen appellatur' *T*) missus.

LTFG 34. 'Matusalam (mattusalem *T*) genuit' (de ipso natus est *LG*) Lamech, 'cuius nomen per (*om. F*) interpraetationem bonae mentis dicimus' (b. m. dicitur *F*, dicitur b. m. *G*, 'qui appellatur bonae mentis' *T*).

T 35^{a}. Lamech genuit Noe, qui interpraetatur requies, quoniam de ipso profetavit pater eius dicens: hic nobis davit requiem ab omnibus operibus nostris.

LFG 35^{b}. 'Lamec genuit Noe' (*om. LG*): iste (ipse *LG*) est Lamec (*om. LG*) qui prophetavit de filio suo dicens: hic nobis dabit requiem ab omnibus operibus nostris: nam ipse (genuit *ins. F*) Noe, 'id est' (ides *L*, ideo *G*) requies appellatur.

LFG 36. incipit (*om. F*) origo (generationes *G*) Cain.

LG 37. Transeamus ad originem Cain et tunc ad generationem Noe revertemur (-timur *G*)

LFG 38. Postea (post *G*) quam enim (enim quam *F*) Cain (occidit Abel *ins. F*) a deo maledictus fuisset (est *F*), ut nec quisquam eum occideret, signum adeptus (-tum *F*) est malum,

ordinat sic 33—35. 32 *T*

quod (quem *FG*) nunc si quis acceperit in fronte sua aut in manu dextera (*om. F*), bibet (bibat *L*, bibet et *G*) ipse de vino irae dei (*om. F*) mixto in pocolo irae eius et punietur in conspectu electorum (sanctorum *G*) angelorum eius.

LFG 39ª. nam nomen eius lingua Latina 'in perpetuum' (interpretatum *F*) crescens dicitur (dicit *L*): ideo (idem *L*) enim hoc nomen acceperat, quoniam usque ad 'Christi adventum' (adu. domini *F*) filii Cain (kainan *F*) eiusque (eius *LG*) consortes occisuri essent (erant *F*) Christianos vestigia Abel fratris eius sequentes.

T 39ᵇ. Cain vero, cuius nomen interpretatur crescens, id est perseverans in malitia superbiae,

LFG 40ª. Igitur iste (ipse *G*, *om. F*) Cain genuit 'filium nomine' (*om. F*) Enos (enoh *F*ª, enoch *F*ᵇ*G*).

T 40ᵇ. genuit Enos.

L 41. qui Cain dum ex serpente nascitur Colophum (*litt.* ph *dubiae*) generasse cognoscitur.

*LFG*ᵇ (*om. G*ª) 42. tunc edificavit civitatem 'et posuit ei nomen' (ex nomine *F*) filii sui Enos (nos *L*, enoch *FG*).

LF 43. hoc (haec *L*) est civitas sanguinis, quae (qui *F*) et nunc effundit (-det *F*) sanguinem Christianum.

L 44. haec enim civitas in terra Naid fabricata cognoscitur et viva est. ipsa terra interpraetatur, quae in fine usque Christianos persequitur, qui fideli vocabulo nominantur.

LTFG 45. (Nam *ins. LG*) ipse (iste *F*, *om. T*) Enos (enoch *FG*) genuit Gedam (gadat *G*, irat *F*): ipse (est qui *ins. T*) habuit murorum scientiam.

LTFG 46. 'Gedam genuit' (irat genuit *F*, de ipso natus est *LG*) Malelel (mauiel *F*, malaleel *G*, malelelech *T*), cuius nomen interpretatur auditio fortis.

LTFG 47. 'et de Malelel (malaleel *G*) natus est' (mauiel genuit *F*, malelelech genuit *T*) Matusalam (matusala *G*, mattusalam *T*, matusahel *F*).

LTFG 48. qui (mattusalam *T*, matusahel *F*) genuit Lamech illum, qui habuit uxores duas (d. u. *T*), una (unam *GF*) nomine Ada.

L 49. quae interpraetatur testimoniata.

LTFG 50. et alia (aliam *GF*) nomine (*om. G*) Sella (sellam *F*).

L 51. quae interpraetatur adumbrans se ipsam.

LFG 52ª. Ipse est Lamech (*om. GF*), qui dixit mulieribus suis: audite vocem meam, mulieres (-ris *G*) Lamech, et continete (contenite *G*) auribus vestris verba mea, quia virum occidi (o. v. *GF*) in vulnere mihi et iuvenem in libore (liu- *G*) meo.

T 52ᵇ. ipse occidit virum in vulnere suo et iuvenem in libore suo.

L 53. virum dicendo perfectum Christum dicit, iuvenem autem populum eius. a Iudeis Christum, a paganis et hereticis Christianum occidi veluti reum vice versa videmus, ut pro Abel Cain dicatur qui pro Christi nomine laniatur.

LTFG 54. 'et sequitur dicens' (qui et ait *T*, *om. GF*) quoniam (*om. T*) septies vindicatum est de Cain, de lamech autem septuagies septiens. 'hinc eum' (hic eum *GF*, quem *T*) adparet occidisse Cain.

LTFG 55. 'Nam de muliere sua Ada' (ada *om. G*, igitur lamec de m. s. a. *F*, lamech *T*) genuit Hobel (iobel *G*, iohel *F*, tobel *T*), qui est pater habitantium (inhab- *T*) in tavernaculis (tab- *TG*, tabernaculis pecorum *F*) et alium nomine (genuit *T*) Iubal (iobal *G*). ipse est (*om. G*) Iubal (iobal *G*, *om. TF*) qui ostendit psalterium et citharam.

T 56. qui de Ada nascitur (iubal *ins. T*).

LTFG 57. Nam (*om. T*) de Sella (vero *ins. T*) 'natus est ei' (nascitur *T*) Thobel (tobel *TG*, tubal *F*). qui fuerat (fuit *T*) faber ferrarius et aerarius 'et soror eius fuit' (fuit *om. F*, et habuit sororem *T*) nomine (nomen *F*, *om. LG*) Noema (noemma *TG*): ipsa est quae (qui *F*) psallebat voce, non organo.

LTFG 58. Per harum enim generationes (-nem *F*, per hanc progeniem *T*) increvit (excreuit *GT*) hominum multitudo (m. h. *T*), quoad usque super eos adveniret (adueuenit *L*, aduenit *G*, adueniret s. e. *T*) horrenda cathago (catago *TG*) et operuit (cooperuit *T*) eos cataclysmus (-mum *G*) et disperdidit (disperdit *T*) eos, quoniam miscuerant (-runt *TG*) se filii dei cum filiabus (filias *T*) hominum.

T 59. ex quibus nati sunt gygantes.

LFG 60. et non intenderunt preceptis eius, quia excecaverat (caecauerat *G*[1]) eos malitia ipsorum et non speraverunt sibi interitum esse futurum.

F 61. expliciunt generationes Lamech filii Matusahel.

LFG 62. Incipiunt (incipit *G*) generationes (filiorum *ins. F*) Noe.

LFG 63. 'Redeamus igitur ad Noe, qui' (igitur quingentesimo anno vitae suae *F*) genuit ante diluvium filios tres et sortiti sunt uxores. fuerunt enim (*om. F*) in domo eius animae VIII. de eis (is *F*) 'meminisse dignatus est' (memoratus *G*) apostolus dicens: octo anime salve facte sunt per aquam (aquas *F*), 'sicut et vos' (sicuti quo *F*) modo baptisma salvos (saluas *F*) faciet. fiunt igitur a protoplasto (protoplausto *LG*) Adam usque ad 'Noe, id est usque ad' (' ' *om. F*) generationem Sem filii eiusdem (*om. F*) Noe, anni IICCXLII (duo milia centum quadraginta duo *LG*) et a generatione Sem usque ad (*om. G*) cathaclysmum, id est (usque *ins. G*) ad generationem Arphaxat (arfaxat *F*, arfaxad *G*) fili Sem, qui statim post cathaclysmum nascitur, anno (anñ. numero *G*) centesimo. fiunt omnes (ergo *F*) anni IICCCXLII (duo milia ducenti XL duo *LG*). cathaclysmus enim lingua Latina secundum iudicium (iudium *G*) appellatur.

LG 64. Incipiunt (incipit *G*) generationes Sem fili Noe.

LG 65[a]. Noe autem genuit Sem.

F 65[b]. Noe genuit filios tres Sem, Cham et Iafeth.

LFG 66. 'qui dicitur Latine nomen' (sem enim lingua latina nomen dicitur *F*).

LFG 67. et sortitus (sortititus *G*) est uxorem nomine Norea (noera *F*).

LFG 68[a]. de ipsa natus est Elam.

T 68[b]. Sem post diluvium genuit filios sex: Elam,

LG 69. Elam interpraetatur saeculum.

LTG 70. inde (ex quo *T*) nati sunt Elamitae (e. n. s. *T*).

LFG 71[a]. et frater eius secundus (s. fr. e. *F*) dicitur (dictus est *G*, dictus *F*) Assyr (aser *G*).

T 71[b]. sec(undum) Assyr.

LTFG 72. quem Nebrod (nebroth *TG*, nembroth *F*) gigans nepos patrui (patris *FG*) sui (p. s. *om. T*) Cham (filius *ins. F*) de terra Sennar (sennaar *F*) exclusit (e. d. t. s. *T*), 'id est de terra servili' (-le *G*, ' ' *om. F*). tunc fugiens condidit Nineve et Roboth (rooboth *T*) civitates (-tem *LG*, *om. T*) et Chalech (calec *F*, calech *G*, calechi *T*) et Dassen (dasen *G*, dasem *T*, resen *F*) 'inter Nineve et Chalech' (calech *FG*, ' ' *om. T*).

LFG 73. Hec est civitas illa magna eorum, quam (quem *F*) Iona propheta per (*om. G*) iter trium dierum circuivit (circuit *F*).

LFG 74[a]. De ipso Assyr (asyr *G*) nati sunt Assyri, qui in (quin *L*) opitulationem (-ne *G*) venerant Caldeis adversus (-sos *G*) filios Israel ad Hierusalem.

T 74[b]. ex quo Assyrii.

---

63 *post* 35 *F* 74 *post* 71 *T*

L 75. Continetur autem eorum regio his modis: ab India ad Malicum insulam adfirmat esse quindecies centena milia passus. a Malicum vero Scenio ducenta XX quinque milia: inde ad insulam Adano [centum quinquaginta milia *ins. Solinus*]: sic confici ad apertum mare decem (decc *L*) et octies centena et septuaginta quinque milia praeter regiones humano generi inaccessas. hoc Solinus [56, 7] adseruit. et adtingunt usque ad Aethiopiam per centum XXVII regiones satrapum. hec sunt habitationes Persarum gentium et Medorum.

LTFG 76. 'Alius vero Arfaxat (-xad *G*) tertius filius Sem' (t. f. sem arf. *F*. t. f. arf. *T*). qui (*om. GF*) 'dictus est' (*om. G*, ' ' interpretatur *F*) leo veniens.

T 77. ex quo Chaldaei.

LTFG 78. Quartus vero (filius *T*) Lud (ludh *F*. loth *G*). qui dicitur (interpraetatur *T*) nascens

T 79. ex quo Lazones.

LTFG 80. Quintus (filius *ins. T*) Aram (arau *F*), qui dicitur (interpretatur *T*) altus.

T 81. ex quo Itei nati sunt.

LFG 82[a]. De ipso Aram nati sunt filii quattuor (tres *F*).

T 82[b]. filii Aram nepotes Sem.

LTFG 83. primitivus (p *conpendio T*) filius (*om. LFG*) nomine (*om. T*) Obs, qui dicitur (interpraetatur T^2, inpraetatur T^1) chorus.

LTFG 84. secundus Ul (hul *F*, el *G*), qui dicitur in perpetuum.

LFG 85. 'El enim' (helimin *F*) deus dicitur, id (qui *G*) est perpetuus.

T 86. ex quo Armenii veniunt

LTFG 87. tertius Gatera (catera *T*. cathera *G*. getra *F*) qui dicitur (interpraetatur *T*) superans (exuperans *LG*, exuperans et gotos *F*).

T 88. ex quo Casfeni.

LT²FG 89. 'quartus vero Mosoch, qui et sagittarius' (q. u. m., id est tolle *G*, quartus mosoch tolle te id est re *F*, q̄ m[osoch]| quod . . | tep . . . | quod . . . T^2 *margine reciso*[1]).

LTFG 90. 'Nam filius Sem sextus qui dicitur' (s̄ filius *T*, nam u filius sem dictus est *F*) Chanaam (canaan TF^1, chanaan GF^2) 'qui' (chanaan autem *G*, *om. L*) interpretatur (dicitur *L*) natura (natiuitas *L*) dei.

T 91. ex quo veniunt Lydii.

LFG 92. 'Hii sunt' (*om. F*) sex filii Sem ex (et *LG*) Norea (uxores *G*) cum nepotibus suis.

LTFG 93. Nam (nam de *G*, filii autem salae qui est filius *T*) Arfaxad (arfaxat *T*) 'filius Sem tertius' (filio sem tertio *G*, *om. T*), qui dictus est leo veniens, 'ideo enim hoc nomen acceperat' (accepit *G*, 'et ideo leo veniens' *T*), quia ex ipso 'leo verus (*om. F*) futurus erat (e. f. *F*) dominus Iesus Christus' (quia ex ipso venit dominus Christus leo fortis *T*).

LFG 94. 'De ipso enim Arfaxat (-xad *G*) natus est Sala' (ipse enim arf. cum esset annorum cxxxv genuit salam *F et similiter deinceps*).

LTG 95. 'qui dicitur' (hic sala interpretatur *T*) nuntius.

LTG 96. Ex ipso Sala (*om. T*) natus est Eber (herber *G*) qui dicitur (interpretatur *T*) trans flumen.

T 97. Sala ergo genuit Phalech.

T 98. Phalech genuit Ragau.

T 99. Ragau genuit Seruch.

T 100. de Iectan Indii.

T 101. de Salech Bactriani.

T 102. de Soromot Arabes mīn.

T 103. de Iduram Camerii.

T 104. de Odera Mardi.

---

ordinat sic 90. 91. 82—84. 86—89 T

T 105. de Iezel Parti.

T 106. de Clam Cedrusi.

T 107. de Gabel Scytae.

T 108. de Abimelech Scani.

T 109. de Sabeu (sabei *T*[a]) Arabes maius.

T 110. de Ebilath Gymnosofistae.

T 111. Hii tribus Sem sortiti sunt terram a Persida et e Bactranon usque India longitudine a Rinocorura usque ad Gadis quae est usque ad austrum: ipsa est pars Orientis. et habent fluvium Eufraten.

LG 112. Nam ipse Arfaxat (-xad *G*) filius Sem vixit annis centum sexaginta quinque (cxxu *G*) et genuit Sala et vixit, postquam genuit Sala, annis quadringentis XXV (xxx *G*) et genuit filios et filias et decessit quinta generatione.

LTFG 113. 'Incipiunt (incipit *G*) generationes Cham fili Noe' (origo cham *F*, item tribus filiorum cham *T*).

LFG 114. Redeamus et ad Cham filium Noe, qui dictus est callidus 'et' (hic autem *F*) sortitus est uxorem nomine Ause (suae *F*).

LF 115. ex semine gigantum.

T 116[a]. Cham genuit Chus, ex quo Aethyopes.

T 117. de Mestrau Aegypti.

T 118. de Ful Trogoditae.

T 119. de Canaam Afri et Phoenices.

LFG 116[b]. qui genuit filium primitivum nomine Chus: hic optinuit Aethiopiam contra Egyptum.

LTFG 120. 'et (*om. G*) de ipso nati sunt filii sex et ista nomina eorum' (chus namque genuit filios sex et ista sunt n. e. *F*, filii chus *T*).

LTFG 121. primitivus (primiuus *L*, p̄ *T*) Saba (siba *T*) 'qui' (saba autem *G*, *om. L*) interpraetatur tolle et veni: inde (ex ipso *T*) 'Saba (sabaa *F*) gens' (sabaitae *T*).

LFG 122. de qua gente fuit regina illa austri, quae (qui *G*) venerat audire sapientiam Salomonis (sal. sap. *F*).

LTFG 123. secundus (secundo *F*) vero (*om. T*) Evilad (euilat *F*, ebilach *T*, auilad *G*), qui dicitur (interpraetatur *T*) parturiens.

LTFG 124. tertius Sabata (sabatha *G*, sabatta *F*, sebath *T*), id est tolle tu.

LTFG 125. quartus Regma, id est clamatus.

LFG 126. huic erant filii duo (d. f. *F*), primitivus Sabam (saban *G*, saba *F*), id est condemnatus.

LFG 127. et (*om. F*) secundus Iuda, id est confitetur (confitur *F*).

LTFG 128. quintus 'vero filius Chus' (eius *F*, ' ' *om. T*) Sabacatha (sabachata *G*, sabaathaca *F*) 'fuit nomen eius' (*om. T*), id est ornatus.

LTFG 129. sextus vero (autem *F*, *om. T*) Nebrot (nebroth *TG*, nembroth *F*), id est rebellans: 'hic est Nebrot' (nembroth *F*, 'ipse' *T*, id est *ad* nebrot *om. G*) gigans 'qui fuit' (*om. T*) venator (uenetur *G*, fenerator *F*) ante dominum.

LG 130. inde nascuntur Chaldei.

LFG 131. ipse est qui exclusit Assyr (asser *G*) filium Sem, id est filium patrui patris sui, et in eius terram aedificavit Babylon et Orec (ored *G*, arach *F*) et Archad (arcath *F*, arcad *G*) et Chalane (chalanne *G*, calanne *F*) intrinsecus in finibus Canaan (chanaan *FG*).

L 132. Sedet autem Babylonia in milibus sexaginta: muri eius alti pedibus ducenti *(sic)* et lati pedes LXX: et hoc Solinus [56, 2] adseruit, qui totum describit ambitum mundi.

LTFG 133. Secundus (s. *T*) autem (*om. TF*) 'filius Cham' (*om. T*) Mestrem (mesrem *F*, esraim *T*) 'fuit nomen eius' (*om. T*), id est totum molens (mollens *T*).

T 134. ipse genuit Ludin, ex quo Lybii, qui interpraetatur sui negotii homo.

LFG 135[a]. hic obtinuit Egyptum: huic nati erant filii sex et ista nomina eorum.

T 135[b]. hic Esraim filius Cham sept(imus) genuit filios sex.

LTFG 136. primitivus (primus *F*, ꝑ *T*) Ludin, id est (ut dictum est *ins. T*) sui negotii homo.

LTFG 137. secundus Emimegim (enimegin *F*, emimeg *T*), id est profetatus (profectus *F*) est (*om. F*).

LTFG 138. tertius Latin (latisin *L*), id est iracundus.

LTFG 139. quartus Neptabin (neptabiim *T*, neptoin *F*), id est inflatus.

LTFG 140. quintus Patrosin (patrosyn *T*, patrosen *G*), id est crudus.

LTFG 141. sextus Caslonin (casloim *F*, chaslon *G*), id est cornutus: 'de ipso Caslonin (casluin *F*, chaslon inde *G*) nati sunt' (ex quo *T*) Filistini (phylistini *T*, filistim *F*) et Chapterini (capterini *L*ᵃ, captorini *TG*, capturim *F*).

LTFG 142. Tertius vero (*om. F*) filius Cham Fut (phut *LF*, phuth *G*) 'fuit nomen eius' (*om. T*), id est profectus: hic (his *T*, id est *F*) nusquam conparuit.

LTFG 143. Quartus vero (filius *T*) Chanaan (chanan *L*), id est adorans iniquitatem: 'nam ipsi (ipse *G*) Chanaan (chanan *L*) nati sunt filii' (qui genuit filios *T*) undecim.

LTFG 144. primitivus (primus *F*, ꝑ *T*) Sydona (sidona *LG*, sydonem *F*), id est exivit in iudicium (-cio *F*) venatrix: 'de isto nati sunt' (ex ipso *T*) Sydonienses (sidoneinses *G*, sid- *L*): 'unde fuit' (inde *T*) Iezabel (zezabel *TF*) 'uxor Achab regis Israel' (*om. LTG*), 'quae (qui *FG*) colebat idolum Sydoniensium (sid- *L*, sidoneinseum *G*) Baal' (*om. T*).

LTFG 145. secundus vero (*om. T*) Cettheus (etheus *F*, cetteos *G*), id est peccans.

LTFG 146. tertius Iebuseus (iebusaeus *T*, iebus *** *F*), id est confusus. hic (ipse *T*) edificavit 'Hierusalem: propterea Iebus dicta est secundum nomen eius' (iebus quae est hierusalem *T*).

LTFG 147. quartus Amorreus (-raeus *TG*), id est bili abundus (uiliabundus *T*, labiabundus *F*).

LTFG 148. quintus Gergesseus (gergeseus *F*), id est creditus.

LTFG 149. sextus Euveus (euuaeus *T*, aeuaeus *G*, eueus *F*), id est coluber (colober *TG*).

LTFG 150. septimus Aruceus (arucheus *T*, aruceeus *G*, araceus *F*), id est 'scotomatus' (scomatus *T*ᵃ, non est eius *F*).

T 151. ex quo Tripolitani.

LTFG 152. octavus Asenneus (assenneus *G*), id est non est (*om. G*) eius.

LTFG 153. nonus Azyrius (azireus *G*, assyrius *TF*), id est iracundus.

LTFG 154. decimus Samareus (samarius *G*), id est audivit reum.

LTFG 155. undecimus Amattheus (amatheus *TFG*), 'id est delinquens' (*om. G*).

LTFG 156. hii sunt filii Chanaan undecim.

T 157. quorum terminum habitationis eorum a Rinocorura usque ad Gadis ad austrum.

LTFG 158. 'et post hoc disperse sunt tribus Chananeorum et facte (facti *F*) sunt fines Chananeorum' ('eorum' *F*, et f. s. f. ch. *om. G*, 'quorum tribus dispersa est' *T*) a Sidone (sydona *T*) usque quo venias (veniatur *T*, uenias a *L*) Gerara (ge**** *F*¹, gera *F*²) et Gaza (ga*a *F*¹) et (*om. LF*) Ascalona (ascalon *F*, ascalonia *T*ᵇ, asalonia *T*ᵃ) Azotum (et az. *G*, -tu *L*, arotum *F*) et Geth et (*om. TF*) usque quo venias (ueniatur *T*) Sodoma et Gomorra (gomurra *G*) 'ad Ama' (*om. T*) et Seboin (seboym *T*, sebeon *G*, soboym *F*) et 'usque Laban (labam *G*), quae (qui *F*) dicitur' (' ' *om. T*) Segor (secor *G*), 'ubi confugerat Loth' (loth confugiit *T*) 'et ad omnem terram Chanaan' (' ' *om. T*).

T 159. ipsa est terra Chanaan quae habet fluvium Geon.

LTFG 160. Hii (tunc *T*) turrem edificaverunt (aed. t. *TF*) ex lateribus coctis et bitumen (uitumen *LT*) 'eis fuerat' (erat *G*, ' ' *om. T*) pro luto (lutum *G*). et ibi (ubi *F*) confudit deus linguas eorum, 'ut quod quis postulabat non hoc acciperet' (accepera* *G*¹, acceperit *G*², intellegeret *F*, ' ' *om. T*).

LG 161ᵃ. hoc temporibus Eber (heber *G*) factum est, unde lingua Hebrea dicta est secundum Hebreos.

F 161ᵇ. hoc tempore in sola Heber domo propria loquela remansit, unde et lingua Hebrea dicta est secundum Hebreos: nam sicut in domo Heber lingua propria remansit, sic ecclesia Christi unitae fidei usque in finem perseuerat tempore.

T 161ᶜ. et tunc apparuit secundum Heber lingua Hebraea.

T 162. Gentes vero quae de ipsis sunt Aethyopes Trogoditae Isabini Sciofagi Alani Aegypti Phoenices Lybii Marmarici Cari Phylistei Mussi Mussonici Friges Macedones Bitinii Nomadi Cilices Maurusi Cretes Magartheni Numidi Meroni.

TF 163. qui (hii *F*) optinuerunt ab Aegyptum (egypto *F*) usque ad oceanum a (ma *F*) Rinocorura (rinocorur *F*), quae (usquedum *F*) dividet (divisit *F*) Syriam et Aegyptum, 'usque ad Gadis longitudinem' ('usque gaddis ad austrum et habent fluvium Geon' *F*).

TF 164. 'quibus sunt' (et sunt illis *F*) civitates seu (vel *F*) regiones (multas id est *ins. F*) Aegyptus, Aethyopia quae aspicit Indiam, et alia Aethyopia unde prodit Rubus (*om. F*) fluvius qui (quae *F*) aspicit contra orientem, Thebais, Libia (lydia *T*) quae extendit ad Cyrenas (quirinos *F*), quae est Pentapoli, Marmaris, Sirtis (syrtis *F*), 'Nasamonas, Tautamona, Lyiba, Lepthi magna, quae extendit usque ad Syria minus' (*om. F*), Numidia (numudia *F*), Masuria, Mauretanea (mauritania *F*), quae extendit usque ad statuam Herculis (ea regio eorum *ins. F*).

T 165. et sunt illis insulae Cossura, Lampadusa, Gaulos, Meleta, Circina, Moenis, Sardinia, Galata, Corsica, Cretes, Rhodos, Thera, Carpatus, Chios, Astipalis, Lesbus, Tenedus, Iamrus, Iassus, Samos, Chomos, Chydus, Nisyrus, Ciprus.

T 166ᵃ. Hii sunt termini sive insulae seu gentes tribubum Cham cum regionibus suis.

F 166ᵇ. expliciunt generationes Cham filii Noe.

LG 167ᵃ. Incipiunt generationes Iafet filii Noe.

F 167ᵇ. origo Iafeth.

T 167ᶜ. item generatio Iafet.

LG 168ᵃ. Tertius vero filius Noe nomine Iafet (iafeth *LᵇG*) 'qui dilatio interpretatur' (*om. G*): huic erat uxor nomine Ruth.

F 168ᵇ. Iafeth quoque interpretatur latitudo: huic erat uxor nomine Ruth.

LTFG 169. 'ex hac' (ex ea *F*, iafet *T*) genuit (filios uiii *ins. F*) primitivum (pr. nomi *G*, primum *F*, p̄ *T*) Gamer (gomer *F*, gameri *T*), id est mensuram (-ra *FG*).

T 170. ex quo Cappadoces.

LFG 171. huic erant fili tres (quattuor *F*): primitivus (primum *F*) nomine (nomen *F*) Agganaz (aganaz *G*, agazan *F*), id est ignis ardens (alibi ascenez *ins. F*).

LFG 172. secundus Rifat, id est visio fervens.

LFG 173. tertius Thargama (targamar *G*, togorma *F*), id est uberatio (ubi ratio *G*).

F 174. ex quo Armeni.

LTFG 175. 'Secundus vero filius Iafeth' (s *T*) Magog (magnus *F*) 'fuit nomen eius' (*om. T*): hic obtinuit Pamphyliam.

TF 176. ex ipso (quo *F*) Celatae (celte *F*) 'et Galatae' (*om. F*).

LTFG 177. tertius vero (*om. TF*) Madias (mazias *TG*, madai *F*).

T 178. ex quo Medii.

LTFG 179. hic obtinuit Partiam (*om. F*).

---

162. 163 inter 154 et 155 F

LG 180[a]. Quartus (uero *ins. G*) Lotham: hic optinuit Greciam.

F 180[b]. *(deficiunt quaedam)* Greciam alibi Ioban.

T 180[c]. q(uartum) Lotam, ex quo Greci.

L 181. hic est pater Syrorum Palestinorum.

LFG 182[a]. et (*om. F*) de ipso nati sunt filii quattuor: primitivus (primus *F*) Elisa (helisa *G*), id est ad me veni.

T 182[b]. Lotan filius Iafet genuit filios sex: p(rimum) Esrifan, ex quo Saurobatae.

LFG 183[a]. secundus Tharsis (tarsis *F*), id est gladiator (lanciator *F*, lantiatur *G*): hic edificavit (aedicauit *G*) civitatem nomine Tharso secundum nomen suum, in qua volebat fugere (fugire *G*), Iona (ionas *F*) a facie domini.

T 183[b]. s(ecundum) Tharsis, id est lanciator: ex quo Iliberii.

LFG 184[a]. tertius Citi (citii *G*, cetthum *F*), id est calcabo te (calcabete *F*).

T 184[b]. t(ertium) Citthim, id est calco te, ex quo Macedones.

LFG 185[a]. quartus Rodi (rhodii *G*), id est condemnatus (malus dies *G*, malus domini *F*).

T 185[b]. q(uartum) Rhodii, id est maius diis, ex quo Armenii.

T 186. q(uintum) Ascanaz, ex quo Sarmatae.

F 187[a]. alibi Dodam hic lato asserunt quinque filiae nomine turrem, ex quo Romani et Latini.

T 187[b]. s(extum) Tyrrenin, ex quo Romani et Latini.

LFG 188. Ab his designate sunt insule gentium in (*om. F*) terra illorum (*om. G*) et fecerunt sibi sermonem unusquisque in suo genere et in (*om. F*) suis gentibus *(vv. quattuor vacant in F).*

L 449. Ubi ita dixit et coepit secundus loqui, qui dixit de virtute regis: o viri, non prevalent homines? terra et mare tenent et omnia quae in eis sunt. rex autem praevalet et dominatur eorum et omne quodcumque dixerit eis, faciunt: si autem miserit eos ad hostes, eunt et conficiunt montes et muros et turres, mactant et mactantur et regis non pretereunt verbum. si autem vincunt, adferunt regi quecumque ceperint (coeperint *L*): et qui non militant nec pugnant, sed terram colunt, et cum araverint et messem egerint, adferunt regi. et ipse solus est et si dixerit: occidite, occidunt, et si dimittere, dimittunt, si cedere, cedent, si devastare, devastant, si edificare, edificant, si excidere, excidunt, si plantare, plantant, et omnis plebs et potestas ipsius sunt: superbis autem recumbens manducat et bibet et dormit, hii autem servant in circuitu eius nec possunt ire singuli et facere opera sua et non ei obaudire. o viri, quomodo non supervalet rex?

L 450. Tertius qui dixit de mulieribus et veritate, hic est Zorobabel filius Salathiel (salatiel L^a) de domo David ex genere Fares de trivu Iuda. coepit loqui: viri, non magnus rex et multi homines et vinum forte? quis ergo dominatur eorum? nonne mulieres? mulieres generaverunt regem et omnem plebem, que dominatur maris (matris *L*) et terre 'et ex' (et et *L*) ipsis facti sunt: et ipsae aluerunt eos qui plantaverant vineas, de quibus vinum fit: ipse faciunt indumenta omnibus hominibus: et ipse faciunt gloriam hominibus: et non possunt separari homines a mulieribus. si collegerint aurum et argentum et omnem rem speciosam et viderint mulierem unam bonam speciem et bonam formam, et haec omnia dimittunt et in ipsam respiciunt et ore patenti intuentur eam et omnes eam laudant magis quam aurum et argentum aut omne opus pretiosum. homo patrem suum derelinquet, qui eum nutrivit, et terram suam et ad mulierem suam adherebit et cum muliere dimittit animam suam et neque patris meminit neque matris neque terre. et hic debetis cognoscere, quoniam mulieres dominantur vestri. nonne laboratis et doletis et omnia mulieribus adfertis et datis? et accipit homo gladium suum et vadit peregrinari, et in navi navigare et in fluviis transire, et leonem videt et in tenebris ambulat, et cum furatus fuerit et latrocinium fecerit et coeperit amicae suae adferre. et iterum homo diligit mulierem suam magis quam patrem aut matrem et multi desperatione tacti sunt propter mulieres et servi facti sunt propter eas et multi perierunt et occisi sunt et peccaverunt propter mulieres. et nunc non creditis mihi, quoniam magnus est rex in potestate sua et omnes regiones timent contingere eum. 'et videbant' (et

debann *L*) Apemen filia Bezzachi illius mirabilis viri concubina regis sedentem 'in dextra regis' (vidi circa regem[1] *L*) et accipientem diademam de capite regis, et inponentem sibi et alapizantem regem de manu sinistra: et ad hec omnia rex hebes patenti ore intuebatur eam et si adrisisset ei, ridebat rex, vel si irata esset, blandiebatur ei, quoad usque in gratiam rediret cum eo. o viri quomodo non fortes sunt, que sic agunt?

L 451. Et tunc rex et potestates (potestas *L*) eius aspiciebant ad alterutrum et coepit loqui de veritate: viri, nonne fortes sunt mulieres et magna est terra et sublime est caelum et citatus cursum solis regredietur in circuitu caeli et iterum recurrit in eundem locum in una die? non magnus qui ista fecit? et veritas magna et fortior pre omnibus. omnis terra veritatem invocat, celum eam benedicit et omnia opera que moventur trement et non est in eo iniquitas. inicum vinum, inicus rex, inique mulieres, iniqui omnes filii hominum, iniqua omnia opera eorum, et non est in ipsis veritas et in iniquitate sua peribunt: et veritas manet in eternum et vivit et tenet in saeculum saeculi. et non est apud ipsam accipere personam, sed equitatem facit: ab omnibus iniquis et malis abstinet se et non est in iudicium eius inicus: et ipsi fortitudo et regnum et potestas et magnificentia omnium seculorum: benedictus deus veritatis! et tacuit loquendo.

L 452^a. Et omnis plebs clamaverunt, et dixerunt: magna veritas et supervalet. tunc dixit ei rex: pete quae velis plus quam quae scribta sunt et dabo, quemadmodum inventus es sapientior, et proximus mihi sedebis et adfinis meus vocaveris.

G 452^b. 'hic est Zorobabel' (*om.* G^1) qui inventus est (*om.* G^a) sapientior inter tres iuvenis, qui quaestiones proposuerunt et a rege Dario quaestio eius sapientior pronuntiatur. tunc dixit ei rex: pete tibi quae vellis.

LG 453. 'Tunc regi dixit' (et dixit ei zorobabel *G*): memorare 'voti' (domine donum *G*), quod vobisti (uouisti domino *G*), aedificare (templum in *ins.* *G*) Hierusalem in die, quo regnum accepisti (in ballonia *[sic]* excidisti *ins.* *G*), et omnia vasa, quae ablata sunt, dimittere (dem- *G*), quae separavit Cyrus rex, cum 'excideret Babyloniam' (incenderit babilonia *G*) et vovit (uoluit *G*) remittere ea in Hierusalem.

L 454. Et tu vovisti votum edificare templum, quod incenderunt Chaldei, cum desolata esset Iudea, et nunc hoc est quod deprecor a te, domine rex, et quod peto et hec est magnificentia tua, quam a te praecor, ut facias votum, quod vovisti domino regi caeli ex ore tuo.

L 455^a. Tunc surrexit Darius rex et osculatus est eum et scribsit ei epistolas ad omnes dispensatores et duces et praefectos, ut eum deducerent et omnes qui cum eo erant omnes ascendentes edificarent Hierusalem.

G 455. Tunc surrexit rex et osculatus est eum et scripsit epistulam ad omnes duces et dispensatores suos, ut deducerent eum in Hierusalem et ligna caedrina misit, ut domino templum aedificasset: quod templum XLVI annis aedificatum est.

L 456. et omnibus prepositis Coele Syriae et Foenicis et Libani scribsit epistulas transferri ligna cedrina et Libani in Hierusalem. cum exisset iuvenis a facie regis, aspiciens celum contra Hierusalem benedixit domino celi et dixit: a te victoria et a te sapientia et tua gloria et ego servus tuus: benedictus es, qui dedisti mihi sapientia, et, domine pater, tibi confiteor. et accepit epistulas et profectus est in Babyloniam et renuntiavit fratribus suis omnibus et benedicebant deum patrum suorum, quoniam dedit eis remissionem ascendere et edificare Hierusalem et templum, ubi invocatum est nomen eius in eo.

1) Esr. 1, 4, 29: *ἐθεώρουν αὐτὸν καὶ Ἀπάμην τὴν θυγατέρα Βαρτάκου τοῦ θαυμαστοῦ τὴν παλλακὴν τοῦ βασιλέως καθημένην ἐν δεξιᾷ τοῦ βασιλέως, ad quem locum tradita correxi.*

L 457. Est autem numerus eorum, qui de captivitate Babylonie regressi sunt in terra Iuda et Hierusalem a duodecimo anno et supra praeter pueros et puellas quadraginta tria milia trecenti sexaginta. pueri autem et puelle septe milia trecenti viginti septem: psallentes (psallentem *L*) masculi et feminae ducenti quadraginta quinque: camelli quadringenti XXXV: subiugia promiscua quinque milia septingenta quinque. cum autem proficiscerentur (profisc- *L*[a]) ex regione Babyloniae, tunc etiam Esdra propheta et legis doctor et ipse cum eis ascendit.

L 458. ad quem litteras direxit rex Artaxerxes, quarum exemplum hoc continet: Rex Artaxerxes Esdre sacerdoti et lectori legis domini salutem. amicaliter ego iudicans precipio eos, qui voluerint ex genere Iudeorum et sacerdotum et levitarum eorum, qui sunt in nostro regno, tecum ascendere in Hierusalem: quodquod ergo cogitant proficisci, proficiscantur, sicuti placuit mihi et septem amicis meis consiliaris, ut possitis omnia inspicere, quae in Iudea sunt et in Hierusalem. quod consequens est secundum legem, quam habes, tollere munera domino deo Israel, novissimus ego et amici mei, quia deus habitat in Sion, omne aurum et argentum, quodcumque inventum fuerit in terra Babylonia, restituetur in templo dei et Hierusalem. tu, Esdras, secundum sapientiam dei compone iudices causarum et ecclesie in totam Syriam et Fenice, omnes qui noverunt docevis: et quodquod praeterint *[sic]* legem dei tui et regis, diligenter punientur sive morte sive poena vel damno pecuniario aut exilio. bene valeas.

L 459. Et dixit Esdra scriba: benedictus dominus deus patrum meorum, qui dedit ista in cor regis glorificare domum eius quae est in Hierusalem et me honorificavit in conspectu regis et consiliariorum eius et ego forti animo factus sum secundum adiutorium domini dei mei.

L 460. Et profecti venerunt ad Hierusalem et celebraverunt pascha nono kal. April. feria V. a pascha Moysi in Egypto annos mille centum septuaginta sex. tunc fundamenta templi dei a Zorobabel posita restaurantur, quod templum quadraginta sex annis edificatum est.

LG 461. non enim zonam suam solvit neque capillos (-lus *G*) capitis sui fecit. sed nec (neque *G*) calciamenta deposuit (a pede posuit *G*) 'donec' (usque dum *G*) 'per Esdram profetam et sacerdotem legisque innovatorem supletis septem ebdomadibus Daniheli' (*om. G*) dedicatio fieret (fuerit *G*[a], fierit *G*[b]) templi.

LTG 462. 'Ipse est' (*om. T*) Zorobabel qui (*om. T*) genuit Abiud, 'qui appellatur' (id est *TG*) pater confessionis (-nes *G*).

LTG 463. Abiud genuit Eliachim (eliachin *L*), id est resurgens.

LTG 464. Eliachim (-chin *L*) genuit Azor (azzor *L*), id est occisus.

LTG 465. Azor genuit Saddoc (sadoc *G*), id est iussus.

LTG 466. Saddoc (sadoc *G*) genuit Achim, id est paratus.

LTG 467. Achim genuit Eliud, id est dominus (*om. T*) fortis.

LTG 468. Eliud genuit Eleazar (eliazar *LG*), id est deus (dei *G*, *om. T*) adiutor (adiutorium *G*).

LTG 469. Eleazar (eliazar *LG*) genuit Mattham (matham *L*), id est munus (manus *G*).

LTG 470. Mattham (matthan *T*, matham *L*) genuit Iacob, id est dilectus.

LTG 471. Iacob genuit Ioseph (iosef *T*), id est congregans (congregat *LG*), cuius ut *[sic]* putabatur dominus Christus secundum carnem esse filius (f. e. *LG*).

T 472[a]. quoniam ipse disponsaverat virginem Mariam, de qua nasci voluit salvator mundi, quam generationem introducit Mattheus.

L 472[b]. expl generationes, quas Matheus euangelista usque ad Iosef, cui fuit desponsata Maria, describit.

G 472[c]. explicit generationes Matthei euangelistae.

L 473[a]. incipiunt alie, quas Lucas ad Mariam usque describit, sed cursu ab eadem ad primum hominem recalato revertitur.

G 473[b]. incipit generationes a Moyse euangelistae Lucae.

L 474[a]. Redeamus ad exodum et proferimus generationes Levvitarum.

G 474[b]. Redeamus ad exodum et proferimus generationem Moyse ducis Israel: ex genere enim Levitarum erat.

T 474[c]. item progenies Levvi, unde sacerdotes venerunt et levvitae.

LTG 475. (qui *ins. G*) Levvi (leui *G*) enim (*om. TG*) genuit Cath (chat *L*, gaath *G*), 'Gesson et Merarii' (*om. TG*).

LTG 476. qui (*om. TG*) Cath (chat *L*, caath *G*) (autem *ins. G*) genuit Ambram, 'qui dicitur dilectio, et Issar, qui dicitur fortis ad fortem, et Cebron, qui dicitur amicus aeternus, et Odiel, qui dicitur fortis deus' (*om. TG*).

L 477. qui Odiel genuit Elisa, qui dicitur visitatio, et Masiel, qui dicitur petitio dei, et Soseri, qui dicitur absconsus. .

L 478. Gesson vero, filius Levvi secundus, qui dictus est inquilinus, genuit Lobon, id est las, et Semei, qui dicitur auditio.

L 479. Merarii autem tertius filius Levvi genuit Moolli, qui dicitur mutatio, et Omousi, qui dicitur fons meus.

LTG 480. Ambram 'vero filius Chaat' (*om. TG*) genuit 'filios tres' (*om. LG*) Aaron (et *ins. G*) Moysem (-sen *G*, -ses *T*) et Mariam 'sororem eorum' (*om. LG*) 'quae dicitur' (id est *T*) dominatrix.

LG 481. ex Iochabet (iocabet *L*[a], iocabeth *G*) quae 'dicta est' (interpraetatur *G*) dignitas domini 'filiam fratris patris (putris *L*[a]) sui' (*om. G*).

L 482. Isaar autem filius Cath secundus genuit Chorae, qui dictus est nudus.

L 483. hic Chorae genuit Assyr, qui dicitur rogans, et Belchana, qui dicitur zelus, et Abiasar, qui dicitur pater meus. hii sunt filii Chorae, ex quo genere fuerunt illi, qui temporibus David ante arcam testamenti psallebant cum ceteris levitis et sacerdotibus sortium viginti quattuor cum Asaf, Iditum, Eman et Etan.

L 484. Secundus vero filius Issar Nafeth dictus est, qui interpraetatur impietas, et tertius Zecris, qui dicitur dilectio, et quartus Misael, qui dicitur misit deus.

L 485. Aaron autem interpraetatur arca videns aut visio altissimi.

LTG 486. hic (et *G*, *om. T*) Aaron (sacerdos *ins. G*) genuit 'filios duos' (*om. LG*) Nadab, 'qui dicitur concupiscentia' (*om. TG*), et Abiud, 'qui dictus est amicus dei' (*om. TG*).

L 487[a]. Mortuus est autem Nabad et Abiud, dum offerrent ignem alienum ante dominum deum in deserto Syna. et facta sunt ex numero eorum XX tria milia omnis masculus ab uno mense et supra: non enim considerati sunt in medio filiorum Israel, quia non datur illis hereditas in medio eorum. ignem alienum quod dicit ex communi, utique non divino de caelo venientem.

T 487[b]. hii sumserunt ignem alienum ad altare dei et ibi iudicio divino consumti sunt.

G 487[c]. ipsi sunt mortui, dum auferrent ignem alienum.

quae ex c. 474–495 habet, collocat in fine post c. 610 T

L 488^{a}. Eleazar vero tertius filius Aaron, qui dictus est deus adiutor meus,

T 488^{b}. Item genuit filios II Eleazar et Ithamar.

G 488^{c}. et Eleazar frater illorum suscipit locum eorum et Ithamar frater eorum: ex his sacerdotibus duobus filii Aaron nati sunt seniores XXIIII.

L 489^{a}. genuit Finees, qui dictus est sectator, ex filiabus Fuiziel: hic est Finees, de quo in Machabeicis libris Matathias locutus est dicens: Finees dum emulatur lege adeptus est sacerdotium.

T 489^{b}. Eleazar genuit Finees.

G 489^{c}. nam Eleazar genuit Finees sectatores legis.

L 490. Quartus vero filius Aaron Itamar dictus est, qui dicitur rancidus: hos genuit ex Elisafat quae dicta est gratia domini.

L 491. Moyses autem filius Ambram secundus genuit Gersam, qui dicitur hospes, et Eleazarum, qui dicitur dei virtus, ex Seffora, que dicta est visitatio formonsa, filia Iotor de Madia sacerdotis.

L 492. Gersam vero genuit Ionatham. ipse et filii eius erant sacrificantes in tribu Dan usque ad diem transmigrationis terrae.

L 493. In horum autem monte sepultus est Aaron et Moyses in Geth iuxta domum Fogor.

L 494. Haec tribus sortem non accepit, quoniam inde sunt sacerdotes, qui altario dei deserviunt: dominus est enim sors eorum. ideo nunc decime sufficere debeant sacerdotibus, ut alieni sint a seculi voluptatibus, qui alienis incubare desiderant rebus.

LFG 495^{a}. Deinde (igitur *F*) Moyses 'cuius nomen' (*om. LG*) Egyptiaca lingua interpraetatur de aqua acceptus et (in *ins. F*) Aebrea lingua serviat (seruat *LF*) domino, ipse genuit Gersam et Eleazarum fratrem eius ex Seffora, quae (quem *G*) dicitur visitatio.

T 495^{b}. Moyses genuit filios II Gersam et Eliezer, qui Moyses secundum Hebraea lingua interpretatur servans domino, secundum Aegyptiaca de aqua susceptus.

LFG 496. hic Moyses fuit in deserto Syna (sina *G*, synai *F*) annis XL et dum 'iussus a' (iussu suo *F*) domino ascenderet in Roboth Moab super montem Nabau super verticem Fasga, quae est contra faciem (*om. G*) Hiericho, et ostendit ei omnem terram Neptalim (nepthalim *G*) 'et omnem terram' (*om. L*) Efrem (effrem *G*) et Mannasse (mannase L^{a}, manasse *G*) et omnem terram Iuda usque ad mare novissimum (-mo *G*) et desertum et adiacentia regionis Hierico (-cho *FG*) civitatem Foenicum usque Segor (fogor *LG*) et dixit dominus ad Moysen (-sem G^{a}): hec est terra, quam (pro qua *F*) iuravi Abrahe (et *ins. G*) Isaac et Iacob dicens: semini (-ne *G*) vestro (tuo *F*) dabo illam quam ostendi oculis tuis, sed 'illo non' (in illam non *G*, non ibi *F*) introibis. et mortuus est Moyses (*om. G*) famulus domini in terra Moab secundum verbum domini et sepelierunt eum in Geth iuxta domum Fogor et nemo scit sepulturam eius usque in hodiernum diem, ne ut deus ab ipsis coleretur, sicut cum *[sic]* derelinquerant (delinquerant *L*, deliquerant *F*) in Choreb (coreb *F*).

L 497. hic conclusi sunt anni quadringenti septuaginta a vocatione Abrahae peregrinationis Israhel usque ad heremi tempus et Moysi terminum vitae.

---

ordinat ut indicatur p. 186 T

LG 498. Post hunc autem Iesus (hiesus *G*) filius Nave, qui dictus est salvator, iudicavit Israel annis XXX (xxuii *G*): et anni vite eius centum decem: et sepelierunt eum in terminis sortis sue in Thamnasar in (themnasarim *L*ᵃ, thamnasarim *L*ᵇ) monte (-tem *G*) Efrem (effrem *G*) trans monte (-tem *G*) Galaad. et (*om. L*) posuerunt cum eo in monumento cultellos (curtellos *L*) petrinos circumcisionis Israhel devictis XXVIIII (xxiiii *G*) regibus.

L 499. Hoc in tempore viginti novem regum populi et gentes Africam tenuerunt, quae prisco tempore insula dicebatur, et ex quo habitare coepit anni sunt usque ad annum sextum decimum regis duo milia septuaginta sex.

LG 500. Post Iesum autem transgresso populo a mandatis dei servierunt regi Mesopotamiae Chusarsaton (cusarsathon *G*) nomine annis octo.

LG 501. Deinde penitentia (-tiam *G*) egit populus et iudicavit eos Gothoniel (gothonel *L*ᵃ, gothonihel *G*) annis quinquaginta (*om. G*). origo autem Gothoniel (-hel *G*) hec est: filius fuit Genez (chenez *G*) fratris Chaleb (caleph *G*) fratris (fili *G*) Iepphone (ieppone *L*ᵃ, iepphoniae *G*). hic Gothoniel (-hel *G*) coepit civitatem litterarum et dedit ei Chaleb (caleph *G*). Ascham (naascham *G*) filiam suam uxorem. hec est (*om. G*) Dabir civitas litterarum.

LG 502. Deinde iudicavit eos Eglom annis 'decem et octo' (*om. G*). hic rex Moabitarum fuit. tunc populus domino non serviebat, quia idolis immolabat, et traditi sunt regi Eglom.

LG 503. Deinde iudicavit eos Aoth ambidexter annis octoginta (uiii *G*). hic cultellum palmarem accepit (accipit *G*) et dixit (*om. G*) ad Eglom: verbum est mihi ad te, rex, et dum introissent in cubiculo (-lum *G*), occidit eum et clausit ianuam et fugit per medium exercitum salvatus.

L 504. Anno autem vicesimo quarto Aoth in terra Edom mortuus est Iob.

LG 505. Deinde servierunt regi Semegar annis XX. hic occidit ex alienigenis in aratro boum (bubum *G*) octingentos viros et defendit filios Israel.

LG 506. Deinde Iabis servierunt regi (rege *G*) alienigenarum annis XX. hic rex Chanan (chanaan *G*) fuit, qui regnabat (regnauit *G*) in Astaroth, et princeps militiae eius erat Sisarra (syra *L*). huic fuerunt (fuerant *G*ᵃ) currus ferrei nongenti (octingenti *G*).

LG 507. Deinde Debbora (deborra *G*) iudicavit eos annis XL. huius temporibus fugit Sisarra (sisara *L*) in domo Iail (iahil *G*), 'quem ipsa Iail' (quam ipsa iahil *G*ᵇ, *om. G*ᵃ) occidit de palo (palu *L*) tabernaculi (tauern- *L*) sui persequente Barach (baraac *G*) principe (-pem *G*) militiae.

LG 508. Deinde Mazanite (matianitae *G*) optinerunt (obtenuerunt *G*) eorum (eos *G*) annis septem et nomen eius erat Mazia. sub ipso fugerunt filii Israel in speluncis et in scissuris montium (petrarum *G*) abscondebant (absconderunt *G*) se domino irascente.

LG 509. Deinde iudicavit eos (*om. G*) Gedeon (iedeon *G*) annis XL filius Hierobal (hieroboal *G*). soli enim trecenti viri (*om. G*) exierunt cum eo ad pugnam adversus Madiam (mazian *G*), qui lambierunt aquam sicut canes (canis *G*). tunc dixit dominus: in trecentis viris solis, qui lambierunt aquam (aquas *L*) sicut canes (canis *G*), salvum faciam (faciat *G*) Israel.

LG 510. Deinde Abimelech iudicavit eos annis tribus. hic occidit ex alienigenis (eis *G*) mille animas 'in igne' (igni *G*), qui fuerunt in turre (torrem *G*) Sychimorum (sycimorum *G*), quando fugerant (fugierunt *G*) a facie eius in achroterium. tunc a muliere percussus lapidem molae mortuus est.

LG 511. Deinde Fua filius (*bis G*[1]) Charram (-ran *G*) iudicavit eos annis XX. hic habitabat in monte (-tem *G*) Efrem (effrem *G*). sub cuius tempus (tempore *G*) pax abundavit et non fuit bellum in Israel.

L 512. Deinde Tole iudicavit eos annis XX duobus.

LG 513. Deinde Iair iudicavit eos (*om. L*) annis XX duobus. huic erant filii XXX ascendentes XXX equos et erant eis XXX civitates, quae (qui *G*) dicebantur Abotthi (obothi *G*) Iar[1]) in Galatidin (caliditin *G*).

1) *iud. 10, 4* Haboth Iair *Hieronymus*, ἐπαύλεις Ἰαίρ *Graeci.*

LG 514. Deinde Philistini (-nae *G*) et Ammanitae (amanite *G*) optinuerunt eorum (eos *G*) annis decem et octo. sub eorum pondera proclamaverunt filii Israel ad dominum non semel, sed sepius et vix eos de periculis liveravit (lib- *G*).

LG 515. Deinde 'Ieptha de Galaad' (de g. iepthe *G*) iudicavit eos annis septem. hic ab Aroer usque dum veniatur Maratth (marath *G*) et (ei *L*) usque ad (a *L*) Belthar XX civitates (-tis *G*) Amon (ammon *G*) evertit cum populis eorum, quando reversus 'domum suam' (suam do = deo *L*) optulit filiam.

LG 516. Deinde Usbon filius Irel (irer *G*) iudicavit eos annis VII. hic ex (rex *G*) Bethlem fuit et erant ei (*om.* G^a) XXX filii et XXX filiae dimisse foris (foras *G*) et XXX uxores duxit filiis suis et mortuus est et (*om.* *G*) sepultus est (*om.* *G*) in Bethleem (-lem *G*).

LG 517. Deinde Elom iudicavit eos annis X. hic Elom Zabulonites fuit: propterea in terra sepultus est Zabulon.

LG 518. Deinde Abdon iudicavit eos annis octo: filius fuit Farathonites (faratonites L^aG). huic erant quadraginta fili et XXX nepotes (-tis *G*) ascendentes septuaginta equos (et *ins.* *G*). mortuus est (*om.* *L*) et sepultus est in Pharaton (farathon *G*) in terra Efrem (effrem *G*) in monte Elieth.

LG 519. Deinde alienigene (-gine *G*) obtinuerunt eos (*om.* *G*) annis XL pro eo quod exacerbaverunt (-uauerunt *L*) dominum et traditi sunt 'adversariis, id est' (*om.* *L*) Chananeis, qui inhabitabant (habitabant *G*) Ascalon (ascolana *G*), Gerara, Gaza, Azotum (azontu *L*), et Geth quinque civitates (-tis *G*), quas Inatham (ionatha *post* math. *G*) filius Mathathiae (matathiae L^a, mathatiae *G*) expugnavit.

LG 520. Deinde Samson (samsō *L*) 'filius Manoe et uxor eius Dalyla' (*om.* *G*) iudicavit eos annis XX. cuius virtus non poterat (potuerat *G*) conpraehendi, qui plus occidit in morte sua quam quod in vita sua.

G 521. Deinde Samera iudicavit eos anno uno. hic percussit ex allophilis (alofilis *G*) sescentos (sexcentos *G*) viros praeter iumenta et salvum fecit et ipse Israel.

G 522. Deinde pacem habuerunt annis XXX (xuii *G*).

G 523. His temporibus non erat dux in Israhel, sed (et *L*) unusquisque quod volebat hoc faciebat. tunc tribus Beniamin (bemin L^a) delinquerat (-rant *G*) in facto Sodomitarum et exterminati sunt a filiis Israel et derelicti sunt viri sexcenti, qui fugerant, ut evaderent.

G 524. Deinde Eli (heli G^b) sacerdos, qui fuerat in Selom, ubi (ibi *G*) arca (area *G*) dei constituta erat, et filii eius Ofni et Finees sacerdotes domini.

L 525. Finees vero genuit Achitob et Beriochabel.

L 526. qui Achitob Abimelech: et hic genuit Abiathar. qui 'et hic genuit Achimelec' (*delenda*) a Solomone in exilio religatus.

LG 527. et Eli (heli G^b) nimis senex et ambo filii eius peccatores in conspectu domini.

LG 528. Hoc in tempore natus est Samuel (-hel *G*), quem postulavit Anna uxor Belchane (elchanae *G*), cum esset sterelis: et exaudivit illam dominus et concepit et peperit filium et vocavit nomen eius Samuel (-hel *G*) dicens: quoniam a deo omnipotente petii (petiit *G*) illum. Heli autem fuit nonaginta annorum; oculi autem eius erant obducti et non videbat. 'et iudicavit' (i. autem *G*) populum annis XX. et audito nuntio, quod capta sit ab allophilis (allofilis *G*) arca domini, cecidit de sella et mortuus est.

LG 529. Tunc Samuhel successit ei et iudicavit Israhel annis XX.

L 530. Hic Samuhel genuit filios unum nomine Ioel, alium vero Abiathar.

LG 531. Temporibus autem eius post captivitatem areae ab allophilis (allofilis *G*), quando occisi sunt Finees (fenees *G*) et Ofni filii Eli (heli *G*), tunc et (*om.* *G*) ipse audito nuntio mortuus est et a gentibus arca fuerat depraedata. post reditum autem (*om.* *G*) eius quattuor loca 'fuerunt sanctificata' (sanct. fuerant sanct. *L*), quae circuibat Samuel (-hel *G*), id est Bethel, quae dicitur Luza, ubi visus est deus ab (*om.* *G*) Iacob, et Galgala, ubi

circumcidit Iesus Nave (*om. L*) populum (*om. G*) contra Hierico (-cho *G*), et Masefat (massefath *G*), ubi obtulit filiam suam Ieptha (iepta *L*ª), et Armaten (armathen *G*) in domo sua, ubi fecerat altarium (altare *G*) deo. sacerdos enim fuit et (*om. L*) iudex et propheta, sed ideo inter sacerdotes a nobis non est inmissus neque Eli (heli *G*), quia inter iudices 'a nobis' (*om. L*) conputantur.

L 532. Hic enim conclusi sunt iudicum anni quingenti sexaginta unu initii captivitatis alienigenarum.

LG 533. Post hunc autem factus est Saul rex, quem dominus in bile (uile *G*) sua populo Israhel dederat, per manus scilicet Samuelis (samuhel *G*) unctum, cum asinas quaereret patris sui Cis (chis *G*). qui regnavit in Israel annis (annos *G*) XL. Bamma (bama *G*) enim dicitur civitas, ubi unctus est ipse Saul.

L 534. Qui Saul habuit uxorem nomine Achima: ex hac genuit Ionatham Iesiul Esbal Memfibos et sorores eorum Merob et Melchol, et filius Ionathae Memfiboste genuit Macca.

LG 535. Post hunc regnavit David in Israel annis XL 'et menses sex' (*om. G*). inter Samuel (-hel *G*) autem et David anni sunt (*om. G*) XL.

LG 536. Temporibus eorum erant sacerdotes tabernaculi (tauernaculi *L*) testimonii decem milia ducenti sexaginta et levitae centum duodecim milia (cxii *G*): sacerdotum autem erant (*om. G*) principes viginti quattuor, qui sunt seniores viginti quattuor, et ista nomina eorum. ex genere enim erant Eleazar (eliazar *G*) et Ithamar filiorum Aaron. 'prima sors' (primus *G*) Iarim, unde fuit Mathathias (matthathias *G*), secunda (ii *et sic deinceps G*) Bidae (bideae *G*), tertia Choreb, quarta Seroib, quinta Michae, sexta Beniamin, septima Choos (coos *G*), octava Abia, unde fuit Zaccharias (cazcharias *G*²), nona Iesu (hiesu *G*), decima Iecchenir (-ner *G*), undecima Enasib, duodecima Iachib, tertia decima Chobra, quarta decima Isba (hisba *G*), quinta decima Banne (-nae *G*), sexta decima Emmer (ermer *G*), septima decima Chezir, octaba decima Afesor, nona decima Phaner, vigesima Ezechiel (ezechiei *G*), vicesima prima Achin, vigesima secunda Gamuel (camuhel *G*), vigesima tertia Dalea, vigesima quarta Mazia. hi sunt XXIIII, quos David sacerdotibus praeposuerat principes.

LG 537. Quando enim de domo Abidda retulit David (*om. L*) arcam testamenti et posuit eam (ea *L*) in Sion in domo Aminadab et inde transtulit eam et posuit eam in domo sua, tunc hos sacerdotibus principes constituit, qui praecederent populum ante archam testamenti. nam (*om. L*) et levitae fuerunt XXIIII, qui levitis imperabant: ex genere enim erant Caat (caath *G*) Gesson (gerson *G*) et Merari (merarii *L*). nam super eos fuerant (-runt *G*) quattuor, quorum nomina hec sunt: primus Eman, secundus Asaf (asaph *G*), tertius Iditum (idithun *G*), quartus Etham (aethan *G*).

LG 538. Fuit numerus ipsorum cum fratribus ipsorum docti cantare domino, omnis (oī̄ *G*) qui intellegit, ducenti octoginta (lxx *G*) octo. acceperunt (acciperunt *G*) etiam ipsi sortes diurne apparitiones (apparationes *G*) iuxta magnum et iuxta pusillum perfectorum et discentium. et (*om. L*) excidit sors prima filiorum eius et fratrum eius ipsius Asafh (asaph *G*) fili (illi *L*) Ioseph (iosepfh *G*): ipse (ipsi *G*) et filii eius et fratres eius duodecim. secundus Godolias: filii eius et fratres eius duodecim. tertius Zacchur: filii eius et fratres eius duodecim. quartus Iesdri (iezdri *G*): filii eius et fratres eius XII. quintus Natanias (nathanias *G*): filii eius et fratres eius XII. sextus Bocia: filii eius et fratres eius XII. septimus Isdrael (israel *L*): filii eius et fratres eius XII. octavus Aseas (esaias *G*): filii eius et fratres eius XII. nonus 'Matthanias: filii eius et fratres eius XII. decimus' (*om. G*) Semei: filii eius et fratres eius XII. undecimus (x *G*) Esdriel (hesdrihel *G*): filii eius et fratres eius XII. duodecimus (xi *G*) Asabias (-biar *G*): filii eius et fratres eius XII. tertius decimus (xii *G*) Sabael (-hel *G*): filii eius et fratres eius XII. quartus decimus (xiii *G*) Matthatias: filii eius et fratres eius XII. quintus

decimus (xuii *G transponens haec*) Iarimoth: filii eius et fratres eius duodecim. sextus decimus (xiiii *G*) Anania (-nias *G*): filii eius et fratres eius XII. septimus decimus (xuiii *G*) Iesbachas (-chasa *G*): filii eius et fratres eius XII. octavus decimus (xuiiii *G*) Ananias: filii eius et fratres eius XII. nonus decimus (xu *G*) Misael (-hel *G*): filii eius et fratres eius XII. vigesimus (xui *G*) Eliath: filii eius et fratres eius XII. vicesimus primus (xx *G*) Etth (etthi *G*) filii eius et fratres eius XII. vicesimus secundus (xxi *G*) Gotholias: filii eius et fratres eius XII. vicesimus tertius (xxii *G*) Mazoth (mozoth *G*): filii eius et fratres eius XII. vicesimus quartus (xxiii *G*) Ramasi: filii eius et fratres eius duodecim. hi (hii *G*) sunt 'ducenti octoginta octo' (*om. G*), qui praecedebant 'exercitum filiorum' (filios *G*) Israel et cantabant domino canticum.

LG 539. Tunc etiam et David cum eis impletus spiritu sancto simul profetaverunt psalmos centum quinquaginta. quattuor enim erant, qui cantabant domino principes constituti, 'ut diximus' (*om. G*): primus Eman (aeman *G*), secundus Asaf (asaph *G*), tertius Iditum (-thun *G*), quartus Etan (aethan *G*): habebant septuagenos binos respondentes sibi in cymbalis 'et nablis' (*om. G*) et cytharis. tunc non quod volebant, hoc psallebant, sed quod per eos spiritus adnuntiabat. viginti enim annis fuit arca 'testamenti domini' (*om. L*) in captivitate (-tem *G*) et quadraginta annis fuit 'in domo' (*om. G*) Abiddare et (*om. L*) XX annis fuit in domo 'Aminadab et XX annis fuit in domo' (*om. L*) David regis, 'qui regnavit in Israhel annis XL m̅. sex' (xl enim annis fuit et mensibus sex quod regnavit dauid *G*).

L 540. de domo cuius tulit Saddoc filius Achitob, qui in Nomba fuit cornum. et unxit Salomonem pro David patre suo in regem.

LG 541. 'Regnavit autem David' (*om. G*) septem annis in Chebron (caebron *G*) et triginta (xx *G*) tribus annis (*om. L*) in Hierusalem. in Chebron (caebron *G*) autem genuit filios septem et ista nomina eorum: primitivus Ammon, quem occidit Abessalon, cum incestasset Thamar, secundus Chaleb (caleb *G*), tertius Abessalon:

LG 542. quartus Ornias, qui propter Abisac (abisaac *G*) Sunamitem (sonamiten *G*) (ornias *ins. L*) a Salomone interfectus est, quoniam postulavit (-labat *G*) eam coniugem (coniugium *G*) sibi. tunc Abiathar relegatus est, quod (quoniam *G*) ipse eum unxerat in regem. Abiathar hic (*om. L*) filius est Abimelech, qui fugiens solus (*om. G*) salvatus est, quando occisi sunt 'trecenti quinquaginta' (cccu *G*) sacerdotes a Doec (doech *G*) Syro, quem rex Saul miserat. de ipso dixit David ad Saul: dilexisti malitiam (maliam *G*) super bonitatem et iniquitatem super quam loqueris iustitiam. calliditatem Doec (doech *G*) Syri incusat, qui se iustum in sermonibus demonstrabat et iniquitatem circa innocentes (-tem *G*) exercuit. et iterum: dilexisti omnia verba praecipitii (praecipii *G*) lingua subdola, quibus incautos (incaustus *G*) subito deiecit in mortem. hic autem Abiathar (abimelech *G*), qui tunc a morte evaserat, propter Orniam a Salomone relegatur, ut secundum sententiam domini nullus ex semine Eli (heli *G*) in domo domini sacrificium (sacerdotium *G*) administraret.

LG 543. Quintus Aphatias (apathias *G*): sextus Ethoram (aetheram *G*) et Thamar soror Abessalon (abissolon *G*). nam in Hierusalem de Bersabe (bersabee *G*) Urie Etthei (uri cetthei *L*) 'Saman et Soban filii sunt' (natus est ipsius *G*) David, fratres (*om. G*) Salomonis (salomon *G*) et Nathae (nathan *G*), cuius Lucas (luca *G*) euangelista ad Mariam originem demonstravit. similiter etiam et Salomonis Mattheus evangelista ad Ioseph originem demonstrat (demonstravit *G*), ut appareat eos de una tribu exire et sic ad Christum secundum carnem venire (peruenire *G*), ut conpleatur (compleantur G^a) quod scribtum est: ecce, vicit leo de tribu Iuda, radix David: leo ex Salomone et radix ex (et *G*) Natham (-than *G*).

LFG 544. Salomon autem genuit Roboam 'et Natham (nathan *G*) genuit Mattham' (*om. F*).

LG 545ª. tunc accepit (accipit *G*) regnum Ieroboam (hieroboam *G*) filius (*om. G*) Nabath 'ex uxore nomine Sorum, quae vidua mansit, temporibus multis' (*om. G*) servus Salomonis, 'contra Roboam filium Salomonis' (*om. G*) servus cum domino regnum adeptus est.

F 545ᵇ. et Hieroboam servus eius regnum adeptus est cum eo.

LGF 546. 'et in' (*om. F*) primo anno regni sui fecit vaccas aureas duas, unam dedit in Dan et unam posuit in Bethel. tunc dixit ad plebem: sufficiat vobis ascendere (ascendisse *F*) in Hierusalem: ecce dii tui, Israhel, qui te eduxerunt de terra Egypti. hic Hieroboam regnavit 'in Samaria' (super israel *F*) annis triginta (xx *GF*) quattuor (iii *G*) et fuit (fecit *G*) scisma inter Roboam filium Salomonis et (inter *ins. F*) Hieroboam filium Nabath: et proelium (prelium *L*ª) erat (fuit *G*) inter eos omnibus diebus vite eorum, sicuti (sicut *G*) et (*om. L*) nunc inter veros (uiros *G*) Christianos et falsos catholicos.

LGF 547. hic Hieroboam genuit Nadab 'ex uxore nomine Anna' (*om. GF*) et (qui nadab *F*) regnavit annis duobus.

LGF 548. huic successit Baasa (basaa *GL*) filius Achia et regnavit annis XXIIII.

LGF 549. post hunc Ela filius Baasa (basaa *G*, basa *L*, baasa et *F*) regnavit (super israel *ins. F*) annis duobus.

LGF 550. post Ela (ea *G*) regnavit Zambri 'intersa [sic] diebus septem' (*om. GL*).

F 551ª. post hunc regnavit Ambri annos XII super Israel.

L 551ᵇ. annis dece et octo, cum Thameni annis sex et solus annis XII.

LGF 552. 'ipse est Ambri' (zambri *L*, ' ' *om. G*) qui genuit Achab (agab *G*, acab *F*), qui habuit Hiezabel (iezabel *G*, zezabel *F*) filiam Elam regis Sidoniensium (sydoniorum *F*).

LGF 553. hic Achab (acab *F*) regnavit annis 'XX unu' (xu *G*, xi *F*) et genuit Ochozian (ochoziam *G*, ocoziam *F*).

LGF 554. et regnavit Ocozias (*om. GL*) annis duobus (et mortuus est *ins. F*).

LG 555ª. et alius filius Achab nomine Ioram regnavit annis XII.

F 555ᵇ. post hunc successit Ioram frater Ocozie in regno, non enim habebat filium et regnavit annos XII.

LFG 556. post hunc regnavit Hieu (ieu *G*) filius 'Mannase' (manasse *G*, iosaphat et regnavit *F*) annis XXVIII.

LG 557ª. tunc (a facie cuius *G*) Iosebeth filia regis Iudae (samariae *G*), id est filia Ioram, soror Ocoziae (ochoziae *G*) abscondit Ioas filium 'fratris sui' (*om. G*) Ocoziae (ochoziae *G*) 'regis Iudae a facie Ieu' (*om. G*) annis VIII (uiiii *G*) in domo domini 'sub Aod' (sabaoth *G*) sacerdote (-tem *G*).

F 557ᵇ. his temporibus regnavit Atalia mater Acaz regis Iuda annos VII in Israel

LGF 558. sub ipso Hieu (ieu *GL*) Azael (azabel *G*, asahel *F*) rex Syriae reliquit de exercitu (in bello *ins. F*) Israhel (*om. F*) quinquaginta equites, decem curros (-rus *G*ª) et mille viros secundum Elisei (helisei *G*) prophetiam.

F 559. hic nota ponitur, ubi in translationibus diversus sensus habetur.

LG 560. huic Ieu successit Iochas (ioachas *G*) filius eius et (*om. G*) regnavit annis decem et septem.

LG 561. et Iochas (ioachas *G*) genuit Ioas et regnavit annis sedecim.

LG 562. Ioas genuit Hieroboam et regnavit annis XII.

LG 563. Hieroboas (-boam *G*) genuit Zacchariam (-rian *G*ᵇ) et regnavit menses (mensibus *G*) sex.

LG 564. post hunc regnavit Sellem filius Narmi (narmin *G*) 'mensem unum' (mense uno *G*).

LG 565. post hunc Manee (maneae *G*) filius Gaddi regnavit annis decem
LG 566. hic Manee genuit Facia (faciae *G*) et regnavit annis duobus.
LF 567. huic (hunc *G*) successit Facee (faciae *G*) filius Romeliae et regnavit annis XX duobus.
LG 568. conlato autem libro praeteritorum inventum est, quod temporibus Facee (facaeae *G*) filii Romeliae ascendit Teglafellasar (-felasar *G*) rex Assyriorum (asyr- *G*) et transtulit tribu (ruben *G*), Gad et dimidia (dimedia *G*) tribu (tribus *G*) Manasse usque ad terminos Neptali (neptalim *G*) et disperdit eos in terram ex terra.
LG 569. Post Faceae filium Romelie (-liae *G*) regnavit Oseae an. VIIII. hunc humiliaverat Salmanasar rex Asyriorum (assyrius *L*) et fuit ei offerens munera an. V (ann. uii *G*). tunc conpertus est Salmanasar (salmannasar *G*) 'rex Asyriorum' (*om. L*) ipsum Oseae mittentem (-te *L*) ad Egyptum et 'parantem' (parauit autem *G*) ei (*om.* G^1) insidias et octavo anno regni eius vinxit eum et misit in carcerem et in nono anno transmigravit eum (*om. G*) cum populo Israhel ad Niniven in civitatibus Medorum et dispersit (dissit G^1) eos (*om. G*) illic. hoc primo anno regni Achaz factum est regis Iudae (iudaee *L*). tunc et (*om. G*) Tobias cum eis depraedatus est.
LG 570. hic Salmanasar genuit Sennacherib (-rim *G*). ipse est a quo sub nocte una occidit angelus domini virorum centum octoginta quinque milia.
LG 571. Inter captivitatem autem (*om. L*) Samariae in Ninive (nineue *L*) et Hierusalem in Babyloniam (babilloniam *G*) anni sunt centu XLIIII et (*om. L*) m. VI et (*om. L*) d. X. ambe autem (*om. L*) captivitates (-tis *G*) simul indulgentias (-tiam *G*) perceperunt (percipe-runt *G*) et uno tempore per Esdram (hesdram *G*) et Zorobabel ad suam terram ascenderunt ilic (illi *G*). Samaritani fuerunt in captivitate Nineve annis CCXV et hi (hii *G*) qui fuerunt in Hierosolymis an. LXX fuerunt in Babyloniam.

LG 572ª. Redeamus ad Natham (nathan *G*) fratrem Salomonis, unde Maria originem trahit.

F 572ᵇ. item generationes Nathan fratris Salomonis fili David.

T 573. item David genuit Natham.
LTFG 574. hic (*om. T*) Natham (nathan *G*) genuit Matham (mattham *G*, matthan *F*, *om. T*).
LTFG 575. 'Matham (mattham *GF*) genuit' (*om. T*) Enam (emam *TF*).
LTFG 576. Enam (emam *TF*) genuit Eliacim (eliachim *GF*).
LTFG 577. Eliacim (eliachim *GF*) genuit Iona (ionam *F*).
LTFG 578. Iona (ionam *F*) genuit Iosef (ioseph *G*, iosech *F*, *deficit L*).
LTFG 579. Iosef (ioseph *G*, iosech *F*, *deficit L*) genuit Iuda.
LTFG 580. Iuda genuit Symeon.
LTFG 581. Symeon genuit Levvi (leui *LFG*).
LTFG 582. Levvi (leui *LFG*) genuit Matthata (mathati *L*, mattati *F*).
LTFG 583. Matthata (mathati *L*, mattati *F*) genuit Iorim.
LTFG 584. Iorim genuit Eliezer.
LTFG 585. Eliezer genuit Hieu (hiesu *G*, ihm *F*, *def. L*).
LTFG 586. Hieu (ihesus *G*, ihm *F*, *deficit L*) genuit Er (her *F*, erer *L*).
LTFG 587. Er (her *F*, erer *L*) genuit Eldema (eldama *G*, eldaman *L*, elmadan *F*).
LTFG 588. Eldema (eldama G^1, eldaman G^2L, elmadan *F*) genuit Chosa (cosa *F*).
LTFG 589. Chosa (cosa *F*) genuit Adi (addi *GL*, adda *F*).
LTFG 590. Adi (addi *GL*, adda *F*) genuit Melchi.
LTFG 591. Melchi genuit Neri (nerri *L*).
LTFG 592. Neri genuit Salatiel (salathihel *G*, salatihel *F*).
LTFG 593. Salatiel (salatihel *LFC*) genuit Zorobabel.
LTFG 594. Zorobabel genuit Rhesa (resa *F*).
LTFG 595. Rhesa (resa *F*) genuit Anna.

LTFG 596. Anna genuit Iuda.

LTFG 597. Iuda genuit Osech (iosech *T*ᵃ, iosec *F*).

LTFG 598. Osech (iosech *F*) genuit Seme (semei *GF*).

LTFG 599. Seme (semei *GF*, *def. L*) genuit Matthati (mathati *L*, mattati *F*).

LTFG 600. Matthati (mathathi *L*, mattati *F*) genuit Naum (nau *G*).

LTFG 601. Naum (nau *G*) genuit Iose.

LTFG 602. Iose genuit Genne (gennen *GL*, geenne *F*).

LTFG 603. Genne (gennen *GL*, geenne *F*) genuit Melchi.

LTFG 604. Melchi genuit Levvi (leui *GLF*).

LTFG 605. Levvi (leui *GLF*) genuit Natham (nathan *G*, natan *F*, *om. T*).

LTFG 606. 'Natham (natha *G*, natan *F*) genuit' (*om. T*) Heli (eli *GLF*).

LTFG 607. Heli (eli *GLF*) genuit Ioseph (iosef *L*).

LTFG 608. Ioseph genuit Ioachim.

LTFG 609. Ioachim (iachim *T*) 'genuit Mariam' (maria *L*, 'genuit matrem mariam matrem domini iesu christi' *T*).

T 610. Hanc progeniem secundum Nathan introducit Lucas et secundum Salamonem Mattheus, ut cognoscatur ex una radice Iesse, id est David venire Ioseph sive Maria mater.

LFG 611. Haec est (*om. G*) Maria 'mater domini, ex qua (per quem *G*) natus est salvator' (' ' *def. in L*) anno quadragisimo primo (secundo *F*) imperii (octauiani *ins. F*) Augusti imperatoris (-res *G*). supervixit autem (*om. G*) Augustus ab anno, quo 'natus est Christus (*om. G*) dominus Iesus (*om. F*, ' ' *def. in L*), annos XV.

LFG 612. huic successit Tiberius Cesar, cuius anno XVI (xuiii *F*) passus est (*om. L*) dominus (noster Iesus *ins. F*) Christus secundum scripturam (-ras *G*) sub Pontio Pilato tradentibus Anna et Caipha (caifa *G*, cayphas *F*) sacerdotibus.

L 613. Hic conclusi sunt anni quingenti LXXIIII, inibi cap *(def. litt. c. 28)* pās domini nostri Iesu Christi ab undecimo anno Ioachim regis, id est a primo anno captivitatis Hierusalem *(deficiunt litterae c. 15)*.

LFG 614. A passione enim (autem *LF*) domini usque (ad *ins. G*, ad passionem *ins. F*) apostolorum (*om. F*) Petri et Pauli anni sunt (*om. L*) XXVIII (xuiii *F*¹, xxxuiii *F*²): 'passi (passio *G*) Nerone bis (*om. G*). et Pisone consulibus' (passi sub nerone consule *F*). persecutio enim (*om. F*) prima haec (h. pr. *F*) fuit Neronis (nerones *G*, persecutio *ad* fuit ne *def. in L*) quae iterum futura est sub Enoch et Helia.

LFG 615. hic Nero ipse est. cuius nomen Iohannes (-nis *G*) in apocalypsi (apocalipsin *F*) vocavit DCXVI (. . . . . sexis *L*, *ubi evanuerunt verba* apocalypsi vocauit dcx). hic sapientia vertitur, ut conputetur per eras nomen illius (eius *F*), qui (quae *G*) dicitur, 'ut memora/// (*sic L*, 'antichristus sic' *F*, *om. G*).

A	N	T	I [1])	C	R (h *F*)	H (r *F*)	I	S	T	V	S *[sic]*
I	XIII	XVIIII	VIIII	III	XVII	VIII	VIIII	XVIII	XVIIII	XX	XVIII
(*om. G*)		(xuiii *F*)	(uiii *G*)			(uiiii *F*)		(xuii *L*, xuiiii *G*)	(xuiii *L*)	(*def. in L*)	

fit (ut *G*) numerus collectus asses (assis *G*, ases *L*) CLIIII: hoc (haec *F*) quater 'ducta secundum litteras IIII nom(inis) Neronis' (' ' *om. G*) facit (faciunt *F*) assis (*om. F*) DCXVI (xui *G*), quod (qui *G*) est nomen Antichristi (antichristus *G*¹: *in L ex his haec supersunt:* |fit numerus collectus ases centum liiii hoc qu *(deficit extrema pars versus)* | nomen antichristi).

F 616. Sed haec ad certum computationis numerum discrepare videtur, iuxta quod alii doctores de numero bestiae tractaverunt. sic enim ait sanctus Victorinus episcopus [2]): numerus eius, ait spiritus sanctus, nomen nominis (hominis *cod. 54*) est et numerus nominis eius

1) per eras nomen illius quae dicitur anti *om. G*¹. 2) *Victorius Poetorionensis schol. in apocalypsim (Migne vol. 5 p. 339) easdem tres solutiones proponit Τειταν et Αντεμος et* aliud eius nomen quod per se liquebit Γενσηρικος.

DCXVI, id est Antichristus. in mutato enim nomine veniet et duo sibi nomina inponet Antemus Graece et Gensericus Gotice, scilicet ut multas gentes seducat. Antemus per s litteris scribitur secundum Graecos sermones in computu, ut venias ad numerum illum, id est DCLXVI. supra scriptum computari prudens: *A* unum est I — *N* quinquaginta sunt L — *T* trecenti sunt CCC — *E* quinque sunt V — *M* quadraginta sunt XL — *O* septuaginta sunt LXX — C ducenti (centum *F*) sunt CC (C *F*). quod est numerus sescens sexagies sexies secundum Graecos.

F 617. Item aliud nomen Grecum Teitan, quem gentiles Solem Phoebumque appellant: iuxta quod aliud orator ait: Teitan enim secundum Grecam litteram ad eandem ratione vel numerum pertinent: computatur sic: *T* tau CCC sunt — *E* eta V sunt — *I* iota X sunt — *T* tau CCC sunt — *A* alfa I est — *N* ne L sunt: quod est DCLXVI. quod nomen, id est Phoebum, si velis in Latinum convertere per as VI litteras invenies ita: D·I·C·L·V·X: D quippe figurat quingenti, I unum, C centum, L quinquaginta, V quinque, X decem, qui computati sunt DCLXVI.

F 618. Item aliud nomen Gotice quod dicebat Gensericus, ut gentiles seducat, computa per litteram prudens (prorudens *F*) et invenies in hoc numero, id est Graeco, DCLXVI: *Γ* (I *F*) gamma III sunt — *E* eta V sunt — *N* ne L sunt — *C* simma CC sunt — *H* eta VIII sunt — *P* ro C sunt — *I* iota X sunt — *K* cappa XX sunt — *O* u LXX sunt — C simma CC sunt. hic numerus per litteras supra scripta Gensericus eundem computum explicabit.

F 619. Nunc iam ad superiorem ordinem redeamus. nam ideo ista de egregii Victorini episcopi vel aliorum dicta subiunximus, quia supra scriptum computum collecta summa ex nomine Neronis ad numerum bestie non conveniebat.

LF 620. ‘nam et’ (ipse autem antichristus ut *F*) in secretis legimus (legitur *F*). ‘de tribu Dan filii Iacob patriarche veniet in spiritu Neronis et Saar’ (‘ ’ *deficiunt L*) est (dicitur *F*) civitas in occidente, ubi adhuc tenetur incl‘usus, quamvis iam ubique habuit metores [*sic*], de quibus apostolus [*Ioh. 1, 2*] dicit: quoniam’ (‘ ’ *deficiunt L*) veniet Antichristus, ‘nunc autem multi [Antichristi facti sunt]’ (‘ ’ *om. F*), ex nobis exierunt, sed non erant (sunt F^2) ex nobis, si enim (antichristi facti sunt, *quae coniectura supplevimus, et quae sequuntur ad* si enim *evanuerunt in L*) fuissent ex nobis (f. et nobis *L*, ex nobis fuisent *F*), nobiscum utique permansissent.

LFG 621. Ab ipso autem (*om. L*) Nerone usque (*om. G*) ad Domitianum anni sunt XXIIII (xxiiii. ii. *G*, xxiii menses uiiii *F*). ipse est Domitianus (*a* ne usque *ad* domitianus *deficiunt in L*) qui secundus extitit acerrimus Christianorum debell‘ator utpote recidive (rediuiue *F*) crudilitatis seminarium Neronis’ (-nes *G*, ator *ad* neronis *deficiunt in L*) et portio, episcopi scilicet Cleti (oscini *G*, oygim *Cheltenhamensis*) temporibus in urbe residentis (praesidenti *G*).

LG 622[a]. Ab ipso usque ad Traianum anni sunt XVIII (xuiii. iii *G*, xxuiii *[?] L*, *ubi deficiunt quae praecedunt ab* ibus item in urbe *ad* sunt), neque ipse inmodicus persecutor Pii (Eleutheri [?] *L*) temporibus episcopi urbis

F 622[b]. Ab ipso usque ad Traianum tertium persecutorem Christianorum anni sunt XVII menses VIII.

LFG 623. A Traiano vero usque ad Gettham (zeta *F*) anni sunt CXIIII (cuiiii *F*, *ab* episcopii urbis *ad* cxiiii *deficit L*): cuius persecutione (-nem *F*) praeter (perferimus *G*) quam plurimos (-mas *G*, -mi *F*) passi sunt quos scire potuimus Saturus (*om. F*), Saturninus (saturnus *F*) et Revocatus (reuocacatus *F*), Felicitas quoque et Bibia (uia *F*) Perpetua (*a* scire potuimus *ad* perpetua *deficit L*) gloriosas (-sos *F*) ‘in urbe Zefurino (fabiano *G*) episcopo praesidente’ (praesedente *G*, ‘zeferino episcopo in urbe residente’ *F*).

LFG 624. Ab ipso autem usque ad Decium anni sunt XLVII: minus gravis et *(ab* autem usque *ad* grauis et *deficit L)* eatenus tolerabilis (-lius *F*) persecutor 'Fabiano (flauiano *F*) episcopo in urbe praesidente' (sedente *F*, ' ' *om. G*). huius namque temporibus iam Ciprianus in Africa 'ecclesiae *(ab* huius namque *ad* ecclesiae *deficit L)* Karthaginis' (' ' cartaginensis ecclesiae *F*) episcopus fuit. sub ipso Decio passi sunt Rome (roma *F*) Sempronius (simphronius *G*, simpronius *F*), Paulus 'et Eupater' (seupater *F*, eius pater *L*) et in Africa passus est Donus (deonus *F*, ssus est donus *evanuit in L*) Montanus (montaneus F^1).

LFG 625. Ab ipso usque ad Valerianum anni sunt VII. sacerdotum domini debellator, cuius persecutione passi sunt 'Romae Xystus' (romam sixtus *F*, cuius pers. *ad* xystus *evanuit in L*) martyrium (*om. FG*) et (in *ins. F*) Karthagine Cyprianus, Nemessanus (nemessianus *G*, nemesanus *F*) vero Tubunis (thubunis *G*, *deficit L*).

LFG 626. Ab ipso autem usque ad (o autem usque ad dio *evanuit in L*) Diocletianum (dioclitianum *F*, diocliasianum G^a, dioclisianum G^b) et Maximianum anni sunt XLV (xli. iiii *G*, xli *F*). ipsi sunt septimi (septem *G*, *om. F*) Christianorum acerrimi persecutores. ab his (is *F*) coacti (his coacti *def. in L*) Marcellinus urbis et (mensericus qui dicitur *ins. F*) Mensurius (ad *ins. F*) Karthaginis, Strathon (strano *L*, stracton *F*) et Cassianus diaconi urbis et (*om. G*) Cecilianus (caecilianianus G^a, caecilinianus G^b), dum 'essent veritatis ecclesiae diacones' ('esset ueritates e. diaconus' *G*, dum e. u. e. d. *videntur afuisse ab L*), publice in Capitolio (-tulio *G*) tura et (*om. F*) evangelia (cecilianus *ad* euangelia *deficiunt in L*) concremaverunt (-marunt *F*).

LFG 627. Ab ipsis usque ad Stilicone (stillicone *F*, stiliconem *G*) iterum consule (-libus *G*) anni sunt centum duo (ciii. uiii *G*). ipso consulatu (consolato *G*) venit (uen** *L*) persecutio (p. u. *GF*) Christianis (*sic FG Cheltenham.*, donatistis *L*) VI (uii G^a) k. Iulias data (dat. *L*) pridie kal. Febr. Ravenna (-nae *L*).

G 628^a. et exinde usque ad consolatum Hieri et Ardabu *[sic]* anni sunt XXIII. *a. 427*

F 628^b. et exinde usque ad consulato Theodosii XVI et Fausti anni sunt XXXVI. *a. 438*

L 628^c. et exinde usque ad ann. XXIIII regis Geiserici anni sunt quinquaginta octo. *a. 463*

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA

AD A. CCCXCV

CVM ADDITAMENTO HYDATII

AD A. CCCCLXVIII

ACCEDVNT

CONSVLARIA CHRONICI PASCHALIS.

LIBRI ADHIBITI:

C = codex Berolinensis Phillipps. n. 1829 saec. IX.

S = duo libri S^m et S^v vel ab a. inde u. c. 600 ii duo et S^p consentientes.

S^m = codex Montpellierensis n. 32 saec. XII/XIII.

S^v = codex Vaticanus Reginae n. 560 saec. XIII/XIV.

S^p = codex Parisinus n. 17544 saec. XII.

Propter notas $^{a\ b\ 1\ 2\ p\ e}$ codicum litteris adscriptas vide p. 2.

CONSVLARIA HYDATIANA.

Consularia finientia in a. 468. quae propterea quod in libro primario subiuncta sunt chronicis Hydatianis sub nomine fastorum Hydatianorum adlegari solent, vere tripertita sunt: scilicet pars prima perveniens ad Constantinopolim conditam urbana sunt urbis Romae, pars altera a condita nova Roma ad excessum Theodosii prioris origine Constantinopolitana, tertia inde ad finem Hispana. antequam videamus de singulis, in universum monebimus non ipsa consularia superesse, sed epitomen eorum eo exiliorem quo magis redit ad tempora remota et factam neglegenter omnino, cuius neglegentiae documentum est inter alia Ciceronis obitus bis positus et a. 711 recte et errore a. 720. epitomen nos tenere non solum ostendit alterum exemplar de quo postea tractabitur Graecum multa habens in Latino praetermissa, sed ait ipsa tabula ad a. 167 his verbis: *in chronico his conss. passos legis,* ablegans opinor ad chronica plena, scilicet de martyrio Polycarpi aliorumque multorum Asianorum: nam haec narratio sine dubio hic intellegitur, quamquam epitomator eiusdem mentionem ad a. quoque 161 adscripsit.

Prima pars incipiens a primis consulibus praeter unam adnotationem ad ipsa principia liberae rei publicae spectantem, nobis obscuram de procerum vocabuli origine (a. u. c. 265) per longa saecula sola nomina recenset. adnotationes ubi incipiunt, scholasticum sapiunt: anni significantur Sallustii, item bellorum Iugurthini et Catilinarii, Vergilii, Ciceronis, Lucani. rerum notitia, quae sensim increbrescit, quatenus eae ad certum locum spectant, tota urbana est: primum locum inter eas ut par est obtinent ludi (a. u. c. 697. 702. 711. 732. p. Chr. 86. 97. 223), memorantur praeterea aedificationes in urbe Roma factae (p. Chr. 187. 273), debita publica a fisco remissa (p. Chr. 106. 147. 218), terrae motus (p. Chr. 223), mirabilia (p. Chr. 76), ex rebus vere publicis tales quales sunt bellum Augusti Siculum (u. c. 719) et occisio Plautiani (p. Chr. 203) etiam urbanae plebi memorabiles. quod ex Africanis memorantur Carthago ab Augusto restituta (a. u. c. 726) et passio Cypriani (p. Chr. 258), urbanam originem confirmat. in summa re quae epitoma tradidit ut pauca ita utilia sunt, ampullis rhetorum nullis implicita, sobria omnia et fide pleraque digna. fastos quoque hosce quartum saeculum nobis tradidit non incorruptos, sed ab interpolatione immunes et vere utiles. eos tractanti primum tenendum est Latinam eorum recensionem in universum puriorem esse quam Graecam inde versam: nam hoc qui negant et Latina ad Graecum archetypum expressa esse contendunt, delirant. interpres quam inscite rem egerit, satis demonstrant duo exempla: a. u. c. 430 *dictator* factus ἀντιγραφεύς et consulatus a. p. Chr. 303 *novies et Constantino* ita redditus Νοβίου Κωνσταντίνου Αὐγούστου μόνου. missis erroribus qui tolluntur comparatis exemplaribus duobus, item corruptelis admissis in consulum vocabulis, quarum partem non exiguam ad consularium horum auctorem redire consensus duorum exemplarium ostendit, vitia lateruli ad numerum ordinemve consulatuum quae perveniant deprehenduntur haec.

consulatus transpositi: u. c. 389. 388 — 723. 724. 722 — p. Chr. 6. 12. 7. 8. 9. 10. 11 — 34. 32. 33.

consulatus omissi (anni decemvirum, tribunorum consularium, dictatorii qui dicuntur non omittuntur, sed indicantur forma breviore): u. c. 248. 249. 289. 290. 394/5. 400 — 402. 421. 464. 484. 580. 613. 679. p. Chr. 4. 78. annus u. c. 461, quem unum omittunt fasti chronographi u. 354 (supra p. 53), in his adest.

consulatus male aut iterati aut inserti

ex dittographia librarii: u. c. 457. 458. p. Chr. 52.

ex forma duplici bis repetita:

u. c. 675 { Vibia et Pulcro
Claudio et Servilio

u. c. 736 { duobus Lentulis
Lentulo et Cornelio

p. Chr. 14 { duobus Sextis
Pompeio Magno et Apuleio

p. Chr. 29 { duobus Geminis
Rufo et Rubellione

p. Chr. 161 { Antonino V et Aurelio Caes.
duobus Augustis.

coniunctis consulatibus ordinario et suffecto:

u. c. 742 { Messala et Quirino
Robellio et Saturnino

ex causa incerta:

u. c. 732 { Aesernino et Aruntio
Celso et Hibero *vel* Tiberio.

Horum vitiorum partem a librariis in chronica illatam esse ostendit comparatio consularium Italicorum, quae infra videbimus ex urbanis hisce descendere: sed non paucorum, maxime geminationum fere omnium culpa est apud ipsum chronicorum scriptorem, cum in Italicis redeant neque tales sunt, quales librariis iure imputes.

Partem secundam, scilicet quae incipiat a dedicatione urbis Constantinopolis a. p. Chr. 330, dudum intellexerunt viri docti scriptam esse in ipsa Roma nova, quae etiam in chronicis urbanis hereditatem quodammodo Romae veteris sibi vindicavit. quae narrantur ab eo inde anno ad exitum Theodosii primi, versantur fere in rebus Constantinopolis (v. ad a. 365. 369. 376. 378. 380. 382. 383. 384. 386. 388). accedunt his relationes duae de scholis Constantinopolitanis institutis, si credis, ab imperatoribus saeculi tertii Gordiano et Philippo (v. a. 243. 250; cf. quae dixi in Hermae vol. 24 p. 222). proinde a quarto inde saeculo qui in partibus Orientis consularia adhibuerunt, ut a. 376 Epiphanius Cyprius (vide infra p. 204), hac forma inveniuntur usi esse. inanem controversiam, num publico iussu laterculus hic compositus sit et continuatus, missam facimus: nam id qui posuerunt, iustum argumentum nullum attulerunt neque admittendum est librum multis utilem propterea iudicandum esse publice confirmatum, quod invenitur receptus et late sparsus. — Fasti partis secundae nullo loco corrupti sunt et plane emaculati. unum hoc mire accidit, quod in laterculo a. 381, quo orientales fasti priorem ponunt Eucherium, occidentales Syagrium, chronica haec ab origine sua discedentia tam in Latino exemplari quam in Graeco occidentali ordini sese applicant. credibile est de ea re eo tempore inter Gratianum et Valentinianum litigatum esse et ob aliquam causam nobis ignotam horum chronicorum auctorem a partibus aulae Romanae stetisse.

Sed in exemplari Latino (nam Graecum eodem tenore continuat) originis Constantinopolitanae indicia ab excessu Theodosii primi deficiunt. narratio praecedenti longe inferior et in parte extrema etiam perturbata spectat ad Occidentem. fasti horum annorum sunt Occidentales meri, scilicet consules de Oriente aut praetereuntur aut obtinent locum secundarium: ceterum emendati in fine anni 458 et 459 inveniuntur transpositi, absunt anni 465. 466. 467. res quae referuntur praeter communes universi imperii ad Orientem non pertinent (nam bellum civile quod tangitur ad a. 404 praeterea ignotum sine dubio non est expeditio contra Isauros), pertinent quaedam ad Italiam, Africam (a. 398. 399. 413), Gallias (a. 409. 413), plura ad Hispanias (a. 388. 409. 415). omnino chronicorum Constantinopolitanorum exemplar nostri parens c. a. 395 ex Constantinopoli in Hispaniam delatum fuit et ibi continuatum et hic illic interpolatum. confirmat coniecturam cum aera Hispana, quam in nostris horum chronicorum codicibus reperimus insertam adnotationi de cursu lunae invento petitae ex chronicis Hieronymianis, tum codicum origo. nam accepimus consularium Constantinopolitanorum epitomen Latinam non solum subiunctam fastis Hydatianis, sed etiam cum his ita conexam, ut quae de rebus extra Hispaniam gestis apud Hydatium leguntur ad annum usque 395, ea omnia redeant in consularibus hisce Constantinopolitanis pleniora et meliora[1]), ut Hydatium appareat eatenus haec compilasse, contra post a. 395 in consularibus his quaedam reperiantur aperte ab ipso Hydatio iis inserta. narratio ad a. 415 de protomartyris Stephani corpore revelato Hierosolymis Luciano presbytero sub episcopo Iohanne in consularibus refertur adiecta die et adscripto auctore, qui est Hispanus quidam Bracarensis Hierosolymis degens, apud ipsum Hydatium paucis commemoratur. item altera haec aperte utrique libello ab eodem scriptore inserta est:

Consularia ad a. 419:	*Hydatius ad a. 418:*
Sanctus Iohannes Hierosolymorum episcopus qui supra epistolam dirigit per ecclesias orbis terrarum, quae habetur de signis terroribusque divinitus perpetratis.	Durante episcopo quo supra gravissimo terrae motu sancta in Hierosolymis loca quassantur, de quibus ita gestis eiusdem episcopi scripta declarant.

Coniectura inde confirmatur, quod uterque libellus ad eundem fere annum deductus est eumque ab Hydatii obitu proximum. tenemus igitur hic consularia usurpata ab Hydatio et ab eo una cum chronicis ita continuata, ut in parte posteriore non habeant fere nisi nomina nuda, sic autem tradita nobis cum Hieronymianis chronicis ab ipso continuatis.

Annos qui chronica haec scripsit ipse nullos videtur adiecisse. in codicibus qui inveniuntur additicii ni fallor omnes duplicis generis sunt. aerae Hispanicae anni in utroque codicum ordine ita adscripti reperiuntur, ut in communi archetypo eos adfuisse appareat per decennia. praeterea in solo codice *C* consulum paria numerantur per saecula[2]). utraque numeratio cum perturbata sit neque utilitatem habeat, ex textu eam removi et hoc loco numeros composui coniunctos.

Aerae Hispanicae adsunt numeri hi, scilicet in solo libro C exceptis locis ubi monui. recte numerus qui indicetur primus est a. p. Chr. 162, ut intellegas auctorem

[1]) Ad marginem quod ad a. 379 adscripsit manus antiqua, sed non eius qui librum scripsit, Hydatio ut videtur abiudicandum: *his conss. Theofilus Alexandriae episcopus subiectum laterculum infra de paschae observatione conscribit* respondet adnotationi Hydatii in chronicis ad annum 380: *Alexandriae XXI habetur episcopus Theofilus vir eruditissimus insignis, qui a primo consulatu Theodosii Aug. laterculum per centum annos digestum de paschae observatione conscribit* et inde videtur sumptum esse. adfuisse aliquando in ipso codice laterculum inde videtur colligi posse. [2]) Stilo adscripti eiusmodi numeri aliquot sine dubio recens additi sunt, ut similiter post inscriptionem ita additur *a. 1 ol. lxiiii*

usum esse consularibus emendatis inde a duobus Augustis: nam qui postea reperiuntur errores cum facili transpositione emendentur, sine dubio ab iis liber archetypus immunis fuit.

a. u. 721	*(debuit esse 716) in textu:* his	p. Chr. 243	CCLXXX
	conss. era prima *libri omnes*	253	CCXL (*voluit* CCLXL)
730	X	263	CCC
738	XX	273	CCCX
746	XXX *libri omnes post* censorino	282	CCCXX
p. Chr. 5	XL	294	CCCXXX
25	LX	304	CCCLX (*voluit* CCCXL)
43	LXXX *(sic C, ad 42 S^{m}, om. S^{v})*	341	CCCLXXX
53	XC	362	CCCC
61	C	372	CCCCX
73	CX	378	CCCCXVI
85	CXX	382	CCCCXX
104	CXL	392	CCCXX (*voluit* CCCCXXX)
124	CLX	402	CCCCXL
134	CLXX	409	CCCCXLVII
145	CLXXX	412	CCCCL
161	CXC	420	CCCCLX
162	CC	430	CCCCLXX
168	CCV	440	[CCCC]LXXX *(pars latet)*
182	CCXX	? 443	[CCCCL]XLV *(pars latet)*
192	CCXXX	? 448	CLXL
204	CCXL	? 452	CLXL
212	CCL	460	CCCCLXLVIII
222	CCLX	461	CCCCLXLVIII;
232	CCLXX	463	DII

Consulatus numerantur ita:

a. u. c. 566	CCL *iuxta* Salinatore	p. Chr. 13	CCCCL (cccc *in litura*)
668	CCCL *iuxta* Mario VII	406	DCCC
696	CCCC *add. m. 2 post* Gabinio	458	DCCCC

Consularia haec servarunt codices duo, alter integer adhuc superstes, alter mutilus in fine neque notus hodie nisi ex apographis tribus. integer liber est is de quo supra p. 78 diximus Claromontanus, hodie Berolinensis Cheltenhamensium n. 1829 saec. IX, is ipse per quem integra Hydatii chronica ad nos pervenerunt: perscripta sunt ibi post Hieronymum et Hydatium f. 173′—184. edidit inde primus Sirmondus. Sirmondi apographum horum consularium (cod. Paris. *résidu St. Germain* 1281 = Lat. 11909), quod mea causa excussum a Leopoldo Delisle aliquando adhibui archetypo eo tempore latente (cf. C. I. L. I p. 484), iam potuit insuper haberi. sprevi item alterum horum consularium apographum cod. Hanoverani n. 704 saec. XVIII f. 1—10. — Mutili codicis, scilicet

qui consularia haec item habuit subiuncta chronicis Hieronymianis, sed abrupta in anno p. Chr. 50, supersunt apographa tria:

1. Montpellierense bibliothecae studii medicinae n. 32 saec. XII vel XIII (Pertz *Archiv* 7, 196; *cat. des bibl. des dép.* 1 p. 298), id omnino (vide inter alia a. u. c. 398. 407. 434) ex quo adservato tum Tolosae in collegio Fuxensi Pontacus consularia haec edidit a. 1604 ad calcem Hieronymi sui p. 791 seq., ego habui collatum a P. F. Girard iureconsulto Parisino. liber ipse integer est paginaeque extremae pars remansit non scripta.

2. Vaticanum reginae n. 560, aliquando Alexandri Petavii, saec. XIII vel XIV. quod de hoc libro Vaticano iudicium tuli cum eum repperi (C. I. L. I p. 434; cf. A. Schoene in praef. ad Eusebium vol. 1 p. XVII), si non apographum, certe simillimum esse Fuxensis, id hoc in lucem prolato confirmatum est. contulit mea causa Kiesslingius et ipse quoque librum usurpavi.

3. Parisinum Lat. 17544 saec. XII. contuli ego ab a. u. c. 600 ad finem.

Apographa tria cum raro dissentiant, ubi dissentiunt, deterrimum Parisinum est, optimum Montpellierense (v. a. u. c. 398. 407. 673) et fieri potest, ut duo reliqua ex hoc descripta sint: certe nullum locum offendi certo contrarium. his tribus libris etiam consentientibus quamquam longe praestat Claromontanus, aliquoties (ut a. u. c. 345. 427) e contrario exemplaria secundaria sola veram lectionem servaverunt.

CONSVLARIA CHRONICI PASCHALIS.

Chronicon paschale quod appellari solet — ipse auctor nobis ignotus librum ita inscripsit: *ἐπιτομὴ χρόνων τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου ἕως κʹ ἔτους τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ μετὰ ὑπατείαν ἔτους ιθʹ καὶ ιηʹ ἔτους* ***τῆς βασιλείας Ἡρακλείου νέου Κωνσταντίνου τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ, ἰνδικτίωνος γʹ*** — prodiit anno, ut titulus ait, p. Chr. 630 Constantinopoli: nam quae fertur facta esse a. 354 editio prior eam nullam esse viri docti hodie consentiunt. de ipso opere, quod citavimus ad paginas editionis Dindorfianae Bonnensis, adhibuimus autem ad collatum nobis ab amicis Detlefseno et Mauio codicem unicum qui superest Vaticanum Graecum n. 1941 saec. X [1]), disputare non huius loci est: egit de eo diligenter et perite Henricus Gelzer *Sextus Iulius Africanus* 2, 138 seq. nos desumpsimus inde consularia quae incipiunt p. 309 a primis consulibus sic introducta: *ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ἤρξαντο οἱ Ῥωμαίων ὕπατοι χρηματίζειν καὶ διοικεῖν τὰ Ῥωμαικὰ πράγματα ἐπὶ ἔτη τξδʹ, τουτέστιν ἕως δευτέρου ἔτους καὶ αὐτοῦ ρπγʹ ὀλυμπιάδος, ὑπατείας Λεπίδου καὶ Πλάγκου ἤγουν καὶ ἐπὶ τὸ αʹ ἔτος* ***Γαίου Ἰουλίου Καίσαρος καὶ ἕκτου Κλεοπάτρας*** (cf. Gelzer l. c. 1, 223). deinde quae p. 353 praescripta sunt respondent consulibus a. 712 Lepido et Planco: *τὰ Ῥωμαικὰ ἐδιοικήθη πράγματα ὑπὸ Βρούτου καὶ Κολλατίνου καὶ τῶν μετ᾽ αὐτοὺς ὑπάτων ἐπὶ ἔτη τξγʹ ἤγουν τοῦ παρόντος πέμπτου ἔτους Κλεοπάτρας καὶ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Γαίου Ἰουλίου Καί-* ***σαρος καὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων.*** singulis annis consularibus qui adduntur imperatorii, ut exempli causa consules a. u. c. 712 aequantur primo Caesaris, consules a. u. c. 717 primo Augusti, consules a. p. Chr. 16 primo Tiberii, perverse fere adiecti sunt composito temere laterculo imperatorio cum consularibus ab auctore adhibitis, itaque a nobis omissi. adnotationes ad singulos consulatus adscriptas, in Graeco exemplari uberiores longe quam in Latino, alias collato praesertim exemplari Latino apparet ex iisdem consularibus profectas esse, alias aliunde adsumptas. utriusque generis distributio

[1]) Ex eo libro descripta exempla extant extabantve plura, ut Ambrosianum A 175 inf. eaque de quibus egimus supra p. 86 adn. 5, item id ex quo Petavius doctr. temp. (ed. 1703) vol. 2 p. 501 (cf. p. 508) prologi Theophili partem edidit.

cum in comparatione chronicorum reliquorum et magna ex parte in coniectura posita sit, quorum neutrum hoc loco expediri potest, denique cum Graecorum auctorum confinia intrare vix liceat editoribus monumentorum Germanicorum, eas adnotationes quomodo tractarem, diu haesitavi. sed cum intellegerem chronicorum Constantinopolitanorum recensione Latina recte uti eum solum posse qui Graeca affinia simul adhibeat, consulatibus subieci et ea quae Latinis respondent et quae ad eandem originem revocare possis, sane non ignorans quicumque hisce chronicis studium verum et fructuosum impendere velit, ei non his excerptis, sed ipsis chronicis utendum esse. ob eandem causam substiti in a. 395, in quo finit exemplar Latinum, quamquam Graecum ulterius pergens certe ad Leonem et fortasse ultra quoque continuationem habet eiusdem generis et item Constantinopoli scriptam. in universum distributio ita instituta est, ut retentis adnotationibus quae redeunt in exemplari Latino, eiectis autem iis quas paschalis auctorem constat sumpsisse ex chronicis Eusebii [1]), reciperentur quae restant ad res saeculares pertinentia, licet non adsint in Latinis. pleraque eorum satis constat proficisci ex chronicis iis de quibus agimus Constantinopolitanis. dubiae attributionis quae mihi visa sunt, item aliena ideo tantummodo recepta, quod a recipiendis difficile separarentur, uncis quadratis conclusi. quae de imperatorum mortibus narrantur licet exemplum Latinum (v. a. 68. 96. 275. 277. 283) ostendat de iis consularia non tacuisse, cum supra viderimus paschalis auctorem adhibuisse laterculum imperatorum, repperit in eo sine dubio et genus mortis uniuscuiusque et quo aetatis anno obierint, itaque huius generis adnotationes plerasque omisi. ad ecclesiastica quod attinet quamquam ex Latino exemplo colligitur a consularibus his dies annosque in sacris Christianorum potissimum celebratos non afuisse, Christi nativitatem a. u. c. 752 et obitum p. Chr. 29, passiones Petri et Pauli a. 58, Polycarpi et Pionii a. 161, Cypriani a. 258, persecutiones a. 112. 251. 303, e contrario paschalem commentarium qui composuit, ad eas narrandas plerumque alios libros adhibuisse certum est. quapropter in his recipiendis modum tenui et pleraque eius generis praetermisi.

Epiphanius episcopus Constantiae in insula Cypro in libro quem edidit a. p. Chr. 376 contra haereses c. 51 p. 445 Pet. continuo ordine ab a. ante Chr. 2 ad a. p. Chr. 30 consules recenset ex huiuscemodi laterculo desumptos. eos interposui excerptis ex chronicis Graecis, quales leguntur teste Dindorfio in codice Veneto, maxime propterea quod inde colligimus iam exeunte saeculo quarto in Orientis partibus hunc laterculum in usu fuisse: neque ullum extat testimonium fastorum Constantinopolitanorum hoc antiquius.

[1]) Ad haec determinanda non solum interpretatio Armeniaca adhibenda est nequaquam plena, sed item Latina Hieronymi, quatenus ad Eusebium redit, et excerpta Syncelli. ita adnotationem ad a. u. c. 390: *Σκιπίων Ἀφρικανὸς Ῥωμαίων δικτάτωρ πορθήσας τὴν Καρχηδόνα Ἀφρικὴν μετωνόμασεν* Eusebianam esse ostendit Syncellus p. 491: *Καρχηδονίων ὁ ἱερὸς πόλεμος· Σκιπίων .... μετωνόμασε.* quorum interpres Armeniacus non habet nisi principium ad a. Abr. 1624.

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA. DESCRIPTIO CONSVLVM, EX QVO PRIMVM ORDINATI SVNT.	*CHRONICON PASCHALE.*
a. u. c.	
245. Bruto et Collatino.	ὑπ. Βρούτου καὶ Κολλατίνου.
246. Publicola et Lucretio.	ὑπ. Πουβλικολά καὶ Λουκρητίου.
247. Publicola II et Publilio.	ὑπ. Πουβλικολά τὸ β' καὶ Πουπλίου.
248. 249.	
250. Publicola III et Lucretio II.	ὑπ. Πουβλικολά τὸ γ' καὶ Λουκρητίου τὸ β'.
251. Memenio Agrippa et Postumio.	ὑπ. Μεμενίου καὶ Ποστουμιανοῦ.
252. Tricasto et Vitellino.	ὑπ. Τρικόστου καὶ Βιτελλίνου.
253. Arunco et Flavo.	ὑπ. Ἀρούγκου καὶ Φλάβου.
254. Camerino et Longo.	ὑπ. Καμερίνου καί Λόγγου.
255. Helva et Gemino.	ὑπ. Ἐλούα καὶ Γεμίνου.
256. Flavo et Sifulo.	ὑπ. Φλάβου τὸ β' καὶ Σιφούλου.
257. Atratino et Augurino.	ὑπ. Ἀτρατίνου καὶ Αὐγουρίνου.
258. Albo et Caelimontano.	ὑπ. Ἄλβου καὶ Κελεμοντανοῦ.
259. Sabino et Prisco.	ὑπ. Σαβίνου καὶ Πρίσκου.
260. Caelimontano II et Vitellino III.	ὑπ. Κελεμοντανοῦ τὸ β' καὶ Γεμίνου τὸ β'.
261. Aurunco II et Vitellino.	ὑπ. Ἀρούγκου τὸ β' καὶ Βιτελλίνου τὸ β'.
262. Macrino et Augurino.	ὑπ. Μακρίνου καί Αὐγουρίνου τὸ β'.
263. Augurino II et Atratio.	ὑπ. Αὐγουρίνου τὸ γ' καὶ Ἀτρατίνου τὸ β'.
264. Camerino et Fabio.	ὑπ. Καμερίνου καὶ Φαύου (sic).
265. Tullo et Rufo.	ὑπ. Τούλλου καὶ Ρούφου.
1. His conss. Romani proceres dicti sunt.	1. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Ρωμαῖοι ἄρχοντες ἐκλήθησαν.
266. Nautio et Rufo.	ὑπ. Ναυτίου καὶ Ρούφου τὸ β'.
267. Tusco et Sabino.	ὑπ. Λούσκου καὶ Σαβίνου.
268. Rutilio et Vitellino.	ὑπ. Ρουτιλλίου καί Βιτελλίνου.
269. Fabio et Maloginense.	ὑπ. Φαβίου καὶ Μαλογεννησίου.
270. Mamerco et Fabio.	ὑπ. Μαμέρκου καὶ Φαβίου τὸ β'.
271. Fabio et Volesio.	ὑπ. Φαβίου τὸ γ' καὶ Βολισίου.
272. Tertullo et Fabio II.	ὑπ. Τερτύλλου καὶ Φαβίου τὸ δ'.
273. Sabino et Fugo.	ὑπ. Σαβίνου καὶ Φούβου.
274. Cincinnato et Fabio III.	ὑπ. Κηκιννάτου καὶ Φαβίου τὸ ε'.
275. Rutilio et Fabio IIII.	ὑπ. Ῥουτηλλίου καὶ Φαβίου τὸ ς'.
276. Aemilio II et Aesculino.	ὑπ. Αἰμιλίου καὶ Ἑρκουλίνου.
277. Laenate et Publilio.	ὑπ. Λενατιου (corr. Λενάτου) καὶ Πουβλικίου.
278.	ὑπ. Ῥουτιλλίου τὸ β' καὶ Στρούκτου.
279. Nautio et Publicola.	ὑπ. Ναυτίου καὶ Πουβλικολά.
280. Mallio et Furio.	ὑπ. Μαλλίου καὶ Φουρίου.
281. Aemilio et Iulio.	ὑπ. Αἰμιλίου τὸ β' καὶ Ἰουλίου.
282. Pinario et Fusco.	ὑπ. Πιναρίου καὶ Φούσου.

consulum] c. romanorum *S* 247 publibio C^a 251 memio S^v postamio *C* 253 arimeo S^v 257 acratino S^v 258. 260 celimontano *S* 260 II *om.* $S^v C^a$ iii] ii $S^v (^b)$ 261 iii *om.* $S^v C^1$ 263 atracio *S* 266 naucio S^m 267 tuscio C^2 269 malogonense *S* 272 tertullio S^v 273 eugo *S* 274 concinnato *S* 275 iiii *om.* *S* 276 ii *om* *S* esculino *S* 277 ignato *S* publio *S* 279 naucio S^m

a. u. c.	*CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.*	*CHRONICON PASCHALE.*
283.	Sabino et Capitolino.	*ὑπ. Σαβίνου καὶ Καπετωλίνου.*
284.	Emilio et Valerio.	*ὑπ. Αἰμιλίου τὸ γ' καὶ Βαλερίου.*
285.	Caelimontano et Prisco II.	*ὑπ. Κελεμοντάνου καὶ Πρίσκου.*
286.	Capitolino et Prisco.	*ὑπ. Κελεμοντάνου τὸ β' καὶ Πρίσκου τὸ β'.*
287.	Aemilio II et Bibulano.	*ὑπ. Αἰμιλίου τὸ δ' καὶ Βιβουλάνου.*
288.	Regilliano et Fusco.	*ὑπ. Ῥεγιλλιανοῦ καὶ Φούσκου.*
289. 290.		
291.	Prisco et Albo.	*ὑπ. Πρίσκου καὶ Φλάβου.*
292.	Tricipitino et Veturio.	*ὑπ. Τρεκιπιτίνου καὶ Βετουρίου.*
293.	Gallo et Camerio.	*ὑπ. Γάλλου καὶ Καμερίνου.*
294.	Publicola II et Sabino.	*ὑπ. Πουβλικολά τὸ β' καὶ Σαβίνου.*
295.	Vibulano II et Maloginense.	*ὑπ. Βιβουλάνου τὸ β' καὶ Μαλογεννησίου (-σι** m. 1).*
296.	Nauto et Atratino.	*ὑπ. Ναυτίου καὶ Ἀτρατίνου.*
297.	Publilio et Hilario.	*ὑπ. Πουβλιλίου καὶ Ἱλαριανοῦ.*
298.	Maximo et Verginio.	*ὑπ. Μαξίμου καὶ Βεργινίου.*
299.	Rogo et Veturio.	*ὑπ. Ῥόγου καὶ Βετουρίου.*
300.	Capitolino et Varo.	*ὑπ. Καπετωλίνου καὶ Οὐάρου.*
301.	Festo et Quintillo.	*ὑπ. Φήστου καὶ Κυντίλλου.*
302.	Lenatae et Capitolino.	*ὑπ. Λενάτου καὶ Καπετωλίνου τὸ β'.*
303. 304.	1. His conss. decemviri creati priores et posteriores annis II.	
305.	Barbaro et Potito.	*ὑπ. Βαρβάτου καὶ Ποτίτου.*
306.	Hermenio et Tricosto.	*ὑπ. Ἀρμενίου καὶ Τρικόστου.*
307.	Macrino et Iulio.	*ὑπ. Μακρίνου καὶ Ἰουλίου.*
308.	Furio et Capitolino.	*ὑπ. Φουρίου καὶ Καπετωλίνου τὸ γ'.*
309.	Genucio et Curtio.	*ὑπ. Γενουκίου καὶ Κουρτίου.*
310.	1. His conss. tribuni plebis facti III an. I.	
311.	Macrino et Capitolino.	*ὑπ. Μακρίνου τὸ β' καὶ Καπετωλίνου τὸ δ'.*
312.	Vibulano et Helva.	*ὑπ. Βιβουλάνου καὶ Ἑλούα.*
313.	Pacilio et Crasso.	*ὑπ. Πακέλλου καὶ Κράσσου.*
314.		*ὑπ. Μακρίνου τὸ γ' καὶ Λενάτου.*
315.	Mallio et Capitolino.	*ὑπ. Μαλλίου καὶ Καπετωλίνου τὸ ε'.*
316.	1. His conss. item tribuni plebis III ann. II.	
317.	Macrino et Pidenate.	*ὑπ. Μακρίνου τὸ δ' καὶ Φιδενάτου.*
318.	Maloginense et Grasso.	*ὑπ. Μαλογενησίου (μαλογε**σίου m. 2) καὶ Κράσσου.*
319.	Iulio et Verginio.	*ὑπ. Ἰουλίου καὶ Βεργινίου.*
320.	Capitolino et Carino.	*ὑπ. Καπετωλίνου τὸ ς' καὶ Καμερίνου.*

284 ualerio ii *S* 285 celimontano *S* ii *om.* *S* 286 capitulino *S* 287 ii *om.* *S* 295 malogenensi *S* 296 bauto *S* atractino *S* 297 publio *S* hylario S^m 298 uergeno *S* 300 capitulino *S* 302 lenato *S* capuano *S* 306 tricasto *S* 309 genutio *S* curcio S^v, lurcio S^m(b), lercio S^m(a) 311 capitolino] curcio S^v, lurcio S^m 320 capitulino *S*

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA. a. u. c.	*CHRONICON PASCHALE.*
321. 322.	
1. His conss. item tribuni plebis III an. II.	
323. Poeno et Melitono.	ὑπ. *Ποίνου καὶ Μελίτωνος.*
324. Crasso et Iulio.	ὑπ. *Κράσσου καὶ Τουλλίου.*
325. Tricipitino et Fidenatui.	ὑπ. *Τρικιπιτίνου καὶ Φιδενάτου τὸ β'.*
326. Cosso et Poeno.	ὑπ. *Κόσσου καὶ Ποίνου τὸ β'.*
327. Achilla et Mugilano.	ὑπ. *Ἀχίλλα καὶ Μουγιλάνου.*
328—330.	
1. His conss. item tribuni plebis IIII an. III.	
331. Atratino et Vibulano.	ὑπ. *Ἀτρατίνου καὶ Βιβουλάνου.*
332.	
333. Capitolino et Vibolano.	ὑπ. *Καπετωλίνου τὸ ζ' καὶ Βιβουλάνου τὸ β'.*
334—342.	
1. His conss. item tribuni plebis IIII an. VIII.	
343. Mugilano et Rutilio.	ὑπ. *Μουγιλάνου τὸ β' καὶ Ῥουτιλίου.*
344. Aemilio et Rustico.	ὑπ. *Αἰμιλίου καὶ Ῥουστικίου.*
345. Casso et Mudillino.	ὑπ. *Κάσσου καὶ Μουδιλλίνου.*
346—360.	
1. His conss. item tribuni plebis IIII et III et VI an. XV.	
361. Flabo et Camerino.	ὑπ. *Φλάβου καὶ Καμερίνου.*
362. Potito et Capitolino.	ὑπ. *Ποτίτου καὶ Καπετωλίνου.*
363—387.	
1. His conss. item tribuni plebis creati sunt annis XVIII.	
2. Postea annis IIII nemo curulis magistratus fuit.	
3. Item tribuni plebis VI.	
389. Genucio et Curtio.	ὑπ. *Γενουκίου καὶ Κουρτίου.*
388. Mamertino et Laterano.	ὑπ. *Μαμερτίνου καὶ Λατεράνου.*
390. Petito et Galva.	ὑπ. *Πετίτου καὶ Γάλβα.*
391. Mamertino II et Silla.	ὑπ. *Μαμερτίνου τὸ β' καὶ Σύλλα.*
392. Achala et Genucio.	ὑπ. *Ἄλλου καὶ Γενουκίου.*
393. Stollone et Petino.	ὑπ. *Στόλωνος καὶ Πετίνου.*
394. 395. Libone et Lenate.	ὑπ. *Λίβωνος καὶ Λενάτου.*
396. Ambusto et Proculo.	ὑπ. *Ἀμβούστου καὶ Προκούλου.*
397. Rustico et Capitolino.	ὑπ. *Ῥουστικίου καὶ Καπετωλίνου (-λίου m. 2).*
398. Ambusto II. et Laenate.	ὑπ. *Ἀμβούστου τὸ β' καὶ Λενάτου.*
399. Potito et Publicola.	ὑπ. *Ποτίτου καὶ Πουβλικόλα.*
400—402.	

---

323 peno *S* 324 melitona *S* 325 fidenato *S* 328—330 hiss C^{a} annis iii] annis ii S^{v}, annis ii .l. S^{m} 331 iubulano S^{m} 333 *om.* *S* 345 casto *S* mudilino *S* 346—360 et iii *S*, et ii *C* 362 popito *S* 363—387, 1 crati C^{1} 2 curulis] curuilis *C*, curullis *S* magister *S* 389 genutio *S* curuo *S* 392 gemitio *S* 393 sotollone *S* peteno *S* 394—395 lenate i *S* 396 proculo] pipeulo *S* 398 ambuto C^{1} lenate] CS^{m} *Pont.*, lenate iii $S^{v(a)}$, lenate ii $S^{v(b)}$

a. u. c.	*CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.*	*CHRONICON PASCHALE.*
403.	Roetico et Poeno.	ὑπ. Ῥουστικίου τὸ β' καὶ Ποίνου.
404.	Scipione et Lenate II.	ὑπ. Σκιπίωνος καὶ Λενάτου.
405.	Camillo et Crasso.	ὑπ. Καμίλλου καὶ Κράσσου.
406.	Corvino et Lenate III.	ὑπ. Κορβίνου καὶ Λενάτου τὸ γ'.
407.	Veneco et Torquato.	ὑπ. Βένωκος καὶ Τουρκουάτου.
408.	Corvino II et Libone.	ὑπ. Κορβίνου τὸ β' καὶ Λίβωνος.
409.	Bursone et Camerino.	ὑπ. Βού*σωνος (βουλσωνος m. 2) καὶ Καμερίνου.
410.	Rutilio et Torquato II.	ὑπ. Ῥουτιλίου καὶ Τορκουάτου τὸ β'.
411.	Corvino III et Cosco.	ὑπ. Κορβίνου τὸ γ' καὶ Κόσκου.
412.	Achala et Rutilio II.	ὑπ. Ἄλλου καὶ Ῥουτηλίου τὸ β'.
413.	Venoce II et Mamertino.	ὑπ. Βένωκος τὸ β' καὶ Μαμερτίνου.
414.	Torquato III et Musone.	ὑπ. Τορκουάτου τὸ γ' καὶ Μούσωνος.
415.	Mamertino et Seleno.	ὑπ. Μαμερτίνου καὶ Σίλωνος.
416.	Camillo et Moenio.	ὑπ. Καμίλλου καὶ Μυνίου.
417.	Festo et Longo.	ὑπ. Φίστου καὶ Λόγγου.
418.	Crasso et Dulillo.	ὑπ. Κράσσου καὶ Δουλείου.
419.	Regulo et Corvino.	ὑπ. Ῥιγούλου καὶ Κορβίνου.
420.	Albino et Galbino.	ὑπ. Ἀλβίνου καὶ Γαλβίνου.
421.		
422.	Galbino et Cosso.	ὑπ. Ἀλβίνου τὸ β' καὶ Κόσσου.
423.	Potito et Marcello.	ὑπ. Ποτίτου καὶ Μαρκέλλου.
424.	Crasso et Venoce.	ὑπ. Βράσσου καὶ Βένωκος.
425.	Mamertino II et Deciano.	ὑπ. Μαμερτίνου τὸ β' καὶ Δεκιανοῦ.
426.	Venoce II et Scipione.	ὑπ. Βένωκος τὸ γ' καὶ Σκιπίωνος.
427.	Lentulo et Silone.	ὑπ. Λεντούλου καὶ Σίλωνος.
428.	Libonio et Cursore.	ὑπ. Λίβονος καὶ Κούρσωρος.
429.	Camillo et Bruto.	ὑπ. Καμίλλου καὶ Βρούτου.
430.	His conss. tum dictator creatus Papinius Cursor et magister equitum Drusus.	Παπίνιος Κούρσωρ ἀντιγραφεὺς κατέστη, Δροῦσος στρατηγὸς ἱππέων.
431.	Longo et Ceretano.	ὑπ. Λόγγου καὶ Κερατανοῦ.
432.	Cursore et Sullo.	ὑπ. Κούρσορος τὸ β' καὶ Σύλλου.
433.	Galbino et Balbino.	ὑπ. Γαλβίνου καὶ Βαλβίνου.
434.	Cursore II et Filone.	ὑπ. Κούρσορος τὸ γ' καὶ Σίλωνος.
435.	Papino et Gaeretano.	ὑπ. Παπηνίου καὶ Κερατανοῦ.
436.	Venoce et Flaccino.	ὑπ. Βένωκος καὶ Φλάκου.
437.	Barbulo et Bubulco.	ὑπ. Βαλβούλου καὶ Βουβούλκου.
438.	Rutilio et Laenate.	ὑπ. Ῥουτιλίου καὶ Λενάτου.
439.	Cursore III et Lenate II.	ὑπ. Κούρσορος τὸ δ' καὶ Λενάτου τὸ β'.
440.	Saminte et Longo.	ὑπ. Σαμνήτου καὶ Λόγγου.
441.	Cursore IIII et Bubulco II.	ὑπ. Κούρσορος τὸ ε' καὶ Βουβούλκου τὸ β'.
442.	Maximo et Musone.	ὑπ. Μαξίμου καὶ Μούσωνος.
443.	Bubulco III et Barbula.	ὑπ. Βουβούλκου τὸ γ' καὶ Βαρβούλου.

403 retico *S* 404 lenate iii *S* 406 lenato iiii *S* 407 uenteco *S* torquato i *S*v (*non S*m *Pont.*) 411 coco *C*2, cosco *S* 412 rutilio ii et achala *S* 413 ueneco *S* 424 uenote *S* 425 datiano *S*v, daciano *S*m 426 uenote (*om.* ii) *S* 427 philone *S*v, phylone *S*m 429 cunullo *S* 430 apinius *S* drusus] rufus *S* 433 et albino *S* 434 ii] iii *S* philone *S*v, phylone *S*m *Pont.* 435 geretano *S* 439. 440 *om. S* 441 ii *om. S* 442 nusone *S*

a. u. c.	*CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.*	*CHRONICON PASCHALE.*
444.	Rullo et Rutilio.	ὑπ. Ῥούλλου (ῥοαλλου *m. 1 ut vid.*) καὶ Ῥουτιλίου.
445.	His conss. tum dictator Cursor et magister aequitum Bubulcus.	ἐπὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων γέγονε μάγιστρος Βούβουλκος.
446.	Musone II et Rullo II.	ὑπ. Μούσωνος τὸ β' καὶ Ῥούλλου τὸ β'.
447.	Appio Geco et Violente.	ὑπ. Ἀπίου καὶ Βιόλεντος.
448.	Remulo et Albino.	ὑπ. Ῥεμούλου καὶ Ἀλβίνου.
449.	Metello et Minucio.	ὑπ. Μετέλλου καὶ Μινουκίου.
450.	Semfronio et Faberio.	ὑπ. Σεμπρωνίου καὶ Φαβερίου.
451.	Lentulo et Abentesi.	ὑπ. Λεντούλου καὶ Ἀβεντησίου.
452.	Dentone et Emilio.	ὑπ. Δεντωνίου καὶ Αἰμιλίου.
453.	His conss. item Corvinus dictator et Aemilius magister equitum mensibus VI: deinde fuerunt	
454.	Corvino et Pansa.	ὑπ. Κορβίνου καὶ Πάνσα.
455.	Poetico et Torquato.	ὑπ. Πετίτου καὶ Τορκουάτου.
456.	Scipione et Maximo.	ὑπ. Σκιπίωνος καὶ Μαξίμου.
457.	Rullo III et Musone III.	ὑπ. Ῥούλλου τὸ γ' καὶ Μούσωνος τὸ γ'.
458.	Claudio et Violente.	ὑπ. Κλαυδίου καὶ Βιόλεντος.
—	Rullo IIII et Musone IIII.	ὑπ. Ῥούλλου τὸ δ' καὶ Μούσωνος τὸ δ'.
—	Claudio II et Violente II.	ὑπ. Κλαυδίου καὶ Βιόλεντος τὸ β'.
459.	Rullo V et Musone V.	ὑπ. Ῥούλλου τὸ ε' καὶ Μούσωνος τὸ ε'.
460.	Metello et Regulo.	ὑπ. Μετέλλου καὶ Ῥιγούλου.
461.	Cursore et Maximo.	ὑπ. Κούρσορος καὶ Μαξίμου.
462.	Maximo Gurgite et Braccho.	ὑπ. Μαξίμου τὸ β' καὶ Βράκχου.
463.	Metello II et Vulbo.	ὑπ. Μετέλλου τὸ β' καὶ Βούλβου.
464.		
465.	Maximo et Noctuo.	ὑπ. Μαξίμου τὸ γ' καὶ Μούσωνος τὸ ς'.
466.	Cremulo et Albino.	ὑπ. Κρεμούλου καὶ Ἀλβίνου.
467.	Marcello et Rutilio.	ὑπ. Μαρκέλλου καὶ Ῥουτιλίου.
468.	Potito et Petito.	ὑπ. Ποτίτου καὶ Πετίτου.
469.	Lepido et Caecina.	ὑπ. Λεπίδου καὶ Κεκίννα.
470.	Tacio et Dantone.	ὑπ. Τακίου καὶ Δέντωνος.
471.	Dolabella et Maximo.	ὑπ. Δολαβέλλα καὶ Μαξίμου.
472.	Lucio et Papo.	ὑπ. Λουκίου καὶ Πάππου.
473.	Barbula et Philippo.	ὑπ. Βαρβούλου καὶ Φιλίππου.
474.	Lebyino et Caeruntano.	ὑπ. Λεβϊΐνου καὶ Κουρουγκανίου.
475.	Caverione et Murone.	ὑπ. Καβερίωνος καὶ Μούρωνος.
476.	Lucinio et Papo.	ὑπ. Λουσκίνου καὶ Πάππου τὸ β'.
477.	Rufino et Bubulco.	ὑπ. Ῥουφίνου καὶ Βουβούλκου.
478.	Gurgito et Clepyno.	ὑπ. Γοργίτου καὶ Κλεπυΐνου.
479.	Benago et Lentulo.	ὑπ. Βενάκου καὶ Λεντούλου.
480.	Benago II et Merinda.	ὑπ. Βενάκου τὸ β' καὶ Μερένδου.

446 ii] iii *S* ii *om. S* 447 apio *S* 449 minucio *S* 450 simphronio S^v, symfronio S^m 453 fuerant *S* 456 sepione *S* 457 *fin.* iii *om. S* 458 niolento *S* *ante* 459 claudio ii] claudio iiii C^a 462 brachio *S* 467 marcello] metello *S* 468 potito] porberto *S* 469 cetinio S^v, ce-inio S^m [1], cerinio S^m [2]) 470 tatio *S* 472 lutio S^m 473 philippo *C*, phylippo S^m 474 lebyino] CS^m, lebyno S^v teruntano *S* 475 cauertone *S* 476 papa S^v 477 bufino *S* 478 lepino *S* 480 meringa *S*

a. u. c.	*CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.*	*CHRONICON PASCHALE.*
481.	Licinio et Cambia.	ὑπ. Λικιννίου καὶ Καμβίου.
482.	Cursore et Maximo.	ὑπ. Κούρσορος καὶ Μαξίμου.
483.	Claudio et Clepisnate.	ὑπ. Κλαυδίου καὶ Κλεψινάτου.
484.		
485.	Gallo Sabino et Pisone.	ὑπ. Γάλλου καὶ Πίκτορος.
486.	Simfronio Sapiente et Rufo.	ὑπ. Σεμπρωνίου καὶ Ῥούφου.
487.	Regulo et Libone.	ὑπ. Ῥηγούλου καὶ Λίβωνος.
488.	Fabio Pictore et Pecta.	ὑπ. Φαβίου Πίκτορος καὶ Πέτα.
489.	Maximo et Vitulo.	ὑπ. Μαξίμου καὶ Βιτούλου.
490.	Theudace et Flacco.	ὑπ. Θαυγάτου καὶ Φλάκου.
491.	Maximo et Crasso.	ὑπ. Μαξίμου τὸ β' καὶ Κράσσου.
492.	Albino et Vituitulo.	ὑπ. Ἀλβίνου καὶ Βιτούλου.
493.	Flacco II et Crasso II.	ὑπ. Φλάκου τὸ β' καὶ Κράσσου τὸ β'.
494.	Scipione Asinae et Dulilio.	ὑπ. Σκιπίωνος καὶ Δουλίου.
495.	Scipione et Floro.	ὑπ. Σκιπίωνος τὸ β' καὶ Φλόρου.
496.	Catacaeno et Patreulo.	ὑπ. Κατακένου καὶ Πατερεύλου.
497.	Regulo et Blaeso.	ὑπ. Ῥιγούλου καὶ Βλέσου.
498.	Vulsone et Decio.	ὑπ. Βούλσωνος καὶ Δεκίου.
	1. His conss. cui suffectus Regulus.	
499.	Paetino et Paulo.	ὑπ. Πετίνου καὶ Παύλου.
500.	Scipione et Catatione.	ὑπ. Σκιπίωνος καὶ Κατακίωνος.
501.	Capitone et Blaeso.	ὑπ. Καπίτωνος καὶ Βλέσου (*a m. 2 in litura*) τὸ β'.
502.	Cotta et Gemito.	ὑπ. Κόττα καὶ Γεμίνου.
503.	Metello et Papo.	ὑπ. Μετέλλου καὶ Πάππου.
504.	Regulo II et Vulsone.	ὑπ. Ῥιγούλου τὸ β' καὶ Βούλσωνος.
505.	Pulchro et Pulchro.	ὑπ. Πούλχρου καὶ Πούλχρου.
506.	Cotta II et Gemino II.	ὑπ. Κόττα τὸ β' καὶ Γεμίνου τὸ β'.
507.	Metello et Buteone.	ὑπ. Μετέλλου τὸ β' καὶ Βουτέωνος.
508.	Crasso et Licinio.	ὑπ. Κράσσου καὶ Λικιννίου.
509.	Buteone II et Bullo.	ὑπ. Βουτέωνος τὸ β' καὶ Βούλβου.
510.	Torquato et Blaeso.	ὑπ. Τορκουάτου καὶ Βλέσου.
511.	Fundolo et Gallo Longo.	ὑπ. Φουνδούλου καὶ Γάλλου.
512.	Catulo et Albino.	ὑπ. Κατούλλου καὶ Ἀλβίνου.
513.	Torquato et Catone.	ὑπ. Τορκουάτου καὶ Κάτωνος.
514.	Gentone et Tuditano.	ὑπ. Κέντωνος καὶ Τουδινάτου.
515.	Tuncino et Falcone.	ὑπ. Τογκίνου καὶ Φάλκωνος.
516.	Graccho et Falcone.	ὑπ. Γράκχου καὶ Φλάκου.
517.	Claudio.	ὑπ. Κλαυδίου
518.	Lentulo et Varo.	καὶ Οὐάρου.
519.	Torquato et Volbo.	ὑπ. Τορκουάτου τὸ β' καὶ Βούλβου.
520.	Albino et Rogo.	ὑπ. Ἀλβίνου τὸ β' καὶ Ῥόγου.
521.	Maximo et Machone.	ὑπ. Μαξίμου καὶ Μάλχωνος.
522.	Lepido et Baluulo.	ὑπ. Λεπίδου καὶ Βαλβούλου.

483 claudia *S* lepisnate *S* 487 buuigulo *S* 488 pictore] et pictore *C*[1] 489 pecta] *S*, poeta *C* 490 teudace *S* 492 uituuilo *S* 493 crasso ii] crasso *S* 494 scripione *C* asine *S* dullilio *S* 496 cataceno *S*v(1)m, caraceno *S*v(2) 497 bleso *S* 497, 1 cui *om. S*v; *fortasse fuit* uni suffectus] s. est *S* 499 petito *S* 501 blero *S* 504 ii *om. S* uulso *S* 510 blaeso] bipoto *S* 516 *om. S* 518 dentulo *S*v

a. u. c.	*CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.*	*CHRONICON PASCHALE.*
523.	Matone et Masone.	ὑπ. *Μάτωνος καὶ Μάσωνος.*
524.	Balvulo II et Pera.	ὑπ. *Βαλλιόλου καὶ Πέρου.*
525.	Albino et Cetutimalo.	ὑπ. *Ἀλβίνου τὸ γ' καὶ Κεντουμάλου.*
526.	Gurga et Maximo Vero.	ὑπ. *Γούργα καὶ Μαξίμου.*
527.	Flacco et Regulo.	ὑπ. *Φλάκου καὶ Ῥιγούλου.*
528.	Maximo Messala et Arustio.	ὑπ. *Μαξίμου καὶ Ἀρουστίου.*
529.	Papo et Regulo.	ὑπ. *Πάππου καὶ Ῥιγούλου τὸ β'.*
530.	Torquato et Papo.	ὑπ. *Τορκουάτου καὶ Πάππου τὸ β'.*
531.	Flaminino et Filone.	ὑπ. *Φλαμινίνου καὶ Φίλου.*
532.	Scipione et Marcello.	ὑπ. *Σκιπίωνος καὶ Μαρκέλλου.*
533.	Scipione Nasica et Rufo.	ὑπ. *Σκιπίωνος τὸ β' καὶ Ῥούφου.*
534.	Catulo et Filone.	ὑπ. *Κατούλλου καὶ Φίλωνος.*
535.	Paulo et Salinatore.	ὑπ. *Παύλου καὶ Σαλινάτορος.*
536.	Scipione et Longo.	ὑπ. *Σκιπίωνος τὸ γ' καὶ Λόγγου.*
537.	Gemino et Flaminio 1. His conss. cui suffectus Regulus.	ὑπ. *Γεμίνου καὶ Φλαμινίνου.*
538.	Paulo II et Varrone.	ὑπ. *Παύλου τὸ β' καὶ Βάρρωνος.*
539.	Fabio Maximo et Gracho.	ὑπ. *Φαβίου Μαξίμου καὶ Γράκχου.*
540.	Fabio Maximo II et Marcello.	ὑπ. *Φαβίου Μαξίμου τὸ β' καὶ Μαρκέλλου τὸ β'.*
541.	Maximo et Graccho.	ὑπ. *Μαξίμου καὶ Γράκχου* (*τὸ β' add. m. rec.*).
542.	Pulchro et Flacco.	ὑπ. *Πούλχρου καὶ Φλάκου.*
543.	Galva et Centumalo.	ὑπ. *Γάλβα καὶ Κεντουμάλου.* 1. *Εἴδωλον τῆς Ῥέας μητρὸς θεῶν ἀπὸ Φρυγίας ἐν Ῥώμῃ ἀπηνέχθη.*
544.	Lebyino et Marcello.	ὑπ. *Λεβύїνου καὶ Μαρκέλλου τὸ γ'.*
545.	Fabio et Flacco.	ὑπ. *Φαβίου καὶ Φλάκου τὸ β'.*
546.	Marcello et Crispino.	ὑπ. *Μαρκέλλου τὸ δ' καὶ Κρισπίνου.*
547.	Nerone et Salinatore.	ὑπ. *Νέρωνος καὶ Σαλινάτορος.*
548.	Metello et Filone.	ὑπ. *Μετέλλου καὶ Φίλωνος.*
549.	Scipione et Crasso Divite.	ὑπ. *Σκιπίωνος καὶ Κράσσου.*
550.	Cethego et Tuditano.	ὑπ. *Κεθήγου καὶ Τουδιτάνου.*
551.	Caepione et Servilio.	ὑπ. *Σκιπίωνος τὸ β' καὶ Σερβιλίου.*
552.	Nerone et Servilio.	ὑπ. *Νέρωνος τὸ β' καὶ Σερβιλίου τὸ β'.*
553.	Lentulo et Peto.	ὑπ. *Λεντούλου καὶ Πέτου.*
554.	Galba II et Cotta.	ὑπ. *Γάλβα τὸ β' καὶ Κόττα.*
555.	Lentulo et Tappulo.	ὑπ. *Λεντούλου τὸ β' καὶ Ταππούλου.*
556.	Flaminino et Peto.	ὑπ. *Φλαμηνίνου καὶ Πέτου τὸ β'.*
557.	Cethego et Rufo.	ὑπ. *Κεθήγου τὸ β' καὶ Ῥούφου.*
558.	Porphyrio et Marcello.	ὑπ. *Πορφυρίου καὶ Μαρκέλλου.*
559.	Festo et Flacco.	ὑπ. *Φίστου καὶ Φλάκου.*
560.	Scipione Africano et Longo.	ὑπ. *Σκιπίωνος τὸ γ' καὶ Λόγγου.*
561.	Merrulla et Hermo.	ὑπ. *Μερούλου καὶ Ἕρμου.*

523 matone] mazone S^{v} 525 cetutamalo C^{1} 526 burga *S* 531 philone S^{v}, phylone S^{m} 535 salmatoro S^{v}(b), salmatorio S^{v}(a), calmatoro S^{m} 537 gemino] metello S^{m}(1) fleminino *S* 537, 1 cui *om.* S^{m}(2)v 539 grecho *C* 540. 541 *om. S* 541 greecho C^{a} 542 flaco *S* 544 lebuino *S* 547 salmatore S^{m} 550 caethego *C* 551 cepione *S* 552 *om.* S^{v}(a) 554 cotta] cotta et C^{a} 555 capulo *S* 557 caethego S^{m} 558 porfirio *S* 569 africano *om S* 561 merulla *S*

a. u. c.	*CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.*	*CHRONICON PASCHALE.*
562.	Flaminino et Ahenobarbo.	ὑπ. *Φλαμινίνου τὸ β΄ καὶ Ἀηνοβάρβου.*
563.	Glabrione et Nasica.	ὑπ. *Γλαβρίωνος καὶ Νασίκου.*
564.	Scipione et Lellio.	ὑπ. *Σκιπίωνος τὸ δ΄ καὶ Λελίου.*
565.	Vulsone et Nobiliore.	ὑπ. *Βούλσονος καὶ Νοβιλιόρου.*
566.	Salinatore et Messala.	ὑπ. *Σαλινάτορος καὶ Μεσάλα.*
567.	Lepido et Flaminio.	ὑπ. *Λεπιδίου καὶ Φλαμινίνου.*
568.	Albino et Philippo.	ὑπ. *Ἀλβίνου καὶ Φιλίππου.*
569.	Pulchro et Tuditano.	ὑπ. *Πούλχρου καὶ Τουδιτάνου.*
570.	Pulchro II et Licinio.	ὑπ. *Πούλχρου τὸ β΄ καὶ Λικιννίου.*
571.	Labaeme et Marcello.	ὑπ. *Λαβέμου καὶ Μαρκέλλου.*
572.	Pamfilio et Paulo.	ὑπ. *Παμφίλου καὶ Παύλου.*
573.	Cethego et Pamfilio.	ὑπ. *Κεθήγου καὶ Παμφίλου τὸ β΄.*
574.	Albino et Pisone.	ὑπ. *Ἀλβίνου καὶ Πίσωνος.*
575.	Acindyno et Flacco.	ὑπ. *Ἀκινδύνου καὶ Φλάκου.*
576.	Bruto et Vulsone.	ὑπ. *Βρούτου καὶ Βούλσωνος.*
577.	Pulchro et Graccho.	ὑπ. *Πούλχρου καὶ Γράκχου.*
578.	Scipione et Petico.	ὑπ. *Σκιπίωνος καὶ Πετίνου.*
579.	Lepido II et Scaebola.	ὑπ. *Λεπίδου καὶ Σκεβόλου.*
580.		
581.	Albino et Benenate.	ὑπ. *Ἀλβίνου καὶ Βενάτου.*
582.	Lenate et Aelio.	ὑπ. *Λενάτου καὶ Αἰμιλίου.*
583.	Crasso et Longo.	ὑπ. *Κράσσου καὶ Λόγγου.*
584.	Macrino et Serrano.	ὑπ. *Μακρίνου καὶ Βεῤῥάνου.*
585.	Philippo et Caepione.	ὑπ. *Φιλίππου καὶ Πίσωνος.*
586.	Paulo et Crasso.	ὑπ. *Παύλου καὶ Κράσσου.*
587.	Paeto et Penno.	ὑπ. *Πέτου καὶ Πέννου.*
588.	Gallo et Claudio.	ὑπ. *Γάλλου καὶ Κλαυδίου.*
589.	Torquato et Octabio.	ὑπ. *Τορκουάτου καὶ Ὀκταβίου.*
590.	Torquato II et Longino.	ὑπ. *Τορκουάτου τὸ β΄ καὶ Λογγίνου.*
591.	Graccho et Talina.	ὑπ. *Γράκχου καὶ Ταλίνου.*
592.	Scipione Nasica et Figulo. 1. His conss. in horum locum, quia vitio creati erant, sufficiuntur Lentulus et Domitius.	ὑπ. *Σκιπίωνος Νασίκα καὶ Φιγούλου.*
593.	Messala et Carbone.	ὑπ. *Μεσσαλᾶ καὶ Κάρβωνος.*
594.	Gallo et Cethego.	ὑπ. *Γάλλου καὶ Κεθήγου.*
595.	Dolabella et Fulvino Nobilius.	ὑπ. *Δολαβέλλα καὶ Φουλβίνου.*
596.	Lepido et Lenate II.	ὑπ. *Λεπίδου καὶ Λενάτου.*
597.	Caesare et Horeste.	ὑπ. *Καίσαρος καὶ Ὀρέστου.*
598.	Lentulo et Figulo.	ὑπ. *Λεντούλου καὶ Φιγούλου.*
599.	Nasica et Marcello.	ὑπ. *Νασίκου καὶ Μαρκέλλου.*

562 flaminio *C* habonbarbo *S* 565 uulscone *S* 566 messalue *S* 567 laepido *C* flaminino *S* 571 labeme *S* 572 pamphilio S^{v}, pamphylio S^{m} 573 cetegio *S* pamphilio S^{v}, pamphylio S^{m} 575 acyndyno C^{a}, acendino *S* 577 gracho *S*, gracco C^{a} 578 petito *S* 579 cabola *S* 581 benenato *S* 583 crassa S^{m}(a) *Pont.* 585 phylippo S^{m} carpione *S* 587 peto S^{mv}(b), petito S^{v}(a), paetto C^{a} paemno *C* 589 *om.* *S* 590 ii] iii *S* 591 gracho *S* 592, 1 quia uitio] qui auctio *C*, qui autio *S* sufficiunt *C* 593 missala *S* 594 cetgo *S* 595 dolobella *S* fuluitio *S* 597 cesare *S* horestae *C*

a. u. c.	*CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.*	*CHRONICON PASCHALE.*
600.	Opimio et Albino.	ὑπ. *Ὀπιμίου καὶ Ἀλβίνου.*
601.	Nobiliore et Lausco.	ὑπ. *Νοβιλιόρου καὶ Λαύσου.*
602.	Marcello II. et Flacco.	ὑπ. *Μαρκέλλου τὸ β' καὶ Φλάκου.*
603.	Loculo et Albino.	ὑπ. *Λουκούλλου καὶ Ἀλβίνου.*
604.	Flaminino et Balbo.	ὑπ. *Φλαμινίνου καὶ Βάλβου.*
605.	Censorino et Manilio.	ὑπ. *Κενσωρίνου καὶ Μανιλίου.*
606.	Albino et Pisone.	ὑπ. *Ἀλβίνου τὸ β' καὶ Πίσωνος.*
607.	Scipione Aemilii et Druso.	ὑπ. *Σκιπίωνος καὶ Δρούσου.*
608.	Lentulo et Numicio.	ὑπ. *Λεντούλου καὶ Νουμικίου.*
609.	Maximo Aemilii et Manono.	ὑπ. *Μαξίμου καὶ Μανκίου.*
610.	Galva et Cotta.	ὑπ. *Γάλβα καὶ Κόττα.*
611.	Claudio et Metello.	ὑπ. *Κλαυδίου καὶ Μετέλλου.*
612.	Metello II et Maximo.	ὑπ. *Μετέλλου τὸ β' καὶ Μαξίμου.*
613.		
614.	Cepione et Lacrio.	ὑπ. *Σκιπίωνος καὶ Λακαίου.*
615.	Baenate et Pisone.	ὑπ. *Βενάτου καὶ Πίσωνος.*
616.	Nasica Rabione et Bruto.	ὑπ. *Νασίκα καὶ Βρουττίου*
617.	Lepido Porcina et Mancino.	ὑπ. *Λεπίδου καὶ Φλαμίνου.*
618.	Philo et Servilio.	ὑπ. *Φίλου καὶ Σερβιλίου.*
619.	Flacco et Pisone.	ὑπ. *Φλάκου καὶ Πίσωνος.*
620.	Scipione Africano et Flacco.	ὑπ. *Σκιπίωνος καὶ Φλάκου τὸ β'.*
621.	Scaevola et Calpurnio.	ὑπ. *Σκεβόλου καὶ Καλπουρνίου.*
622.	Laenate et Rutilio.	ὑπ. *Λενάτου καὶ Ῥουτιλίου.*
623.	Crasso et Flacco.	ὑπ. *Κράσσου καὶ Φλάκου.*
624.	Lentulo et Perperna.	ὑπ. *Λεντούλου καὶ Περπέρνου (πεπέρνου m.2).*
625.	Auditano et Anulio.	ὑπ. *Αὐδινάτου καὶ Ἀνουλλίνου.*
626.	Octavio et Rufo.	ὑπ. *Ὀκταβίου καὶ Ῥούφου.*
627.	Longino et Cinna.	ὑπ. *Λογγίνου καὶ Κεκίννα.*
628.	Lepido et Oreste.	ὑπ. *Λεπίδου καὶ Ὠρέστου.*
629.	Ipseo et Flacco.	ὑπ. *Ἰψέου καὶ Φλάκου.*
630.	Longino et Bulvino.	ὑπ. *Λογγίνου τὸ β' καὶ Βολβίνου.*
631.	Metello et Flaminino.	ὑπ. *Μετέλλου καὶ Φλαμινίνου.*
632.	Ahenobarbo et Faenio.	ὑπ. *Ἀενοβάρβου καὶ Φαινίου.*
633.	Opimio et Maximo Aemilii.	ὑπ. *Ὀπιμίου καὶ Μαξίμου.*
634.	Manilio et Carba.	ὑπ. *Μανιλίου καὶ Κάρβου.*
635.	Metello et Cotta.	ὑπ. *Μετέλλου τὸ β' καὶ Κόττα.*
636.	Catone et Marcio Rega.	ὑπ. *Κάτωνος καὶ Μαρκίου.*
637.	Metello Diademeo et Sinerebula.	ὑπ. *Μετέλλου τὸ γ' καὶ Σινερεβούλου.*
638.	Geta et Maximo Seculiano.	ὑπ. *Γέτα καὶ Μαξίμου.*
639.	Scauro et Metello.	ὑπ. *Σκαύρου καὶ Μετέλλου.*

600 et albino *om.* *S* 601 nobiliore *om.* *S* lausio *S* 602 ii *om.* *S* 603 letulo *S* 604 flamminino *Sp* balbo] albe *S* 607 aemilii] emulo *S* 608 numitio *S* 609 aemilii] milio *S* manano *S* 615 benate *S* 616 narsica *C* raptone *S* 617 porcina] nercina *S* mancina *Ca* 618 philo] plubo *S* seruilio] teruispio *S* 619 *om.* *S* 620 affricano *Svp* et flacco] et pisone et flacco *S* 621 scenola *S* calphurnio *Sm*, ealphurnio *Svp* 622 lenate *S* 624 pertana *S* 625 aeuilio *S* 627 uinna *S* 628 horeste *S* 629 irseo *S* 630 boluino *S* 631 fleminino *S* 632 ahenobarbae *Sm*, haenobarbe *Svp* fenuo *S* 633 optimo *S* emilio *S* 635 carta *S* 637 diademate *S* sintrebula *S* 638 maximino *S* 639 scauriae *Sm*, scaurie *Svp*

a. u. c.	*CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.*	*CHRONICON PASCHALE.*
640.	Balbo et Catone.	*ὑπ. Βάλβου καὶ Κάτωνος.*
641.	Metello et Carbone.	*ὑπ. Μετέλλου τὸ δ' καὶ Κάρβωνος.*
642.	Bruto et Peone.	*ὑπ. Βρούτου καὶ Πέονος.*
	1. His conss. initium belli Iugurthini.	
643.	Nasica Scipione et Bestia Calpurnio.	*ὑπ. Νασικάρτου καὶ Βεστίου.*
644.	Rufo et Albino.	*ὑπ. Ῥούφου καὶ Ἀλβίνου.*
645.	Metello Numidico et Silano.	*ὑπ. Μετέλλου τὸ ε' καὶ Σιλάνου.*
646.	Sulpicio et Scauro.	*ὑπ. Σουλπικίου καὶ Σκαύρου.*
647.	Longino et Marino.	*ὑπ. Λογγίνου καὶ Μαρίου.*
648.	Serrano et Caepione.	*ὑπ. Σεῤῥάνου καὶ Σκιπίωνος.*
	1. His conss. natus est Cicero die VIII k. Mai.	
649.	Rufo et Mallio.	*ὑπ. Ῥούφου τὸ β' καὶ Μαλλίου.*
650.	Mario II et Timbria.	*ὑπ. Μαρίου τὸ β' καὶ Φιμβρίου.*
651.	Mario III et Oreste.	*ὑπ. Μαρίου τὸ γ' καὶ Ὀρέστου.*
652.	Mario IIII et Catullo.	*ὑπ. Μαρίου τὸ δ' καὶ Κατούλλου.*
653.	Mario V et Aquilio.	*ὑπ. Μαρίου τὸ ε' καὶ Ἀκυλίου.*
654.	Mario VI et Flacco.	*ὑπ. Μαρίου τὸ ϛ' καὶ Φλάκου.*
655.	Antonio et Albino.	*ὑπ. Ἀντωνίνου καὶ Ἀλβίνου.*
656.	Metello Nepote et Tito Didio.	*ὑπ. Μετέλλου τὸ ϛ' καὶ Κιτιδίου.*
657.	Lentulo et Crasso.	*ὑπ. Λεντούλου καὶ Κράσσου.*
658.	Achenobardo et Longino.	*ὑπ. Ἀενοβάρβου καὶ Λογγίνου.*
659.	Crasso et Scebola.	*ὑπ. Κράσσου καὶ Σκεβόλου.*
660.	Galva et Ahenobarbo.	*ὑπ. Βάλβου καὶ Ἀενοβάρβου.*
661.	Flacco et Herennio.	*ὑπ. Φλάκου καὶ Ἐρεννίου.*
662.	Pulchro et Perperna.	*ὑπ. Φούλκου καὶ Περπέρνου.*
663.	Philippo et Cesare.	*ὑπ. Φιλίππου καὶ Κέσαρος.*
664.	Caesare et Lupo.	*ὑπ. Καίσαρος καὶ Λούππου.*
665.	Strabone et Catone.	*ὑπ. Στράβωνος καὶ Κάτωνος.*
666.	Sylla et Rufo.	*ὑπ. Σύλλου καὶ Ῥούφου.*
667.	Octabio et Cinna.	*ὑπ. Ὀκταβίου καὶ Κίννα.*
668.	Mario VII et Cinna II.	*ὑπ. Μαρίου τὸ ζ' καὶ Κίννα τὸ β'.*
	1. His conss. natus est Salustius die kal. Oct.	*Σαλούστιος ἐγεννήθη καλάνδαις ὀκτωβρίαις.*
669.	Cinna III et Carbone.	*ὑπ. Κίννα τὸ γ' καὶ Κάρβωνος.*
670.	Carbone II et Scribonio.	*ὑπ. Κάρβωνος τὸ β' καὶ Σκριβωνίου.*
671.	Scipione et Narbone.	*ὑπ. Σκιπίωνος καὶ Νάρβωνος.*
672.	Carbone III et Mario.	*ὑπ. Κάρβωνος τὸ γ' καὶ Μαρίου τὸ β'.*
673.	Diecula et Dolabella.	*ὑπ. Φουσκούλου καὶ Δολαβέλλα.*
674.	Sylla et Metello Pio.	*ὑπ. Σύλλου καὶ Μετέλλου.*
675ª.	Vitia et Pulcro.	*ὑπ. Βιτία καὶ Πούλχρου.*
675ᵇ.	Claudio et Servilio.	*ὑπ. Κλαυδίου καὶ Σερβιλίου.*

640 ballo *S* 642 porone *S* initum belli iugurthini *C*, initum est bellum ligurtinum (liguricum *Sp*) *S* 643 calphurnio *Svp*, calphurno *Sm* 645 metullo *S* silanus *C* 646 sculpicio *Cb*, sculpicius *Ca*, sulpitio *Sm* 647 mario *Cb* 648 serranno *Smv*, seranno *Sp* cepiano *S* 650 timbia *S* 651 horeste *S* 652 tarullo *S* 654 fleco *Ca* 656 tito didio] nodidentulo *S* 658 atenobarbo *S* 659 sebela *S* 660 aenebarbo *S* 661 berennio *S* 662 perpenno *S* 663 phylippo *Sm* 664 cesare *Svp* 665 cesare *S* 666 silla *Svp* 670 sóribonio *S* 671 carbone *S* 673 direula *Sm*, dirtula *Svp* 674 silla *Svp* pio] pro *S* 675 uitia] natio *S*

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA. a. u. c.	*CHRONICON PASCHALE.*
676. Lepido et Catullo.	ὑπ. Λεπίδου καὶ Κατούλλου.
677. Bruto et Mamerco.	ὑπ. Βρούτου καὶ Μαμέρκου.
678. Octavio et Curione.	ὑπ. Ὀκταβίου καὶ Κουρίωνος.
679.	
680. Lucullo et Micotta.	ὑπ. Λουκούλλου καὶ Μικούττου.
681. Marco Lucullo et Cassio Longino.	ὑπ. Μαρκέλλου καὶ Κασίου.
682. Cn. Lentulo et Gellio.	ὑπ. Γεντούλου καὶ Γελλίου.
683. Plendulo et Oreste.	ὑπ. Πλενδούλου καὶ Ὀρέστου.
684. Pompeio et Crasso.	ὑπ. Πομπηΐου καὶ Κράσσου.
685. Hortensio et Metello.	ὑπ. Ὁρτησίου καὶ Μετέλλου.
1. His conss. natus est Vergilius die id. Oct.	1. Βιργίλιος ἐγεννήθη.
686. Marcio Rege et Metello.	ὑπ. Μαρκίου Ῥήγου καὶ Μετέλλου τὸ β'.
687. Pisone et Galbrione.	ὑπ. Πίσωνος καὶ Γλαβρίωνος.
688. Bulcacio et Tullo.	ὑπ. Βουλκακίου καὶ Τούλλου.
689. Cotta et Torquato.	ὑπ. Κόττου καὶ Τορκουάτου.
690. Lucio Caesare et Figulo.	ὑπ. Λουκίου Καίσαρος καὶ Φιγούλου.
691. Cicerone et Antonino.	ὑπ. Κικέρωνος καὶ Ἀντωνίνου.
1. His conss. bellum Catilinae gestum est.	
692. Silana et Murena.	ὑπ. Σιλανοῦ καὶ Μουρινά.
693. Pisone Frugi et Messa Nigro.	ὑπ. Πίσωνος καὶ Μεσσάλα.
694. Afronio et Metello Cedere.	ὑπ. Ἀφρανίου καὶ Μετέλλου.
695. Decio Caesare et Bibolo.	ὑπ. Δεκίου Καίσαρος καὶ Βιβουλάνου.
696. Pisone et Gabinio.	ὑπ. Πίσωνος καὶ Γαβίνου.
697. Lentulo et Marcello Nepote.	ὑπ. Λεντούλου καὶ Μαρκέλλου. 1. [Πομπήιος ὁ μέγας Ῥωμαίων στρατηγὸς αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη] καὶ θεμέλιοι θεάτρου ὑπ' αὐτοῦ ἐβλήθησαν ἐν Ῥώμῃ. *Cf. Syncellus p. 566 et Hieronymus a. Abr. 1956.*
698. Marcellino et Philippo.	ὑπ. Μαρκέλλου τὸ β' καὶ Φιλίππου.
699. Pompeio II et Crasso.	ὑπ. Πομπηΐου καὶ Κράσσου.
700. Achenobarbo et Pulchro.	ὑπ. Ἀενοβάρβου καὶ Πούλχρου. 1. Κικέρων ὁ ῥήτωρ ἀπὸ ἐξορίας μετεκλήθη διὰ μηνῶν ιϛ'.
701. Balbino et Messala.	ὑπ. Βαλβίνου καὶ Μεσσάλα. 1. Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ πρὸς Ἕλληνας ἐπολέμει.
702. Pompeio III et Metello Scripione.	ὑπ. Πομπηΐου τὸ β' καὶ Μετέλλου. 1. Πομπήιος ὁ μέγας τὸ κτισθὲν ὑπ' αὐτοῦ θέατρον ἀφιέρωσεν καὶ θεωρίας ἐπετέλεσεν ἐν αὐτῷ δι' ἐλεφάντων σα-

677 broto *S* mamerto *S* 678 octauo *S* curaone *S* 681 longo *S* 682 cn. *om. S* 683 pendulo *Sp* horeste *S* 685, 1 uirgilius *S* 686 mitello *S* 688 bulceio *S* 690 cesare *S* 691 antonio *S* 692 silene *S* murene *S* 694 affronio *Sp* 695 cesare *S* biliolo *S* 698 phylippo *Smv* 700 achenobarbo *CSm a*, achonobarbo *Sm(b)vp* 702 scipione *Cb*

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA. (a. u. c.)	*CHRONICON PASCHALE.*
	ράκοντα (sic) καὶ ἱππέων τ' καὶ πεζῶν ω' καὶ μονομάχων χ', ἐλεφαντομαχίαν ποιήσας.
703. Rufo et Marcello.	ὑπ. Ῥούφου καὶ Μαρκέλλου.
704. Marcello et Paulo.	ὑπ. Μαρκέλλου τὸ β' καὶ Παύλου.
705. Lentulo et Marcello.	ὑπ. Λεντούλου καὶ Μαρκέλλου.
706. Caesare et Servilio Isaurico.	ὑπ. Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος καὶ Σερβιλίου.
707. Caleno et Vatino.	ὑπ. Καλίνου καὶ Βατίνου. 1. Ἀρχὴ Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος καὶ Πομπηίου Πτολεμαίου τοῦ καὶ Λεπίδου. 2. Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ Γαλάτας εἰς τέλειον νικήσας εἰς Ῥώμην ἐπανῆλθεν.
708. Caesare III et Lepido.	ὑπ. Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος τὸ β' καὶ Λεπιδίου.
709. Caesare IV solo.	ὑπ. Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος τὸ γ' μόνου.
710. Caesare V et Antonino.	ὑπ. Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος τὸ δ' καὶ Ἀντωνίνου.
711. Pansa et Hirtio. 1. His conss. obiit Cicero die IIII kal. Mai.	ὑπ. Πανσάλα καὶ Ἱρτίου.
712. Lepido et Plano.	ὑπ. Λεπίδου καὶ Πλάγκου.
713. Antonino Pietate et Isaurico. 1. His conss. bellum Isauricum gestum est. 2. Et Iulius Caesar ex senatus consilio deceptus in curia occiditur a Cassio et Bruto. 3. Post hunc Octavianus Caesar Augustus appellatur.	ὑπ. Ἀντωνίνου καὶ Ἰσαυρικοῦ. 1. Ἐπὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων πόλεμος Ἰσαυρικὸς συνεβλήθη. 2. Ὁ δ' αὐτὸς (*Antonius*) καὶ τῷ ἐνιαυτῷ προσέθηκεν ἡμέρας ια', σκοπήσας τὸν τοῦ ἡλίου καὶ σελήνης δρόμον.
3. et levatus est Constantius Caes. idus Martias.
4. et apparuit in Oriente signum Salvatoris die III kal. Feb. luna XXVIII n. Mai.

CHRONICON PASCHALE.

τὸν τῆς αὐτοῦ βασιλείας Καίσαρα ἀνηγόρευσεν μετονομάσας αὐτὸν Κωνστάντιον, ἰδοῖς μαρτίαις, (καὶ ins. m. rec.) ἐν τῇ κατὰ τὴν ἀνατολὴν Ἀντιοχείᾳ (καὶ erasum) ἀπέστειλεν, τῶν Περσῶν ἐπικειμένων.

2. *Κωνστάντιος δὲ ὁ καὶ Γάλλος ὁ προειρημένος (-μανος m. 1) Καῖσαρ ἐν τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ διῆγεν (-γαν m. 1).*

352. Constantio V et Constantio Caes.

ὑπ. Κωνσταντίου Αὐγούστου τὸ ζ' καὶ Κώνσταντος Καίσαρος.

353. Constantio VI et Constantio II.
1. His conss. Magnentius se interfecit in Gallis apud Lugdunum die III id. Aug.
2. et Decentius frater Magnentii laqueo se suspendit XV kal. Sep.

ὑπ. Κωνσταντίου Αὐγούστου τὸ η' καὶ Κώνσταντος Καίσαρος τὸ β'.

354. Constantio VII et Constantino *(sic)* III.
1. His conss. occisus est Constantius Caes. in insula Flanona.

ὑπ. Κωνσταντίου Αὐγούστου τὸ θ' καὶ Κώνσταντος Καίσαρος τὸ γ'.

Ἐν τούτῳ τῷ ἔτει Μαγνέντιος (-νάντιος m. 1) πάλιν συμβαλὼν ἐν Μούστῳ (sic) Σελεύκῳ ἡττηθεὶς ἔφυγεν (-γαν m. 1) μόνος ἐν Γαλλίαις εἰς Λουγδοῦνον (-νων cod.) πόλιν, καὶ ὅτε τὸν ἴδιον ἀδελφὸν ἔσφαξεν, τότε καὶ ἑαυτὸν ἀνεῖλεν (-λαν m. 1) πρὸ τεσσαρῶν ἰδῶν αὐγούστου.

355. Arbitione et Lolliano.
1. His conss. levatus est Iulianus Caes. die VIII idus Novemb.

ὑπ. Ἀρβιτίωνος καὶ Λολλιανοῦ.

1. *Τούτῳ τῷ ἔτει Γάλλος ὁ καὶ Κωνστάντιος, Καῖσαρ ὤν, ἐκ διαβολῆς, ὡς παρὰ γνώμην Κωνσταντίου τοῦ Αὐγούστου ἀποκτείνας ἔπαρχον πραιτορίων καὶ κυέστωρα, μετασταλεὶς ἀπὸ τῆς Ἀντιοχέων ὑπὸ Κωνσταντίου τοῦ Αὐγούστου ἐν Ἴστρῳ τῇ νήσῳ ἀνῃρέθη.*
2. *καὶ Ἰουλιανὸν τὸν ἀδελφὸν τοῦ αὐτοῦ Γάλλου τοῦ καὶ Κωνσταντίου πορφύραν ἐνέδυσεν, καὶ Καίσαρα (κέσαρα cod.) προεχειρίσατο (-ρήσατο cod.) πρὸ η' ἰδῶν ὀκτοβρίων, δοὺς αὐτῷ πρὸς γάμον Κωνστάντιος ὁ Αὔγουστος τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν Ἑλένην, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἐν Γαλλίαις.*

356. Constantio VIII et Iuliano Caes.
1. His conss. introierunt Constantinopolim reliquiae apostoli Timothei die k. Iun.

ὑπ. Κωνσταντίου Αὐγούστου τὸ ι' καὶ Ἰουλιανοῦ Καίσαρος.

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων μηνὶ πανέμῳ α' Τιμοθέου τοῦ ἁγίου μαθητοῦ γενομένου (-μάνου m. 1) Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐπισκόπου τε πρώτου χειροτονηθέντος ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας τὰ λείψανα ἠνέχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει σὺν πάσῃ (πᾶσι*

353 constantio] cons. C 353, 1 magnificentius C[a] 355, 1 nouember C

p. Chr.	CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.	CHRONICON PASCHALE.
		cod.) τιμῇ, καὶ ἀπετέθη εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ὑποκάτω τῆς ἁγίας τραπέζης.
357.	Constantio VIIII et Iuliano Caes. II.	ὑπ. Κωνσταντίου Αὐγούστου τὸ ια΄ καὶ Ἰουλιανοῦ Καίσαρος τὸ β΄.
	1. His conss. introierunt Constantinopolim reliquiae sanctorum apostolorum Andreae et Lucae die V non. Mar.	1. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων μηνὶ δύστρῳ γ΄ ἠνέχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ λείψανα τῶν ἁγίων Λουκᾶ καὶ Ἀνδρέου τῶν ἀποστόλων σπουδῇ Κωνσταντίου τοῦ Αὐγούστου μετὰ σπουδῆς καὶ θεοσεβείας ψαλμῳδίας τε καὶ ὑμνολογίας, καὶ ἀπετέθη εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους.
	2. et introivit Constantius Aug. Romae IIII k. Mai. et edidit vicennalia.	2. Κωνστάντιος Αὔγουστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ εἰκοσαετηρίδα (-τερίδα m. 1) μετὰ πολλῆς φαντασίας καὶ παρατάξεως εἰσῆλθεν ἐν Ῥώμῃ. συνεισῆλθεν δὲ αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Εὐσεβεία ἡ βασίλισσα, καὶ ἐποίησαν ἡμέρας ιδ΄ ἐν τῇ Ῥώμῃ.
358.	Datiano et Caereale.	ὑπ. Δατιανοῦ καὶ Κεραιαλίου.
	1. His conss. introierunt Constantinopolim legati Persarum die VII kal. Mar.	
	2. Ipso anno terrae motus factus, ita ut civitas Nicomedensium funditus versaretur die VIIII k. Sep.: aliae vero CL civitates partibus vexatae sunt.	
359.	Eusebio et Hypatio.	ὑπ. Εὐσεβίου καὶ Ὑπατίου.
	1. His conss. natus est Gratianus filius Aug. Valentiniani die XIIII kal. Mai.	1. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων μηνὶ ὑπερβερεταίῳ (-ραιταίῳ cod.) μέγας γέγονε καὶ σφοδρὸς (-δρῶς cod.) σεισμὸς ἐν Νικομηδίᾳ περὶ ὥραν γ΄ νυκτερινήν. καὶ ἡ πόλις κατέπεσεν καὶ διεφθάρη (-ρει cod.), ἐν οἷς καὶ συναπώλετο ὁ τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπίσκοπος Κεκρόπιος τοὔνομα.
	2. et ipso anno primum processit Constantinopolim praefectus urbis nomine Honoratus die III id. Dec.	2. Γρατιανὸς υἱὸς Οὐαλεντινιανοῦ (οὐαλαντ- m. 1) ἐγεννήθη πρὸ ι΄ καλανδῶν ἰουνίων.
		3. καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐν πρώτοις προῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔπαρχος Ῥώμης ὀνόματι Ὠνόρατος πρὸ γ΄ ἰδῶν σεπτεμβρίων.
360.	Constantio X et Iuliano III.	ὑπ. Κωνσταντίου Αὐγούστου τὸ ιβ΄ καὶ Ἰουλιανοῦ Καίσαρος τὸ γ΄.
	1. His conss. dedicatum est Constantinopoli dominicum die XV kal. Mar.	1. Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ περιτίῳ ιε΄ καθιερώθη ἡ μεγάλη ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως.
361.	Tauro et Florentio.	ὑπ. Ταύρου καὶ Φλωρεντίου.
	1. His conss. diem functus Constan-	

357 constantino C[a] uicennalia] *scripsi*. xxxu C 359, 2 primum] pumum C 360 constantino C[a]

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.

p. Chr.

tius Aug. Mopsucrenas in fines Ciliciae Foeniciae provinciae III non. Nov.

2. et introivit Iulianus Aug. Constantinopolim die III id. Dec.

362. Mamertino et Nevitta.

363. Iuliano Aug. IIII et Salustio.

1. His conss. occisus est Iulianus Aug. in bello Persico die VI kal. Iul., et quia apostata a deo factus est, Christianorum etiam persecutor, occisus est et levatus est christianissimus Iovianus Aug. V kal. Iul.

364. Ioviano Aug. et Varro.

1. His conss. recessit Iovianus Aug. Dadastana die XI kal. Mar.

2. et levatus est Valentinianus Aug. apud Niceam die V k. Mar.

3. Ipso anno levatus est Valens Aug. Constantinopolim in miliario VII in tribunali a fratre suo Valentiniano die IIII k. Apr.

365. Valentiniano et Valente Augg.

1. His conss. mare ultra terminos suos egressum est die XII kal. Aug.

2. et ipso anno latro nocturnus hostisque publicus intra urbem Constantinopolim apparuit die IIII kal. Oct.

CHRONICON PASCHALE.

ὑπ. Μαμερτίνου καὶ Νεβίττα.

ὑπ. Ἰουλιανοῦ Αὐγούστου τὸ δ' καὶ Σαλουστίου.

ὑπ. Ἰοβιανοῦ Αὐγούστου καὶ Βαρρωνιανοῦ.

1. *Ῥωμαίων λη' ἐβασίλευσεν Οὐαλεντινιανὸς Αὔγουστος, Σαλουστίου τοῦ ἐπάρχου πραιτωρίων καὶ παλαιοῦ πατρικίου ἐπιλεξαμένου τὸν αὐτὸν Οὐαλεντινιανόν· ὅντινα Οὐαλεντινιανὸν Ἰουλιανὸς (-νὸν m. 1) ὁ παραβάτης ὡς χριστιανὸν πάνυ πέμψας ἦν εἰς Σηλυβρίαν (ὀλυβρίαν cod.), ποιήσας αὐτὸν ἐκεῖ τριβοῦνον ἀριθμοῦ. ἔγνω γὰρ ἐν ὁράματι Ἰουλιανὸς ὅτι μετ' αὐτὸν βασιλεύει. ὁ δὲ ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων Σαλούστιος πέμψας ἤνεγκεν αὐτὸν ἀπὸ Σηλυβρία (σολυβρ- cod.), καὶ εἶπεν τῷ στρατῷ καὶ τῇ συγκλήτῳ, ὅτι οὐδεὶς ποιεῖ βασιλέα εἰς τὰ Ῥωμαίων ὡς αὐτός. καὶ ἐπήρθη Οὐαλεντινιανὸς (οὐαλαντ- m. 1) Αὔγουστος ἐν Νικαίᾳ Βιθυνίας μηνὶ περιτίῳ πρὸ ε' καλανδῶν μαρτίων.*

2. *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπήρθη Οὐάλης Αὔγουστος ὁ ἀδελφὸς Οὐαλεντινιανοῦ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου μηνὶ δούστρῳ (sic) πρὸ δ' καλανδῶν ἀπριλίων.*

3. *Οὗτος Οὐάλης ὁ ἀδελφὸς Οὐαλεντινιανοῦ ἦν Ἀριανὸς καὶ ἔσχεν γυναῖκα Δομνίκην, ἐξ ἧς ἔσχεν υἱὸν ὀνόματι Γαλάτην καὶ θυγατέρας δύο Ἀναστασίαν καὶ Καρῶσαν, καὶ κτίζει δύο δημόσια ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸς τὰ αὐτῶν ὀνόματα, Ἀναστασιανὰς καὶ Καρουσιανάς.*

ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος.

1. *Τούτῳ τῷ ἔτει ἡ θάλασσα ἐκ τῶν ἰδίων ὅρων ἐξῆλθεν μηνὶ πανέμῳ πρὸ ιβ' καλανδῶν σεπτεμβρίων.*

361, 1 monsucrenas C fenitiae C 2 december C 365 ualentiniano| [illegible]niano Ca augg.| aug C

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.

p. Chr.

366. Gratiano nob. et Dalaifo *(sic)*.

1. His conss. natus est Valentinianus iunior filius Aug. Valentis die XV kal. Feb.
2. et ipso anno idem hostis publicus et praedo intra Frygiam salutarem, et in Nacoliensium campo, ab Aug. Valente oppressus atque extinctus est die VI kal. Iun.
3. Ipso anno Augustus Valentinianus gentem Alamannicam pervicit.

367. Lupicino et Iovino.

1. His conss. in civitate Constantinopoli deus grandinem pluit in modum petrarum die IIII non. Iul.
2. Et ipso anno levatus est Gratianus Aug. in Galliis apud Ambianis in tribunali a patre suo Aug. Valentiniano die VIIII kal. Sep.

368. Valentiniano II et Valente II.

1. His conss. terrae motus factus, ita ut civitas Nicaenorum terrae funditus prosterneretur die V id. Oct.

369. Valentiniano nob. et Victore.

1. His conss. opus magnificum cisternae Constantinopolitanae conpletum est a Domitio Modesto v̄. c̄. iterum praefecto urbis, quod in prima inchoaverat praefectura.
2. Agon post annos XVII restitutus est ab Aug. Valente.

CHRONICON PASCHALE.

ὑπ. *Γρατιανοῦ ἐπιφανεστάτου καὶ Δαγαλαίφου.*

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐγεννήθη Οὐαλεντινιανὸς Αὔγουστος μηνὶ αὐδυναίῳ* (-νέῳ *cod.*) *πρὸ ε'* (ιε' *m. rec.*) *καλανδῶν φεβρουαρίων.*
2. *Καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει Προκόπιος ἀντάρτης εἰς Φρυγίαν σαλουταρίαν ἐν τῷ πεδίῳ Νακολίας ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου κατασχεθεὶς ἀνῃρέθη μηνὶ δαισίῳ* (δεσίῳ *cod.*) *πρὸ ιβ' καλανδῶν ἰουλίων.*

ὑπ. *Λουπικίνου καὶ Ἰοβιανοῦ.*

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ὁ θεὸς χάλαζαν ἔβρεξεν ἐν Κωνσταντινουπόλει* (κονστ- *cod.*) *εἰς τύπον λίθων μηνὶ δαισίῳ* (δεσ- *cod.*) *πρὸ δ' νωνῶν ἰουλίων.*
2. *Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἔτει ἐπήρθη Γρατιανὸς Αὔγουστος ἐν Γαλλίαις ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου πατρὸς αὐτοῦ μηνὶ λώῳ* (λόῳ *cod.*) *πρὸ θ' καλανδῶν σεπτεμβρίων.*

ὑπ. *Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ β' καὶ Οὐάλεντος Αὐγούστου τὸ β'.*

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων σεισμὸς ἐγένετο εἰς τὴν πόλιν Νικαίας, ὥστε αὐτὴν καταστραφῆναι, μηνὶ γορπιαίῳ* (γορπιε *cod.*) *πρὸ ε' ἰδῶν ὀκτωβρίων.*

ὑπ. *Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ γ' καὶ Οὐίκτορος.*

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ὁ θειότατος βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς πολλοὺς συγκλητικοὺς καὶ ἄρχοντας ἐπαρχιῶν ἐφόνευσεν ἀδικοῦντας καὶ κλέπτοντας καὶ παραδικάζοντας. καὶ τὸν πραιπόσιτον τοῦ παλατίου αὐτοῦ, Ῥοδανὸν ὀνόματι, ἄνδρα δυνατὸν καὶ εὔπορον καὶ διοικοῦντα τὸ παλάτιον* (-τιν *cod.*) *ὡς πρῶτον ὄντα ἀρχιευνοῦχον καὶ ἐν μεγάλῃ τιμῇ ὄντα, ἐποίησε ζωόκαυστον εἰς τὴν σφενδόνα τοῦ ἱππικοῦ φρυγάνοις ὡς θεωρεῖ τὸ ἱππικόν.* *narratio continuatur.*
2. *Ὁμοίως καὶ τὴν δέσποιναν Μαρῖναν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἀγοράσασαν προάστιον παρ' ὅσου ἦν ἄξιον ἔχον πρόσοδον καὶ ὡς Αὐγοῦσταν τιμηθεῖσαν ἀκούσας* (om. *cod.*) *ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς καὶ διετιμήσατο τὸ προάστιον ὁρκώσας τοὺς διατιμησαμένους· καὶ μαθὼν ὅτι*

366 in inacoliensium *C*

p. Chr. *CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.*	*CHRONICON PASCHALE.*
	πλείονος (-ονος cod.) τιμῆς πολὺ ἢν ἄξιον τῆς ἀγορασθείσης, ἠγανάκτησεν (-ισεν cod.) κατὰ τῆς βασιλίσσης (-λίσης cod.) καὶ ἐξώρισεν (ἐξόρισεν cod.) αὐτὴν τῆς πόλεως ἀναδοὺς τῇ πωλησάσῃ (πολισάσῃ cod.) γυναικὶ τὸ προάστειον.
370. Valentiniano III et Valente III.	ὑπ. *Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ δʹ καὶ Οὐάλεντος Αὐγούστου τὸ γʹ.*
1. His conss. magna famis fuit in partibus Frygiae.	1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων καθιερώθη*
2. et dedicata est sancta ecclesia. ubi beati apostoli positi sunt, die V id. April.	*ἡ ἐκκλησία τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ ξανθικῷ (-θηκῷ cod.) πρὸ πέντε ἰδῶν ἀπριλίων (ἀπριλίων cod.).*
371. Gratiano Aug. II et Probo.	ὑπ. *Γρατιανοῦ τὸ βʹ καὶ Πρόβου.*
372. Modesto et Arintheo.	ὑπ. *Μοδέστου καὶ Ἀρινθέου.*
373. Valentiniano IIII et Valente IIII.	ὑπ. *Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ εʹ καὶ Οὐάλεντος Αὐγούστου τὸ δʹ.*
374. Gratiano III et Aequitio.	ὑπ. *Γρατιανοῦ Αὐγούστου τὸ γʹ καὶ Αἰκιτίου.*
375. post cons. Gratiani III et Aequiti.	ὑπ. *Γρατιανοῦ Αὐγούστου τὸ δʹ καὶ Αἰκιτίου τὸ βʹ.*
1. His conss. thermae Carosianae dedicatae sunt agente praefecto v. c. Vindalonio Magno.	1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεκαινίσθη (-κενίσθη cod.) τὸ γυμνάσιον Καρουσιαναὶ παρόντος τοῦ ἐπάρχου Οὐινδαθνίου (-νήου cod.) Μάγνου.*
2. Et ipso anno diem functus Valentinianus senior XV kal. Dec. in castello Virgitione.	2. *Ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὑπάτων ἐπήρθη Οὐαλεντινιανὸς νέος Αὔγουστος μηνὶ δίῳ πρὸ εʹ καλανδῶν δεκεμβρίων εἰς πόλιν Ἄκιγκον.*
3. et levatus est Valentinianus iunior Aug. filius Aug. Valentiniani ab exercitu in tribunali die X kal. Dec. in civitate Acinco.	
376. Valente Aug. V et Valentiniano iuniore Aug.	ὑπ. *Οὐάλεντος Αὐγούστου τὸ εʹ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ Καίσαρος.*
1. His conss. victi et expulsi sunt Gothi a gente Unorum et suscepti sunt in Romania pro misericordia iussione Aug. Valentis.	
2. et ipso anno introivit corpus Aug. Valentiniani Constantinopolim die V k. Ian.	
377. Gratiano IIII et Merobaude.	ὑπ. *Γρατιανοῦ Αὐγούστου τὸ εʹ καὶ Μεροβαύδου.*
1. His conss. gens Gothorum, qui pro misericordia suscepti sunt, rebellaverunt adversus Romanos.	
2. ad quos expugnandos missi sunt comites cum militibus et pugnaverunt cum Gothis.	
378. Valente VI et Valentiniano II.	ὑπ. *Οὐάλεντος Αὐγούστου τὸ ϛʹ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ Καίσαρος τὸ βʹ.*
1. His conss. ingressus est Valens	

374 iii] iiii C^a 375, 2 *scr.* Brigetione 376, 2 constantinopl C 377 expugnandos] C^2, expugnan C^1

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA. — *CHRONICON PASCHALE.*

p. Chr.

Aug. ab Oriente Constantinopolim die III kal. Iun.

2. et ipso anno profectus est Valens Aug. ex urbe ad fossatum die III id. Iun., et pugna magna fuit cum Romanis et Gothis miliario XII ab Hadrianopoli die V id. Aug. ex ea die Valens Aug. nusquam apparuit.

3. et toto anno per diocesim Trachiarum et Scythiae et Moesiae Gothi habitaverunt simul et eas praedaverunt: deinde usque ad portas urbis Constantinopolitane venerunt.

1. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων νόσῳ βληθεὶς ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς τελευτᾷ ἐν καστελίῳ Βεργιτινῶν ὢν ἐτῶν νε΄.

2. Ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὑπάτων Γρατιανὸς Αὔγουστος ἀνεκαλέσατο τὴν οἰκείαν μητέρα Μαρῖναν τὴν δέσποιναν.

3. Ἐπήρθη Θεοδόσιος Αὔγουστος ἐν Σιρμίῳ (σηρμείῳ cod.) ὑπὸ Γρατιανοῦ Αὐγούστου τοῦ αὐτοῦ γυναικαδελφοῦ μηνὶ αὐδηναίῳ (αὐβδην- cod.) πρὸ ιδ΄ καλανδῶν φεβρουαρίων. καὶ εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ δίῳ πρὸ η΄ καλανδῶν δεκεμβρίων.

379. Ausonio et Olibrio.

1. His conss. levatus est Theodosius Aug. ab Augusto Gratiano die XIIII kal. Feb. in civitate Syrmium.

2. Ipso anno multa bella Romani cum Gothis commiserunt.

3. Deinde victoriae nuntiatae sunt adversus Gothos, Alanos atque Hunos die XV k. Dec.[1])

ὑπ. Αὐσονίου καὶ Ὀλυβρίου.

1. Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἔδωκεν τὰς ἐκκλησίας τοῖς ὀρθοδόξοις, πανταχοῦ ποιήσας σάκρας καὶ διώξας ἐξ αὐτῶν τοὺς λεγομένους (-μανους m. 1) Ἀρειανοὺς Ἐξωκιωνίτας, τοὺς δὲ ναοὺς τῶν Ἑλλήνων κατέστρεψεν ἕως ἐδάφους.

380. Gratiano Aug. V et Theodosio Aug.

1. His conss. victoriae nuntiatae sunt amborum Augustorum.

2. et ipso anno ingressus est Theodosius Aug. Constantinopolim die XVIII kal. Dec.

ὑπ. Γρατιανοῦ Αὐγούστου τὸ ε΄ καὶ Θεοδοσίου Αὐγούστου.

381. Syagrio et Eucherio.

1. His conss. ingressus est Aithanaricus rex Gothorum Constantinopolim die III id. Ian.

2. Eodem mense diem functus idem Aithanaricus VIII kal. Feb.

ὑπ. Συαγρίου καὶ Εὐχερίου.

382. Antonio et Syagrio.

1. His conss. Theodosius Aug. corpus Aug. Valentiniani in sarcofago deposuit die VIIII kal. Mar.

2. Ipso anno universa gens Gothorum cum rege suo in Romaniam se tradiderunt die V non. Oct.

ὑπ. Ἀντωνίου καὶ Συαγρίου τὸ β΄.

1) his conss. Theofilus Alexandrie episcopus subiectum laterculum infra de paschae obseruatione conscribit *manu antiqua margo C: quae videntur sumpta esse ex Hydatii chronicis.*

378, 2 miliario] a miliario *C* 380, 1 amborum augustorum] ambra augr *C* 380, 2 costantinopolim *C* 382, 1 sacofago *C*[a]

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.

p. Chr.

383. Merobaude II et Saturnino.

1. His conss. levatus est Arcadius Aug. Constantinopolim in miliario VII in tribunali a Theodosio Aug. patre suo die XVII kal. Feb.
2. Et ipso anno ingressum est Constantinopolim corpus Constantiae filiae Aug. Constantini die II id. Sep.

384. Ricomeri et Clearcho.

1. His conss. introierunt Constantinopolim legati Persarum.
2. Ipso anno natus est Honorius nob. in purpuris die V id. Sep.

385. Arcadio Aug. et Bautono.

386. Honorio nob. et Euvodio.

1. His conss. victi atque expugnati et in Romania captivi adducti gens Greothyngiorum a nostris Theodosio et Arcadio.
2. deinde cum victoria et triumfo ingressi sunt Constantinopolim die IIII id. Oct.

387. Valerio III et Eutropio.

1. His conss. quinquennalia Arcadius Aug. propria cum Theodosio Aug. patre suo editionibus ludisque celebravit die XVII kal. Feb.

388. Theodosio Aug. II et Cynegio cons.

1. His conss. defunctus est Cynegius praefectus Orientis in consulatu suo Constantinopolim. hic universas provincias longi temporis labe deceptas in statum pristinum revocavit et usque ad Egyptum penetravit et simulacra gentium evertit. unde cum magno fletu totius populi

CHRONICON PASCHALE.

ὑπ. Μερωβαύδου καὶ Σατορνίνου.

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Ἀρκάδιος Αὔγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Θεοδοσίου τοῦ Αὐγούστου ἀνηγορεύθη μηνὶ αὐδυναίῳ (ἀβδυνεω cod.) πρὸ ιδ' καλανδῶν φεβρουαρίων.*
2. *Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει εἰσῆλθεν τὸ σκήνωμα Κωνσταντίας τῆς θυγατρὸς Κωνσταντίνου Αὐγούστου ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ γορπιαίῳ (-πιέῳ cod.) πρὸ μιᾶς καλανδῶν σεπτεμβρίων καὶ κατετέθη μηνὶ ἀπελλαίῳ (ἀπηλλαίῳ cod.) καλανδαῖς δεκεμβρίαις.*

ὑπ. Ῥιχομήρου καὶ Κλεάρχου.

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων εἰσῆλθεν πρεσβευτὴς Περσῶν.*
2. *καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐγεννήθη Ὁνώριος ἀδελφὸς γνήσιος Ἀρκαδίου Αὐγούστου μηνὶ γορπιαίῳ (-πιέῳ cod.) πρὸ ε' ἰδῶν σεπτεμβρίων.*

ὑπ. Ἀρκαδίου Αὐγούστου καὶ Βαύτωνος.

ὑπ. Ὁνωρίου Καίσαρος καὶ Εὐοδίου.

ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ τὸ δ' καὶ Εὐτροπίου.

ὑπ. Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ β' καὶ Κυνηγίου.

383, 2 constanōp C 386, 2 octuber C 387, 1 theososio C[a] celebravit] celebratis C 388, 1 deceptis C[a]

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA. | *CHRONICON PASCHALE.*

p. Chr.

civitatis deductum est corpus eius ad apostolos die XIIII kal. Apr. et post annum transtulit eum matrona eius Aehantia ad Hispanias pedestre.

2. Et ipso anno occiditur hostis publicus Maximus tyrannus a Theudosio Aug. in miliario III ab Aquileia die V kal. Aug.

3. Sed et filius eius Victor occiditur post paucos dies in Gallis a comite Theudosii Aug.

389. Timasio et Promoto conss. — *ὑπ. Τιμασίου καὶ Προμώτου.*

1. His conss. introivit Theudosius Aug. in urbem Romam cum Honorio filio suo die iduum Iuniarum et dedit congiarium Romanis. — 1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων εἰσῆλθεν Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ὡνορίου, καὶ ἔστεψεν αὐτὸν ἐκεῖ εἰς βασιλέα.*

390. Valentiniano IIII et Neuterio. — *ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ τὸ δ' καὶ Νεωτερίου.*

391. Tatiano et Symmacho. — *ὑπ. Τατιανοῦ καὶ Συμμάχου.*

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Θεοδόσιος Αὔγουστος εὑρὼν τὴν κεφαλὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ παρά τινι γυναικὶ Μακεδονιανῇ ἐν Κυζίκῳ διαγούσῃ, ταύτην ἀνακομισάμενος καὶ ἐν Χαλκηδόνι τέως ἀποθέμενος, τελευταῖον ἐκ βάθρων οἶκον οἰκοδομήσας ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ἁγίου ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ Κωνσταντινουπόλεως, ἐν αὐτῷ τὴν τιμίαν κεφαλὴν τοῦ βαπτιστοῦ ἀπέθετο μηνὶ περιτίῳ πρὸ ιβ' καλανδῶν μαρτίων.*

392. Arcadio Aug. II et Rufino. — *ὑπ. Ἀρκαδίου τὸ β' καὶ Ῥουφίνου.*

1. His conss. Valentinianus iunior apud Viennam est interfectus et levavit se Eugenius tyrannus.

2. Postmodum Theodosius Aug. occidit Eugenium.

393. Theodosio Aug. ter et Abundantio. — *ὑπ. Θεοδοσίου τὸ γ' καὶ Ἀβουδαντίου (sic).*

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἀπεκεφαλίσθη Πρόκλος ἀπὸ ἐπάρχων μηνὶ ἀπελλαίῳ (-λέῳ cod.) πρὸ η' ἰδῶν δεκεμβρίων ἐν Συκαῖς.*

2. *καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐνεκαινίσθη ὁ Θεοδοσιακὸς φόρος.*

394. Arcadio Aug. III et Honorio Aug. II. — *ὑπ. Ἀρκαδίου τὸ γ' καὶ Ὡνωρίου τὸ β'.*

1. *Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐστάθη μέγας ἀνδριὰς Θεοδοσίου Αὐγούστου ἐν τῷ Θεοδοσιακῷ φόρῳ μηνὶ λώῳ (λοῷ cod.) καλανδαῖς αὐγούσταις.*

2. *Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει Διογένης ὁ τύραννος ἀπεκεφαλίσθη ἐν Ἰταλίᾳ.*

3. *Τούτῳ τῷ ἔτει ἐτελεύτησε Θεοδόσιος Αὔγουστος ἐν Μεδιολάνῳ μηνὶ αὐδυναίῳ (-νέῳ cod.) πρὸ ιζ' καλανδῶν φεβρουαρίων, ὢν ἐτῶν ξε'.*

388, 1 aehantia] a-hantia C[a] pedistre C[b], petistre C[a] 388, 2 ab] et C comite] com̄ C

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.

p. Chr.

395. Olybrio et Probino.
    1. His conss. recessit apud Mediolanum Theudosius Aug.
396. Arcadio Aug. IIII et Honorio Aug. III.
397. Attico et Caesario.
398. Honorio Aug. III *(sic)* et Eutyciano.
    1. His conss. Gildo occisus.
399. Manilio et Theudoro v̄. c̄.
    1. His conss. templa gentilium demolita sunt Ioviano et Gaudentio comitibus.
400. Stelicone v̄. c̄. cons.
401. Vincentio et Fravito.
402. Arcadio V et Honorio V.
    1. His conss. solis facta defectio III id. Nov.
403. Theudosio et Rumordio *(sic)*.
404. Honorio VI et Aristone.
    1. His conss. bellum civile fuit ex III kal. Septembr.
405. Stelicone II et Antemio.
    1. His conss. inter catholicos et Donatistas unitas facta.
406. Arcadio VI et Probo.
407. Honorio VII et Theodosio II Aug.
408. Bosso *(sic)* et Filippo.
409. Honorio VIII et Theudosio III.
    1. His conss. barbari Spanias ingressi.
410. Honorio VIIII et Varan quod fuit Tertullo.
411. Theudosio Aug. IIII.
    1. His conss. Constantini tyranni in conto caput adlatum est XIIII kal. Octob.
412. Honorio VIIII et Theudosio V.

413a. Post cons. Honorii VIIII et Theodosi V.

413b. Lucio cons.
    1. His conss. occisi sunt Iovianus Sebastianus Salustius,
    2. et Heraclianus abolitus est.

414. Constantio v̄. c̄.
415. Honorio X et Theodosio VI.
    1. His conss. sanctus Stefanus primus martyr revelatur sancto presbytero Luciano die VI feria, quae fuit tunc III non. Dec., in Hierosolimis sancto Iohanne episcopo presidente, et extant ex his gestis epistolae supra dicti presbyteri et sancti Aviti presbyteri Bracarensis, qui tunc in Hierosolimis degebant.
416. Theodosio VII et Palladio.
417. Honorio XI et Constantio II.
418. Honorio XII et Theodosio VIII.
419. Monaxio et Plenta.
    1. His conss. sanctus Iohannes Hierosolimorum episcopus, qui supra, epistolam dirigit per ecclesias orbis terrarum, quae habetur, de signis terroribusque divinitus perpetratis.
420. Theodosio VIIII et Constantio III.
421. Agricolo *(sic)* et Eustatio.
422. Honorio XIII et Theodosio X.
423. Mariniano et Asclepiodoto.
    1. His conss. Honorius Aug. recessit Ravenna.
424. Castino et Victore.
425. Theodosio XI et Valentiniano Caes.
426. Theodosio XII et Valentiniano II Aug.
427. Pierio et Artabu *(sic)*.
428. Felice et Tauro.
429. Florentio et Dionisio.
430. Theodosio XIII et Valentiniano III.
431. Basso et Antiocho.
432. Aetio et Valerio.
    1. His conss. *(sic)*.
433. Theodosio XIIII et Maximo.
434. Aspare et Ariovindo.
435. Theodosio XV et Valentiniano IIII.
436. Isiodoro *(sic)* et Senatore.
    1. His conss. *(sic.)*.
437. Atio *(sic)* II et Segisvulto.
438. Theodosio XVI et Fausto.
439. Theodosio XVII et Festo.
440. Valentiniano V et Anatholio.
441. Cyro v̄. c̄.

400 uic C   404 september C   409 ingessi C[1]   415 extante ex C: *scr.* extant de   degabant C   416 uii| C[b], uiii C[a]   419 sci ioh h. epi C   420 constantino C[a]

CONSVLARIA CONSTANTINOPOLITANA.

p. Chr.

442. Dioscoro.
443. Maximo II et Paterio.
444. Theodosio XVIII et Albino.
445. Valentiniano VI et
446. Aetio III.
447. Callepio et Ardabure.
448. Postumiano et Zenone.
449. Asturio et Protogene.
450. Valentiniano VII et Avieno.
451. Adelfio et Martiano.
452. Hirculano et Parracio.
453. Opilione.
454. Aetio IIII et Studio.
455. Valentiniano VIII et Antemio.
456. Avito Aug. cons.
457.

p. Chr.

459. Rechimero et qui de Oriente.
458. Maioriano Augusto et Ariovindo.
460. Magno et Apollonio.
461. Severiano et qui de Oriente.
   1. His conss. Maiorianus occiditur et Severus efficitur imperator.
462. Severo et Leone Augustis.
463. Basilio et Gadaifo *(sic)*.
464. Olibrio.
   1. Severus Aug. obiit.
   2. Antemius Romae imperator factus est.
   3. Adversum Wandalos grandis exercitus cum Marcellino duce dirigitur.

465—467.

468. Aug. Antimio II cons.

447 calepio C^a 459 mariano C^a 462 augis C 464, 2 factas C^a

CONSVLARIA ITALICA.

I. ANONYMI VALESIANI PARS POSTERIOR.

B = codex Berolinensis Phillipps. n. 1885 saec. IX.

[II. FASTI VINDOBONENSES PRIORES.
[III. FASTI VINDOBONENSES POSTERIORES.

V = codex Vindobonensis n. 3416 saec. XV.
S = excerpta codicis Sangallensis n. 878 saec. IX.

IV. PASCHALE CAMPANVM.

V = codex Vaticanus reginae n. 2077 saec. VI exeuntis.

V. CONTINVATIO HAVNIENSIS PROSPERI.

H = codex Havniensis n. 454 saec. XII.

VI. EXCERPTA EX BARBARO SCALIGERI.

cod. Parisinus Lat 4884 saec. VII VIII.

VII. EXCERPTA EX AGNELLI LIBRO PONTIFICALI ECCLESIAE RAVENNATIS.

cod. Mutinensis Estensis V. F. 19 saec. XV.

[ ] quae concluduntur, editori visa sunt aliena esse a chronicis Italicis.

Chronica Italica nobis dicuntur quae hodie solent significari vocabulo fastorum Ravennatium indito iis a Waitzio (*die ravennatischen Annalen als Hauptquelle für die Geschichte des Odovakar. Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften* 1865 p. 81—114) pro re nimis angusto: nam ut aliquanto antea scribi coepta sunt quam Ravenna sedes facta est imperii Occidentis, ita per plura saecula continuata non recte certae alicui urbi attribuuntur. chronica haec si ita integra ad nos pervenissent, ut ad nonum saeculum medium videntur superfuisse, aliquanto certior et plenior rerum occidentalium notitia nobis suppeteret. iam cum nobis reliquiae legendae sint diligenter et religiose, equidem editoris munus sane difficillimum ita moderatus sum, ut haec commentatio chronicorum Italicorum particulas epitomasve septem numero proponat coniunctas, neque tamen permixtas, sed iuxta positas, ut quid quaevis habeat vel non habeat, facile deprehendas. sunt autem hae:

I. chronica Theodericiana quae finiunt in regis obitu a. 526, nota sub nomine Anonymi Valesiani, partis scilicet eius posterioris, pendentia certe maiore ex parte ex consularibus Italicis, nisi forte partem eorum repraesentant non epitomatam.

II. fasti Vindobonenses priores qui nobis appellantur, adsumptis quae partem eiusdem epitomae quondam effecerunt excerptis Sangallensibus. finit epitome haec mutila in a. 573.

III. fasti Vindobonenses posteriores, quae epitome praecedenti in multis similis pervenit ad a. 387 adiunctis laciniis duabus 438—455. 495—539.

IV. paschale Campanum a. 464—543 codicis Vaticani reginae n. 2077.

V. additamenta Prosperi chronicis inserta et auctarium ad ea adiectum in codice Havniensi n. 454 maiore ex parte derivata ex chronicis Italicis epitome facta plerumque simplici, interdum duplicata vel adeo triplicata. perveniunt ad a. 625.

VI. epitome inserta chronicis Alexandrinis Graece scriptis, quorum superest versio Latina adlegata plerumque sub nomine Barbari Scaligeri. fasti finiunt in a. 387.

VII. excerpta servata apud Agnellum in libro pontificali ecclesiae Ravennatis edito saec. IX medio. perveniunt ad a. 573.

Septem harum epitomarum prima secunda tertia quinta his commentariis eduntur. quartae plenam editionem infra proponemus cum paschali Victorii Aquitani, cuius Campanum vere particula est. in sexta et septima ex editionibus iustis a viris doctis curatis nos ea selegimus, quae ad chronica Italica spectarent. de omnibus septem quae observanda habuimus, seorsum infra proponentur.

Tantum autem abest, ut septem illis epitomis chronicorum Italicorum reliquiae omnes contineantur, ut plerique huius aevi rerum scriptores plus minus inde traxisse videantur. quorum recensum subicere non supervacaneum erit.

VIII. Prosperum, qui chronica edidit primum a. 443, infra demonstrabimus consulum laterculum ex hisce chronicis deprompsisse. adnotationes quoque historicas ita adhibuit, ut in parte Hieronymiana duae, quas solas habet non

Hieronymianas, scilicet passiones Perpetuae ad a. 203 et Timothei ad a. 306, in his chronicis redeant; unde efficitur eum exemplum adhibuisse, quod per haec saecula non multo plenius esset quam sunt fasti priores Vindobonenses. etiam in auctario post finem Hieronymi adiecto iisdem consularibus eum usum esse consentaneum est, sed quid inde traxerit, in hac parte minus certo distinguitur. redibimus ad hanc quaestionem, ubi de Prosperi auctoribus disputabitur.

IX. Prosperi epitomen insertam codici Vaticano reginae n. 2077 qui confecit, pauca quae addidit ex chronicis his videtur deprompsisse. agemus de additamentis his ad Prosperum.

X. Marcellinum comitem, qui chronica primum emisit Constantinopoli a. 518, chronica Italica adhibuisse ostendunt quae infra adnotavimus ad a. 393 (p. 298 not. 3) et 418 (p. 300 not. 3).

XI. Cassiodorus in chronicis editis Ravennae a. 519 post Prosperum ab a. fere 455 chronica Italica potissimum compilavit.

XII. Iordanes in Geticis editis inter a. 526 et 533 passim ex iisdem hausit scilicet per Cassiodori historiarum libros (v. praef. meae p. XXXIX).

XIII. Marius Aventicensis, cuius chronica perveniunt ad a. 581, quae refert pertinentia ad res Italicas sane pauca et exilia, ita conveniunt cum aliis horum chronicorum reliquiis (v. p. 320 not. 1 p. 331 not. 2) ut de origine dubitare non possis.

XIV. Isidorum in chronicorum editorum primum a. 615 parte extrema Italicis consularibus usum esse in adnotatione infra p. 338 not. 4. 6 demonstravi.

XV. Auctarium, quod codices quidam Isidoriani exhibent perveniens ad a. 624, verisimile est, cum ad Havniensem epitomam prope accedat (vide p. 339 not. 3. 4), particulam esse chronicorum Italicorum adsutam a librario aliquo Isidorianis. sed cum de origine non satis constet et propter librorum notitiam narratio haec ab Isidorianis parum commode separetur, cum his edetur.

XVI. Paulus Diaconus cum in historia Romana emissa ante a. 774 tum in continuatione eius (v. quae exposui *Neues Archiv* 5, 77) historia Langobardorum, quam post multos annos scribere coepit neque absolvit, chronicis Italicis usus est, ut docuimus Droysenus in praef. ad hist. Rom. p. LVII et ego *Neues Archiv* l. c., videnturque ea significari sub nomine *annalium librorum*, unde quaedam affert de Bergomo civitate Venetiarum hist. Rom. 15, 1 et hist. Lang. 2, 14. hinc potissimum videntur proficisci quae Paulus narrat de rebus Romanorum non relata apud auctores Latinos hodie superstites, ut inter alia locus de Galla Placidia (v. p. 258 not. 1). sed quanta cautela opus sit, antequam Paulum negemus pendere ex libris quos nos quoque habemus, demonstrabitur in praefatione ad Prosperum.

XVII. Theophanes Constantinopolitanus annales edens Graece a. 812 ad res Italicas explicandas chronica haec passim adhibuit (videantur p. 298 not. 2. p. 300 n. 1. 2. p. 304 n. 1. 2. p. 305 n. 2. 3. p. 306 n. 1. 2. 3.). idem cum simul usurparit quae Barbarus Scaligeri iis immiscuit proprie Alexandrina (v. p. 294 not. 1. p. 295 not. 1. p. 297 not. 1), videtur usus esse ipsis illis chronicis Graecis, quorum pars extat Latine versa (VI).

XVIII. Adnotationes historicae numero paucae adscriptae ad laterculum Dionysii Exigui, qualem exhibent libri tres Berolinensis Phillippsianorum n. 1831 et Coloniensis n. 103 et Romanus Minervae B. IV. 18, editae infra cum laterculo Victorii Aquitani et ipsae redeunt ad chronica Italica (v. infra p. 298 not. 4. p. 300 not. 3).

Contra horum chronicorum copia neque Gregorio Turonensi[1]) videtur fuisse neque Bedae.

Ex consularibus Italicis quid traxerint auctores hi multi et varii, in coniectura positum est eaque ne ibi quidem certa, ubi in universum constat auctorem de quo agitur consularia illa adhibuisse: nam multiformia circumferebantur ampliata modo, modo breviata et ad hunc vel illum annum deducta, neque editoris est propagationes has omnes persequi et quatenus fieri potest determinare, et quamquam in adnotatione passim auctores modo recensitos adlegavi, ut componant testimonia et in auctoritatem inquirant reliqui iis, qui res gestas examinant. ipsos annales restituere qui temptant, vereor ne in plerisque operam perdant fluctuantes inter notitiarum certarum exilitatem et paucitatem et coniecturarum temeritatem et *ἀοριστίαν.*[2]) — Hoc moneo reliquias consularium Italicorum qui alias cum aliis comparet, ei cavendum esse, ne differentiis in annorum quasi vocabulis nimium tribuat: haec enim per haec tempora multo magis librariorum sunt quam auctorum. scilicet annus utrum per postconsulatum enuntietur an per consules suos, item utrum consul Occidentis solus nominetur an addatur collega post intervallum saepe non exiguum de Oriente nuntiatus, non tam ab auctore pendere quam ex notitia et licentia librarii aequalis vel supparis aetatis declarant, quotquot huius aetatis documenta supersunt, maxime Prosperi chronicorum et Victoriani laterculi scripti codices. adiectionis secundi nominis vestigium passim ita remanet, ut quae singularibus consulibus ad spatium aliquo modo explendum addi solet in huius aevi laterculis formula in paribus raro usurpata *v. c. cons.*, ea locum retinuerit ante collegam. itaque eiusmodi diversitates ubi reperiuntur, eae non impediunt, quominus adnotationes ad eundem auctorem primarium referantur.

1) In historia Francorum, quam c. a. 594 absolvit, l. 2 c. 9 colligens quae apud auctores de Francorum rebus antiquioribus reppererit quod scribit: *et in consularibus legimus Theudomerem regem Francorum filium Richimeris quondam et Asculam matrem eius gladio interfectos*, id nullo iure ad consularia Italica refertur. res plane ignota (nam mera coniectura Fredegariana compilatio 3, 9 Gregorii locum ita exscribit, ut Theudomerum hunc patrem faciat Chlogionis, avum Merovechi), neque ullo indicio probatur hanc notitiam ad Italiam pertinere.

2) Restitutionem qui suscipiet quamnam viam tenere debeat, exemplum esto narratio ad a. 388 de caede Maximi translata, quantum apparet, ex annalibus Constantinopolitanis (supra p. 244) cum in Hydatii commentarios tum in fastos Vindobonenses posteriores (priores deficiunt) et in chronica Prosperi (aucta in Havniensi) Marcellini Theophanis ita, ut excerpta haec alia servarent in annalibus Constantinopolitanis quos nos habemus praetermissa, alia corrumperent diverse sic fere:

hostis publicus Maximus tyrannus a Theodosio Aug.	*Const. et ceteri;* Valentinianum *Theodosio adiungunt Prosper et Marcell.*
spoliatus indumentis regiis sistitur	*Prosper*
et capite damnatur	*Prosper et ceteri*
in miliario III ab Aquileia	*Const., Prosper, Hydat.;* apud Aquileiam *Marcell.*
die V k. Aug.	*Const., Hydat.,* XII kal. Aug. *Theophanes,* V k. Sept. *fast. Vind.*
sed et filius eius Victor occiditur	*Const., Prosp., Hydat.*
post paucos dies	*Const.,* eodem anno *Prosp.,* eodem tempore vel ipso anno *Hydat.*
in Galliis	*Const., Prosp., Hydat.;* apud Aquileiam *Marcell.*
ab Arbogaste	*Prosp., Hydat.*
qui ex genere Francorum erat	*Havn.*
comite Theodosii Augusti.	*Const., Prosp., Hydat.*

Quae subiungit Marcellinus: *Andragathius comes morte Maximi cognita praecipitem sese e navi in undas dedit ac suffocatus est*, sumpsit ex Orosio 7, 35, 5, item ex Socrate hist. eccl. 5, 14 quae subiungit Theophanes: *Θεοδόσιος ἀνεῖλε Ἀνδραγάθιον τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ ὡς δολοφονήσαντα Γρατιανόν.* — Ita quae componuntur raro ad certos fines redigi possunt, et saepissime manet incertum, utrum hanc vel illam notitiam auctor posterior derivarit ex primario sibi viso integriore an eam aliunde adsciverit vel adeo temere excogitarit. denique nemo negabit eiusmodi restituendi temptamina, utut de iis iudicabitur, ab editoris officio procul habenda esse.

Chronica Italica per tria saecula continuata quamquam, ut hodie res se habent, pro uno opere tractantur et eduntur, ita comprehenduntur sine dubio sub eodem nomine non solum narrationes plurium auctorum per vices sese excipientium, sed etiam recensiones et maxime breviationes et amplificationes variae et diversae. insigne eius diversitatis documentum est narratio de ponte Apollinari Ravennae urbis cremato *nocte in pascha* secundum fastos Vindobonenses priores (p. 312 c. 637) *a. d. XV k. Mai.*, secundum Agnellum (infra p. 313) *a. d. IV non. Apr.:* scilicet cum illud pascha sit a. 488, hoc pascha a. 489, in primaria recensione dies non adscriptus fuerit necesse est, deinde expletus adsumpto laterculo paschali, sed ita ut ad notitiam in altero utro exemplari loco motam dies adscriberetur supplemento duplici. chronica ipsa si superessent, distribuenda forent inter auctores diversos et deinde inquirendum, quo tempore et quo loco singuli scripsissent, et deprehenderentur fortasse diversitates non leves, forma modo amplior modo exilis, studia partium modo haec modo illa. iam miserrimus status reliquiarum cum hasce quaestiones fere praeciderit, pauca sunt quae de operis fundamento et incremento proferri possint neque tamen omittenda.

Fundamentum chronicorum consularia sunt quae supra edidimus Constantinopolitana: scilicet non solum in iis quae de imperio indiviso referuntur aliquoties (vide quae de rebus gestis a. 388 supra p. 253 adn. observavi et infra adnotationem 2 p. 298 ad a. 389), sed fastorum laterculum horum chronicorum mox ostendemus inniti fastis Constantinopolitanis. at generatio haec communis eo quodammodo tegitur, quod in chronicis his de rebus gestis ante obitum Theodosii magni narrantur perpauca et parum utilia, contra post divisum imperium Orientis et Occidentis etiam narrandarum rerum gestarum communione imminuta annales iam existunt alii Orientis potissimum, qui sunt Constantinopolitani supra editi, alii Occidentis, scilicet qui iam a nobis eduntur versantes toti in rebus occidentalibus et ad eas cognoscendas summae utilitatis.

Annales hi incipiunt ab ipsa urbe condita. regum indicem servaverunt epitomae duae Barbari et Vindobonensis prior consentientes in eo, quod omittitur Ancus, id quod praeter hos duos indices nullus admisit.[1]) cum adsint reges, consulum laterculus a regibus inde exactis abesse non potuit, sed eum epitome nulla integrum servavit. nam ex quattuor fastorum exemplis quae aetatem tulerunt tria, scilicet fasti Vindobonenses utrique et Barbari Scaligerani, incipiunt a Caesare dictatore, quartum Prosperi a passione Christi. fasti omnes quaterni superstructi sunt urbanis iis de quibus egimus p. 199 seq. in consularibus Constantinopolitanis: nam quamquam horum vitia aliquot non redeunt in Italicis (adsunt consulatus p. Chr. 4 et 73 et iusto loco ponuntur p. Chr. 12 et 34 nec geminatur consulatus a. 52), ita, ut mittam errores minores, geminationes male admissae sex numero, scilicet a. u. c. 732. 736. 740. p. Chr. 14. 29. 161 omnibus communes sunt,[2]) nisi quod in Prosperianis cum deficiant priora, duae postremae solae inveniuntur. sed praeter hos, quorum culpam sustinet laterculus adhibitus a chronicorum Italicorum auctore primo, errorum ab illo laterculo alienorum et his omnibus quatenus extant communium numerus deprehenditur ingens et tertio regi omisso recte respondens. omnes enumerare nihil attinet, sed ponam graviores, maxime quoniam eiusmodi consensus

1) Syncellum Gelzer (Afric. 2, 226) ait praeter indicem solitum septem regum, quem sequitur, hunc quoque novisse, propterea quod ait p. 398 quosdam historicorum Tullum recensere non secundo loco post Romulum, sed quinto, sic ordinantes: Romulus — Numa — Ancus — Tarquinius Priscus — Servius Tullius — Tullus Hostilius, alios autem quartum locum a Romulo Tullo adsignare, scilicet ordine hoc: Romulus — Numa — Ancus — Tarquinius Priscus — Tullus Hostilius — Servius Tullius. sed neuter ordo is est de quo agitur.

2) Fasti paschalis Cizensis scripti a. 447 communem cum Constantinopolitanis et Italicis habent unum errorem, nimirum consulatum duorum Augustorum a. 161 male geminatum, contra a. 29 recte exhibent et in universum quatenus noti sunt longius recedunt ab utrisque cum virtutibus suis tum erroribus propriis.

in falsis summam vim habet ad originem communem demonstrandam. omnino errores multi tolluntur ternis quaternisve fastis inter se collatis, qua de re hoc unum adnoto, ne quis Prosperi fastos propter nescio quam librorum fidem vel certi auctoris nomen suspicioni minus obnoxios esse credat, eos reliquis nequaquam praestare, maxime a Vindobonensibus prioribus saepenumero superari. errores Prospero proprii inter alios sunt omissi consules a. 31. 32. 40. 43. 56. 63. 276 et alter a. 222, additi inter a. 226 et 227 ficticii *Anniano et Maximo* (quamquam his fortasse respondent eodem fere loco interpositi in Vindobonensibus posterioribus item ficticii *Faustino et Maximo*), adiectus ad a. 311 ad consulem solitarium fastorum meliorum Maximianum VIII consul alter ficticius *Licinius* (pro quo laterculi duo Vindobonenses inserunt item confictum *Constantinum*), pro consulibus a. 230 *Agricola et Clemente* interpolati anni 221 *Gratus et Seleucus,* factus consul a. 140 *Praesens II* pro *Vero II*, a. 216 *Venustus* pro *Anulino,* a. 261 *Gentianus* pro *Volusiano.* raro a reliquis Prosper ita differt, ut non peccet; ita consul a. 238 *Proculus Pontianus* Prospero est *Proculus*, Vindobonensibus *Pontianus.* vitia illa plurima et gravissima obstant coniecturae per se facili laterculos reliquos ex Prosperiano interpolatos esse;[1]) certe hoc si evenisset, ex supra recensitis quaedam in illis comparerent. missis igitur his vel erroribus vel interpolationibus, quorum culpam penes Prosperum esse dubium non est, ii qui sequuntur cum a consularibus Orientis alieni tum omnibus exemplaribus chronicorum Italicorum communes ad eorum auctorem primarium iure referentur.

consulatus corrupti: a. 66 *Celsino* (vel *Longino*) *et Apuleio* pro *Telesino et Paullino* — a. 109 *Africano et Crispino* pro *Palma et Tullo* — cet.

consulatus transpositi: 73 post 81 — 77 post 78 — 96 post 97.

consulatus omissi: 59. 80. 82. 87, ubi omisso consulatu Domitiani decimo sequentium numeri propterea imminuuntur.

consulatus inserti ficticii:

inter p. Chr. 38/9 Publicola et Nerva (vere a. u. c. 718).
inter p. Chr. 41/2 Saturnino II et Venusto.
inter p. Chr. 51/2 { Silvano et Silio. / Tiberio III et Antonino. }
inter p. Chr. 70/1 Vespasiano II et Tito II.
inter p. Chr. 96/8 Sabino et Antonino.
inter p. Chr. 117/8 Claro et Alexandro.
inter p. Chr. 145/6 Grato et Seleuco (vere p. Chr. 221).
inter p. Chr. 344/5 Constantio IIII et Constante (consulatus est a. 346 suo loco repetitus sub nomine *p. c. Amantii et Albini:* habent geminationem fasti Prosperiani, Vindobonenses posteriores, Barbari, non habent Vindobonenses priores).

Geminatio extrema ut facili errore explicatur, ita ex fastis quaternis in ternis solis reperitur. sed vitia commissa in fastis saeculi primi secundique et vere omnibus communia sunt et tam multa numero et condicione tam gravia, ut vix a fraudis suspicione abstineas. quamquam quo consilio in laterculum introducta sint reperire non potui. utut est, ubi quaerimus quo tempore et quo loco originem ceperint, id est quando et ubi recepta sint in consularia urbana non incorrupta, sed a fraude certe immunia ea, quae supra vidimus aetate Constantiniana ex vetere Roma in novam transiisse, hoc respon-

1) Hanc coniecturam fallaci subscriptione fastorum Vindobonensium deteriorum ad a. 378: *his conss. Horosius et Prosper fecerunt cronicas* aliquatenus defensam emisi in editione chronographi a. 354 p. 656, sed mox abieci edens chronica Cassiodori p. 676 reiecitque item Kaufmannus philol. 34 (1876) p. 408.

debimus binos ex fastis illis, Barbari et Vindobonenses posteriores, finire in a. 387 et non post eum annum, fortasse eo anno ipso consularia haec prodiisse videri.

Praeter fastos etiam adnotationes adfuisse vel inde colligitur, quod non defuerunt in archetypo sub Constantino Constantinopolim delato et reperiuntur quaedam parilis omnino originis in exemplaribus diversis. ita de inundatione ad a. p. Chr. 363 terni fasti ex quaternis iisdem fere verbis referunt et ad a. 383 quod in universum recte adnotant fasti Vindobonenses priores: *eo anno natus est Honorius Constantinopoli V id. Sept. et levatus est Arcadius* redit apud Barbarum corruptum et bipertitum sic ad a. 381: *eodem anno coronatus est in imperio Arcadius in Constantinopolim V idus Septembris* et ad a. 385: *eo anno natus est Honorius in Constantinopolim V idus Sept.* — Ad locum quod attinet, prodierunt omnino in Italia, probabiliter Romae: nam in hisce adnotationibus res quae referuntur neque communes sunt imperii Romani, Italiam potissimum respiciunt. ex Pannonia quod affertur ad a. 375, ab Italico auctore non abhorret nec magis quod adnotavit de Lucae et Andreae reliquiis Constantinopolim adlatis a. 336 Iun. 22, pro quo cum secundum chronica Hieronymi a. Abr. 2373 et Constantinopolitana (ad h. a.) ponendus fuerit a. 357 Mart. 3, ipse error prodit auctorem exterum.

Cyclorum paschalium cum nulla mentio fiat neque in fastis Vindobonensibus melioribus neque apud Alexandrinum, auctor communis ab iis abstinuerit necesse est. qui reperiuntur in fastis Vindobonensibus deterioribus (nam de Prosperianis vel potius apud Prosperum interpolatis plane diversis ad eum exponetur):

[29]—[112] *ad a. 117:* fiunt a passione domini usque ad consulatum Nigri et Aproniani anni LXXXIIII.
[113]—[196] *ad a. 197:* his consulibus revolutus est cyclus paschalis.
[197]—280: his conss. revolutus est cyclus paschalis III.
281—[364]: *ad a. 370:* his conss. revolutus est cyclus paschalis IIII.
[365]—448: his conss. revolutus est cyclus paschalis V.
449—532: his conss. revolutus est cyclus paschalis VI, qui fiunt anni DIIII.

similes sunt cyclis paschalis Cizensis editi a. 447, neque tamen iidem, nam in eo exordia cycli fortasse quarti, certe sexti veris annis adscribuntur, tertii errore diverso anno 192. neque crediderim Vindobonensis libri cyclos insertos esse ex paschali eo (Rossi inscr. chr. II p. XCIII; Krusch *Studien* p. 127), sed ad easdem fere leges ordinatos. scilicet sequioris aetatis chronographi cum numerum annorum ab anno passionis sive duorum Geminorum ad praesentem in universum recte vel fere recte tenerent, applicantes eum ad laterculos male corruptos consulatibus aliis omissis, aliis interpolatis curam egerunt, ut errores utrimque sese compensarent. adscriptiones supra relatas a veris fastis ita recedentes, ut adnotavi, probabile est exactas esse ad fastos iam male corruptos, exempli causa a consulatu duorum Geminorum ad Nigri et Aproniani in archetypo eo, ad quod cycli adnotati sunt, recte dinumeratos esse consulatus LXXXIV. in ipsis fastis Vindobonensibus deterioribus dinumeratio ea institui non potest, cum deficiant in exemplari a. 46—75: substituto pro iis exemplari altero numerantur consulatus LXXXII.

Chronica emissa anno ut videtur 387 deinceps videmus continuata esse, non publico iussu, certe eiusmodi originis neque testimonia ulla adsunt neque in ipsis reliquiis indicium, sed ni fallor bibliopolae curaverunt, ut exemplaria quae venalia haberent ad annum pertingerent, quo venum irent. continuationes quoque omnes in Italia scriptae sunt. fasti sunt occidentales meri: a. 381 Syagrius praeponitur Eucherio etiam in versione Alexandrina et per saeculum quintum sextumque consules occidentales aut soli nominantur aut priores (primus qui quidem supersit Dioscorus est a. 442); et cum hos appareat in archetypo recte et plene perscriptos fuisse, in orientalibus turbae multae deprehenduntur ex parte sine dubio redeuntes ad ipsos consularium auctores. res quae

referuntur omnes fere Italicae sunt; accedit Pannonica ad a. 455. ubinam in Italia scripta sint, minus certum est. sedes imperii cum a. 401 Mediolano transferretur Ravennam, probabile est consularium publicationem a consulum renuntiatione publica pendentem et ita cum sede imperii coniunctam item transiisse Ravennam: certe consularia posteriora, maxime aetatis Theodericianae in rebus ad Ravennam gestis ita versantur, ut non solum propter sedem administrationis Italiae ibi collocatam, sed etiam propter domicilium scriptoris primum locum eae sibi videantur vindicare. hoc notabile, quod per a. 455—493, quorum habemus epitomen breviatam magis quam immutatam, *dominus noster* in ea praescribitur Augustis constanter, scilicet Maioriano a. 457, Severo a. 461, Anthemio a. 467, Nepoti a. 474, Anastasio a. 492, item *dominus* dicitur Theodericus a. 493, unde intellegitur consularia haec prodiisse nullo intervallo facto, sed per annos singulos continuata: nam ita non appellatur nisi princeps dum superest et imperium administrat.

Per tempora belli gesti inter Gothos et Iustinianum consulatus illis proprii reperiuntur nulli, sed sequuntur fasti nuncupationem consularem Constantinopolitanam: probabile igitur hanc partem consularium post devictos Gothos instauratam esse ad iussum victoris. per haec tempora consularia continuata esse cura Maximiani archiepiscopi Ravennatis significat Agnellus, ut observavit Waitzius (*Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften* 1865 p. 112) adsentiente inter alios Holdero Eggero (in praefatione ad Agnelli librum pontificalem ecclesiae Ravennatis p. 275). de Maximiano quae comperta habemus, omnia veniunt ex laudato libro Agnelli scripto c. a. 850. eo teste (c. 70. 82 cf. 92) Maximianus (fortasse is ipse, quem sub Vitalis nomine celebrat Venantius Fortunatus carm. 1, 1) natus Polae c. a. 498 cum per tempora belli Gothici Constantinopolim profectus ibi favorem imperatoris sibi conciliasset, quinquies p. c. Basilii pridie idus Oct., id est a. 546 Oct. 14 Patris a papa Vigilio consecratus est archiepiscopus urbis Ravennae paullo ante a Belisario receptae, quam sedem tenens obiit a. 556 vel 557 VIII kal. Martias. de eo Agnellus c. 78: 'navigaverat', inquit, 'iam 'hic beatissimus antea partibus Orientis (orientalis *cod.*), sicut ipse in suis voluminibus 'loquitur dicens: "in Alexandria vero nulla extrinsecus mali causa, sed quod genus "hominum ferox seditiosum semper inquietum est, civile inter se motum est bellum, "non virtutis merito neque ob defensionem, sed ob necem atque interitum civium com-"moti universi praefectum suum *[scilicet Theodosium Calliopii filium a. 515/6. cf. Malalas p. 400 Bonn. cet.]* "intra ecclesiam occiderunt, ut (*cod.* quod) iam ante annos aliquantos "(antea aliquanti *cod.*) similiter episcopum suum *[Proterium a. 457 d. Mart. 28]* accu-"santes haereticum interfecerant. quo comperto imperator *[Anastasius]* in iram versus "funditus civitatem iussit everti. denique misso alio praefecto nomine Laudicio intra "ipsam civitatem XL viros per singulas regiones in ligno suspendit. sed tunc elabo-"ravit Dioscorus *[c. a. 517. 518]* eiusdem [urbis] episcopus et manifeste posuit animam "suam pro ovibus suis electique ex heremo monachi apud imperatorem properant atque "excessu civium veniam exorant. tunc imperator cessit sacerdotibus et deinceps cavere "a talibus mandavit. huic episcopo apud Alexandriam Timotheus successit *[a. 519—536]*, "quem ego navigans Orientem in sua civitate bene administrantem vidi. sed ante "pauca *(imperante Iustino c. a. 523: cf. Malalas p. 418 Bonn., Euagrius 4, 8 al.)* Nazarba *[= Anazarbus]* "civitas Ciliciae terrae motu facto concidit, in qua perisse ferunt am-"plius XXX milia hominum". haec pontificis verba sunt. post beatum Hieronymum et 'Orosium vel alios historiographos iste in chronicis laboravit et istos secutus per diversos 'libros nobiliorum principum non solum ipsorum (inpiorum *cod.*) inperatorum, sed et re-'gum et praefectorum *[scilicet Italiae]* suam propriam chronicam exaravit'. quae de itinere c. a. 530 in Orientem suscepto Maximianus narrat, cum chronicis parum conveniant, magis videntur proficisci ex schediasmatis eiusdem aliis, quorum Agnellus

c. 81 postquam dixit de codicibus ecclesiasticis ab eo emendatis et de missalibus, quorum 'grande volumen mire exaratum' ecclesiae suae reliquit, ita meminit: 'modicum de 'illius habemus dictis quae [*fortasse scr.* dictatis quia] Romam transmeata sunt et 'quantum ibidem cogniti sunt, Romulides qui [*fortasse scr.* ibi] viderunt XII libros sub 'uno volumine exaratos'. chronica autem Agnellus laudat etiam c. 42, postquam dixit de Galla Placidia: 'et si vultis eius requirere genealogiam (analogiam *cod.*), Maximiani 'archiepiscopi chronicam legite, ibi plura de ea et de multis imperatoribus et regibus 'invenietis' [1]), et redit fortasse ad eundem narratio, de qua supra (p. 256) dixi, relata non apud Prosperum, sed in epitomis tribus Barbari et Vindobonensibus duabus de reliquiis sanctorum Andreae et Lucae translatis Constantinopolim a. 336 Iun. 22, unica chronicorum horum quae ad res Orientis respiciat quaeque exterum prodit etiam eo quod errat: vere enim translatio illa evenit a. 357 Mart. 3 testibus Hieronymo a. Abr. 2373 et chronicis Constantinopolitanis ad eum annum (supra p. 238). Maximiano autem egregie convenit, quippe qui teste Agnello c. 76 Constantinopolim profectus sit ut corpus Andreae ab imperatore Iustiniano impetraret transferendum Ravennam et eo negato barbam certe abscissam inde domum rettulerit ibique Andreae basilicam dedicaverit, quam carminibus suis (I, 1. 2) Venantius Fortunatus celebravit. sed ut secundum haec Maximianum in his chronicis aliquatenus operam posuisse dubitari non potest, ita cave plurium saeculorum opus ei tamquam auctori tribuas. dictio episcopi qualis fuerit cum ex supra adlatis intellegatur, proba ea satis et elegans adeo pro aetatis ratione ab anonymi Valesiani narratione barbara et passim inepta tota recedit nec fieri potest, ut ab eodem homine ambae proficiscantur. quapropter verisimile est Maximianum chronica haec non tam scripsisse quam continuavisse post Gothorum regnum eversum et priora subinde retractavisse. hoc secundum locos Agnelli modo relatos elucet in brevibus rerum gestarum adnotationibus Maximiani chronica nequaquam se continuisse, sed imaginem aliquam cum imperatorum Romanorum tum regum Ostrogothorum et post praefectorum Constantinopoli missorum inde peti potuisse, confirmaturque id maxime margine libri Havniensis. eam autem formam chronicis his vix Maximianus demum indidit: sed quatenus tradita aut adsciverit aut ampliarit aut breviarit, nobis non datum est scire.

Etiam post Maximianum defunctum a. 556/7 chronica haec continuata esse ex ipso Agnello intellegitur, quippe qui res gestas in iis repperit perscriptas ad a. 572, videnturque quae leguntur apud Havniensem et Paulum de rebus cum Constantinopolitanis et Orientalibus tum spectantibus ad Occidentis partes Byzantiorum imperio parentes ex hac continuatione potissimum proficisci. sed de Langobardis, qui a. 568 in Italiam intraverunt, quae narrantur utrum ad nos pervenerint ex iisdem chronicis excerpta an ex gestis eorum seorsum traditis, certis argumentis determinari non potest. adhibuit Paulus diaconus Secundi Tridentini gesta Langobardorum continuata usque ad scriptoris tempora defuncti a. 612, et extat quae mihi ex gestis iis excerpta videtur 'origo gentis Langobardorum' (v. *neues Archiv* 5, 72 seq.): sed is liber ut ad solas res Langobardorum pertinere potuit, ita etiam reliquam Italiam Orientis imperio subditam aliquatenus respicere et chronica Maximiani quodammodo continuare. certum de libris hisce deperditis iudicium ferre nos iis relinquemus, qui ad exemplum philologorum ex uno versu et duobus vocabulis Sophocleam tragoediam redintegrantium rerum gestarum scriptores amissos per somnia conspiciunt et deinde gravitate nugatoria publice onirocritici procedunt.

1) Intellegit quae servavit unus Paulus diaconus h. R. 12, 7: *(Theodosio) sociata in coniugio Flaccilla fuit, ex qua Archadium et Honorium generavit, qua defuncta Gallam, Valentiniani maioris et Iustinae filiam, Valentiniani quoque iunioris sororem in matrimonium duxit, quae ei Placidiam peperit, cui postea de matris nomine Gallae cognomentum accessit.* ad hunc locum vere a Paulo adhibitum esse auctorem deperditum inde colligitur, quod alterum Placidiae nomen Gallae firmatum a Graecis auctoribus (chron. pasch. ad a. 385; Theophanes ad a. m. 5911. 5915. 5926) et elogio Ravennate (C. I. L. XI, 276) apud alium scriptorem Latinum nullum reperitur.

I. ANONYMI VALESIANI PARS POSTERIOR.

Chronica Theodericiana quae nobis appellantur, hodie nota praesertim sub titulo Anonymi Valesiani, scilicet partis eius alterius c. 7, 36 ad 16, 96, in libro hodie Berolinensi saeculi noni, de quo supra p. 3 seq. exposuimus, inscripta sunt *item ex libris chronicorum inter cetera*, in altero, quo continentur, scilicet Vaticano Palatino Lat. n. 927 saec. XII ita intitulata: *de adventu Oduachar regis Cyrorum et Erulorum in Italia et quomodo rex Theodericus eum fuerit persecutus.* quaenam ratio intercedat inter duos eos libros antequam exponamus, post Bethmannum (*Archiv für deutsche Geschichtsforschung* vol. 12 a. 1874 p. 345), qui primus ad Palatinum librum attendit, et Zangemeisterum, qui data opera egit de chronicis Theodericianis libri Palatini (mus. Rhen. vol. 30 a. 1875 p. 309—316), explicandum est quae eo contineantur; nam ut Berolinensis, ita Palatinus quoque corpus quoddam scriptorum historicorum repraesentat neque recte de singulis iudicari potest nisi utriusque syllogae condicione proposita.

Codex Berolinensi tribus saeculis recentior Palatinus Vaticanus 927 membr. fol. min. scriptus est incipiente saeculo XII in monasterio Montis Oliveti prope Veronam. scilicet praescriptum est f. 3 post epitaphium Petri Comestoris carmen hoc:

Codex in quo legis ist e,	lector veneran de,
sancte trinitatis ess e	scias sine frau de,
cuius situm est ovil e	pulcherrimum val de
parum a Verona long e	digna magna lau de.
Mons Oliveti vocatu r	monticulus il le
quia ibi imperato r	cum equestris mil le
ab episcopo qui pasto r	erat huius ter re
ramos olive gratante r	dign[at]us est suscipe re

et subscriptum in fine f. 214 manu non multum posteriore: *anno ab incarnatione d. n. I. Xr. MCXVII indictione decima II iduum Ian. consecratum est hoc templum in honore sanctae Trinitatis et beate Mariae semper virginis et omnium sanctorum.* sequuntur scripti manibus posterioribus diversis annales Veronenses ab a. 1118 ad 1222 editi SS. vol. XIX p. 1 seq. Primus librarius quae scripsit haec sunt.

f. 3′—6 *opus excerptum ex libro Orosii secundo.* incipit a principio libri eius.

f. 6′—18 *historiarum Pompei Trogi epitoma,* scilicet l. I. II ad c. 5, 12. XLIII ad c. 2, 10. adhibuit haec in edendo Iustino Ruehlius (praef. p. X).

f. 18′—31′ *de sex huius seculi etatibus.* epitoma est chronicorum maiorum Bedae continuata ad a. 843; incipit: *prima est ergo mundi huius etas.* continuatio suo loco edetur.

f. 32—45 *excerptum ex chronica Eusebii* secundum regna plane conveniens iis quae sub eodem titulo leguntur in Berolinensi (supra p. 4 op. XII), nisi quod haec integra sunt; finit: *Lydorum regnum destructum quod stetit annis CC et XXX.*

f. 46. 47 *regnum Romanorum.* incipit: *primus omni Asiae,* finit: *arripuit imperium olympiade centesima octuagesima quarta,* plane ut excerpta quae antecedunt modo recensita in Berolinensi (l. c.).

f. 47—57 *epythoma ex libris Eutropi Victorini* (sic corruptum ex $\overline{vi}$) *historici de consulibus,* similis excerptis Berolinensibus (p. 4 op. V), sed alia omittit in his relata, alia habet ibi omissa, collocata autem suo ordine omnia (cf. Droysen l. c.)

f. 57 *epythoma ex libro Orosii presbyteri quos ipse . . . deflorarit.* incipit *Galli Senones duce Brenno* (2, 19, 5), finit f. 59 *subuersis Thebis in Persas arma corripuit* (3, 16, 3 mut.).

f. 59 *Pompeius Trogus.* Iustini haec incipiunt *item Alexander obtinuit Babylonem interfecto Dario, in quo regnum Persarum destructum est. reuersus igitur Babylona* (12, 13, 6), finiunt *potioni supermiserunt* (12, 14, 9). sequuntur compendiata quaedam de successoribus Alexandri.

f. 59—67 Orosiana rursus incipientia *anno ab urbe condita CCLXX Tarentini* (4, 3, 1), finiunt *Gallerium Caesares fecit* (7, 25, 5).

f. 67 sequitur laterculus imperatorum Romanorum; interpositis hic illic Orosianis pleraque veniunt ex Bedae chronicis maioribus. finiunt ut finit Beda: *Theodosius ann. I Tyberio . . . revertitur. Leo annos XXIII menses tres dies XIIII.* tres paginae sequuntur non scriptae.

f. 74—122 *opus excertum* (sic) *ex historia ecclesiastica Cassyodori Senatoris.* incipit *Crispo et Constantino* (1, 4), finit in ipso operis fine *consulatu decimo septimo imperatoris Theodosii. percontuli* [sic].

f. 122′. 123 excerpta ex Isidori historia Gothorum suo loco adhibita.

f. 123′—125 *de forma regis Attile et malis quae in Italia gessit ex libro Iordanis hystoriografi inter cetera,* scilicet Get. 34, 178 *Attila Hunnorum* — 49, 258 *mercede trucidarunt* (cf. Iordanis ed. meae praef. p. LV).

f. 126—135′ chronica Theodericiana (Anon. Vales. 36 — fin.) inscripta, ut supra dictum est, omissis aliis, aliis ex Iordanis Geticis adsumptis, sicut infra relatum est.

f. 135′—211 *de origine gentis Langobardorum et gestis,* scilicet Pauli historia Langobardorum non epitomata (cf. scr. rer. Lang. p. 37).

f. 211—213 continuatio eius ad a. 825 ex hoc solo libro nota, edita post Paulum l. c. p. 200—203.

Pleraque igitur cum in corpore utroque pariter inveniantur, alia uterque propria habet, ut Palatinus quaedam Iustini et Eutropii a Berolinensi aliena, item Orosiana in hoc non reperta, neque credibile est haec scripta fuisse in foliis Berolinensis libri hodie deperditis. praeterea quod imperatorum recensus in Berolinensi libro pervenit ad a. 820, in Palatino ad a. 843, satis declarat Palatinum librum descriptum esse ex codice Berolinensi simillimo, sed diverso et paullo recentiore. nihilominus Palatinum mihi constitit derivatum esse ex Berolinensi, scilicet per interpositum exemplar hodie deperditum ex Berolinensi c. a. 843 descriptum, fortasse ab ipso eo librario, qui Berolinensem exaravit vel socio eius et collega; quo sumpto non mirum est in excerpendis auctoribus quaedam eum immutasse. certe in chronicis Theodericianis libri Palatini non solum alia desiderantur, quae reperiuntur in Berolinensi, alia inserta sunt ex Iordane, a quibus item Berolinensis immunis mansit, sed praeterea ubicumque scriptura in Berolinensi mutata est a manu posteriore et mutata fere in peius, Palatinus eandem interpolationem reddit, saepissime adeo auget, neque ullum locum inveni, cui Palatinus vere opem ferret: nam si qua habet meliora, ea levia sunt et facili coniectura adsequenda. retinui Palatini libri lectionem variam exceptis orthographicis, ne quid nimium mihi adrogarem: sed si quid video, totus abiciendus est et textus formandus ad Berolinensis libri manum pristinam. nam emendatorem quoque supra iam p. 6 monui nullo exemplo usum ad arbitrium et saepe temere verba mutavisse. verum vestigiave eius quaerenda esse in sola Berolinensis manu prima reiectis lectionibus tam emendatoris eius quam libri Palatini maxime intellegitur in excerptis Eugippianis c. 45—48 collatis ipsius Eugippii codicibus. sed hanc quoque narrationem pariter atque Constantinianam una traditam ante emendatorem ipse epitomator passim interpolavit, ut in ipsis Eugippianis gemi-

natio deprehenditur adscriptis p. 315, 13 ad *inquit* genuinum verbis insiticiis *qui dixit eis*. eiusdem generis corruptelae sunt p. 324, 22 *placuit omnibus gentibus* pro eo quod requiritur *placavit omnes gentes*, 326, 4 *nuntiatus est* insertum iuxta verum *renuntiaret[ur]*, 326, 38 *id est altarium* additum ad *oratorium*.

Chronica haec perveniunt ad mortem usque Theoderici (a. 526), sed cum 'ex libris chronicorum' haec supersint, quando auctor scripserit, inde non satis determinatur. sed et ad tranquillitatem regni Theodericiani ita respicit (c. 59) et de moribus regis, cuius ait *usque nunc* durare memoriam (c. 61), per tempora extrema tam severe iudicat, ut scripsisse videatur post eversum Gothorum principatum inter turbas bellorum civilium novas sub imperatoribus Constantinopolitanis. his se deditum prodit cum eo quod Zenonem ait hoc tantum promisisse Theoderico, ut, dum ipse imperator adveniret, in Italia praeregnaret (c. 49) tum quod reprehendit Theodericum regem sese facientem non expectato iussu Anastasii (c. 57), laudat e contrario pollicitationem de legibus retro principum inviolabiliter observandis (c. 67. 69) Gothosque habet pro alienigenis (c. 95). homo fuit Christianus parum cultus et superstitionis anilis et osor Arianorum acerrimus, scriptor summae infantiae. praeter usum participii pro verbo finito per totum libellum aequabilem (errant enim meo iudicio, qui statuunt eo abstineri in locis desumptis ex fastis Ravennatibus) et inscita alia multa notabilis est particula *enim* passim adhibita pro copula mera (322, 2. 27. 324, 18. 23. 31). nihilominus utilia non pauca auctor nobis tradidit aut cum paucis aut solus et omnino per sexti saeculi caliginem etiam balbutientium verba magni facienda sunt, ubi per ea licet res tenere.

Scriptorem praeter Eugippii vitam Severini editam a. 511, quam citat c. 45, adhibuisse chronica Italica cum plura, quae habet communia maxime cum fastis Vindobonensibus et cum Agnellianis, luculenter ostendunt tum consulatus duobus locis c. 53. 54 praescripti horum capitum originem ex consularibus prae se ferentes. sed pleraque eiusmodi origini parum sese accommodant et videtur qui haec scripsit et in rebus orientalibus auctorem diversum adhibuisse (vide maxime c. 74—78) et quae de Theoderico narrat ex parte certe ex communi memoria petivisse. utile visum est libelli non bene ordinati conspectum subicere adscriptis annis.

Occidens	a. 474	Nepos imp. factus c. 36.
„	a. 475	Augustulus imp. factus c. 36. 37.
„	a. 476	Odovacar rex factus c. 37. 38.
Oriens	a. 474	Leo iunior imp. factus c. 39.
„	a. 474	Zeno imp. factus c. 39. 40.
„	a. 475	Basiliscus imp. factus c. 41.
„	a. 477	Zeno redit c. 42—44.
Occidens	a. 476—488	Odovacar regnat c. 45—48.
„	a. 489	Theodericus intrat in Italiam c. 49—52.
„	a. 490	bellum inter Odovacrem et Theodericum c. 53.
„	a. 491	Odovacar fugit Ravennam c. 54.
„	a. 493	Odovacar victus et occisus c. 54—56.
Oriens	a. 491	Zeno moritur. Anastasius imp. factus c. 56.
Occidens	a. 493	Theodericus rex Italiae c. 57.
„		Theoderici parentes c. 58.
„		anni regni et mores c. 59. 60.
„		dicta sapienter c. 61. 62.
„		uxores et liberi c. 63.
„	a. 498	ab Anastasio agnitus c. 64 (cf. *neues Archiv* 14, 248).
„	a. 498	Symmachus et Laurentius papae facti c. 65.
„	a. 500	Theodericus Romam venit c. 66.

Occidens	a. 500	tricennalia celebrat c. 67 (cf. *neues Archiv* 14, 539).
„	a. 500	matrimonium Amalafridae c. 68.
„	a. 500	Liberius praefectus praetorii dimissus c. 68.
„	a. 500	Odoin comes interfectus c. 68. 69.
„	a. 500	edictum propositum; redit Ravennam post sex menses c. 70.
„		matrimonium Amalabirgae.
„		fabricae factae a Theoderico, in his primo loco aquae ductus Ravennas factus a. 502 (Cassiodorus chron.) c. 70—73.
Oriens	c. a. 517	Anastasius de successore cogitat c. 74—78.
„	a. 518	Anastasius moritur c. 78.
Occidens		Theodericus illitteratus c. 79.
„	a. 519	Eutharicus consul. Theodericus triumphat c. 80.
„		Iudaeorum et Christianorum contentiones c. 81. 82.
„		oratorium Veronense eversum c. 83.
„		prodigia. arma interdicta Romanis c. 84.
„	a. 524	Boethius accusatus et interfectus c. 85—87.
„	a. 525	Iohannes papa missus Constantinopolim c. 88—91.
„	a. 525	Symmachus interfectus c. 92.
„	a. 526	Iohannes papa moritur c. 93.
„	a. 526	Aug. 30 Theodericus obit c. 94—96.

Orthographiam cum dubium non sit epitomatoris esse, non auctoris, formavi in minoribus ad usum antiquum, maxime accusativum singularem secundae exeuntem plerumque in — o ad suam formam revocavi, ne lectores inutili mora tenerentur: quamquam scriptor talis qualis hic est, cuius sunt *terrae mota* 326, 44 et *capitem* 324, 43 et *deductus corpus* 328, 48 et *palatium quem* 324, 25 et *saxum ingentem* 328, 48 aliaque eius generis plura, nequaquam credendus est abstinuisse a soloecismis iis quos aetatis ratio patitur. naevos codicis primarii certe plerosque, eos fere quos in apparatum non rettuli, subieci.

ae et *e* et *oe*.

ae pro *e* in fine vocabuli *uocae* (em.) 326, 33 — *urbae* (em.) 324, 5 — *usquae* 324, 27 — item *aedictum* 322, 16.

e pro *ae: demonem* 322, 20 — *hereticus* 326, 30 — *iudei* 326, 24 bis. 29. 30 — *que* 322, 41 — *querebat* 328, 5.

ae pro *oe: caeperunt* 328, 37.

c et *t*.

c pro *t: palacium* 324, 29.

t pro *c: prouintia* 314, 15. 322, 27.

d pro t: ad 322, 30 — *capud* 316, 40 (em.). 324, 17 — *inquid* 315, 1 — *reliquid* 322, 25.

e et *i: reddedit* (em.) 324, 27.

h omissa: *ampitheatrum* 324, 29 — *clamidum* 326, 10 — *corda* 328, 10 — *exalaret* 328, 46 — *abuisset* 326, 8 — *peribent* 314, 6 — *scolasticus* 328, 39 — *termas* 324, 26. 29.

m et *n: quanquam* 322, 18.

n inserta: *occansione* 326, 45.

o et *u: adolatione* 315, 13 — *edocatus* 322, 27 — *octub.* 316, 22.

x et *cx: iuncxit* 310, 13; *iniuncxeris* 328, 20.

geminatio male omissa: *anonas* 322, 18. 324, 10 — *fosatum* (em.) 316, 18 — *fuiset* 316, 6 — *stela* (em.) 326, 43 — *succesor* 324, 15. 326, 14.

geminatio male admissa: *tyrranno* 328, 39.

II. III. FASTI VINDOBONENSES PRIORES ET POSTERIORES.

Fasti qui mihi dicuntur Vindobonenses ad nos pervenerunt una cum chronographia a. 354 per codices duos, de quibus supra p. 34. 32 diximus. Vindobonensem n. 3416 pleniorem, sed nequaquam integrum, et qui non habet nisi excerpta Sangallensem n. 878: in illo adsunt horum fastorum exemplaria duo imperfectum utrumque. recensio quam nos priorem diximus legitur ibi f. 47—53 ordine continuo a principio ad a. 403, sequuntur tribus versibus vacuis relictis a. 455—493, deficiunt et anni 404—454 et anno 493 posteriores [1]). in posteriore recensione perscripta ibidem f. 15—24 cum anni nunc ita se excipiant: ante Chr. 44 ad p. Chr. 1 — p. Chr. 77 ad 131 — p. Chr. 2 ad 45 — p. Chr. 173 ad 387 — p. Chr. 439 ad 455 — p. Chr. 495 ad 539, apparet archetypi foliis aliis traiectis aliis deperditis superesse annos a principio ad p. Chr. 45 et p. Chr. 77—387, item 438 ad 455 et 495 ad 539, ut hae duae partes aliquatenus expleant recensionem priorem, cuius modo vidimus superesse annos 455—493 deperditis praecedentibus et sequentibus. quod facile conicias particulas illas 438—455 et 495—539 casu adhaesisse ad recensionem posteriorem et vere esse prioris, admitti nequit; nam commissurae parum conveniunt, cum adnotationum ad a. 455 adscriptarum pars in utroque exemplo legatur itemque textus hiet inter a. 493 et 495. praeterea cyclorum paschalium adnotationes,

---

1) Panvinius in appendice ad fastos consulares (Venetis 1558) repetens p. 53. 54 ex editione Cuspiniani (de consulibus Romanis commentarii. Basileae 1553) 'incerti auctoris chronicon', scilicet fastos hos Vindobonenses, post adnotationem ad a. 493: *regressus est rex . . . cum commilitonibus suis* haec subiungit repetita postea a Roncallio chron. 1 p. 131:

Asterio et Praesidio conss.
Viatore v. c. cons. solo (solo *om. Cusp. semper*).
Paullo v. c. cons. solo.
D. N. (d. n. *om. Cusp.*) Anastasio Aug. (II *ins. Cusp.*) cons. solo.
Paullino et Ioanne conss.
Ioanne v. c. cons. solo.
Patricio et Hypatio conss.
Avieno et Pompeio conss.
Avieno iuniore et Probo conss.
Cethego v. c. cons. solo.
Theodoro et Sabiniano conss.
Messalla et Areobinda conss.
D. N. (d. n. *om. Cusp.*) Anastasio Aug. (Aug. Anastasius *Cusp.*) III et Venantio conss.
Venantio iuniore (Venantius II *Cusp.*) et Celere conss.
Importuno v. c. consule solo.
Boetio v. c. cons. solo.
Felice et Secundino conss.
Paullo et Muschiano conss.
Probo et Clementino conss.
Senatore v. c. cons. solo.
Florentio et Anthemio conss.
Petro v. c. cons. solo.
Anastasio, et Agapito conss.
Magno v. c. cons. solo.
(d. n. *praem. Cusp.*) Eutharico Cillica et Iustino Aug. conss.
Rustico et Vitalliano conss.
Valerio et Iustiniano (VIII *ins. Cusp.*) conss.
Symmacho et Boetio (IIII *ins. Cusp.*) conss.
Maximo v. c. (II *pro* v. c. *Cusp.*) cons. solo.
Opilione et Iustino Aug. II (IIII *Cusp.*) conss.
Probo et Philoxeno (IIII *ins. Cusp.*) conss.
Olybrio v. c. cons. solo. Hoc consule D. N. Theodericus rex mortuus est mense Septembri.

Sed haec ut absunt a codice Vindobonensi, ita mero errore pro antiquis circumferuntur. scilicet consules sunt ii, quos Cuspinianus suis annalibus praescripsit, a Panvinio ex primo casu in sextum translati et hic illic, ut indicavi, ab ipso emendati coniectura. nimirum antiquarius Italus errore haec Cuspinianum credidit sumpsisse ex chronicis ad a. usque 493 passim a Cuspiniano laudatis, quamquam is post eum annum non solum non adlegat chronica illa, sed ad a. 519 diserte ait invenisse se *in illo unico ac vetustissimo codice*, scilicet Cassiodori, aliquos consules eosque se subiunxisse, ne perirent, negans ita non obscure alius laterculi per hos annos sibi copiam fuisse. et vere concordant fere cum laterculo Cassiodorano eique subiuncto perducto ad a. 559. adnotatio extrema *hoc consule d. n. Theodericus rex mortuus est mense Septembri* cum a Cuspiniano absit neque alibi sic reperiatur, confictam existimo a Panvinio, ut certo aliquo termino chronicon concluderet. haec igitur procul habenda sunt: repetivi tamen, quoniam excerpta inde passim pro antiquis adleguntur.

quae propriae sunt recensionis posterioris, pariter atque ad a. 117. 197. 280. 370 etiam ad a. 448 et 532 adsunt, et in universum annales a. 455—493 pleniores longe sunt et meliores quam a. 438—455 et 495—539. denique statim videbimus epitomatorem Sangallensem usum Vindobonensis libri archetypo eoque integro recensionem nostram priorem adhibuisse etiam per eos annos, qui hodie in ea desiderantur. nihilominus vix casu effectum est, quod his exceptis recensio posterior finit in a. 387, in quem terminum item perveniunt fasti Alexandrini ad recensionem hanc posteriorem proxime accedentes. — Praeter codicem Vindobonensem horum fastorum reliquias aliquot servavit Sangallensis n. 878 a Rossio primum in lucem prolatus: scilicet sub praescriptione *excerptum ex chronica Horosii* (quae unde veniat, supra p. 32. 84 demonstravi) leguntur ibi adnotationes selectae ab a. 390 ad a. 573 eae, quas infra distinximus praeposito asterisco. supra p. 33 cum viderimus excerpta haec sumpta esse ex archetypo libri Vindobonensis etiamtum integro, quaestio nascitur, utram recensionem adhibuerit. neque enim dubitari potest utramque etiam in archetypo perscriptam fuisse. iam quatenus prior in apographum Vindobonense transiit, adsunt in hoc adnotationes omnes in excerpta Sangallensia relatae exceptis duabus (a. 455: *et Mauri Romam venerunt et pugnaverunt cum Wandalis*[1]) — a. 467: *fuit boum nimia mortalitas*); contra in fastis Vindobonensibus posterioribus adsunt adnotata ad a. 443. 455. 523, absunt quae epitomator Sangallensis adscripta repperit ad a. 451. 501. 502. 527. adhibuit igitur recensionem meliorem, quam notulas illas duas statuendum erit amisisse culpa librarii Vindobonensis. nam non erit opinor qui coniciat epitomatorem ex duabus recensionibus sua ita composuisse, ut duas eas traheret ex posteriore.

Recensiones duas ita redire ad commune archetypum, ut invicem sese emendent et expleant ubi adsunt ambae, id est per annos ante Chr. 44 ad p. Chr. 1, p. Chr. 77 ad 387, p. Chr. 455, evidenter apparet. posterior longe deterior consules tamen aliquoties pleniores et emendatiores habet quam altera. multo magis in adnotatis prior praestat, neque quicquam ex communi archetypo posterior servavit in priore omissum praeter notitiam de Eudoxia capta ad a. 455 adscriptam (p. 304 c. 574). nam praeterea quae sola exhibet, narrationes Christianas quasdam (ut de Xysti papae martyrio ad a. 250) et imperatorias vulgares et adnotationem de Orosio et Prospero ad a. 378 plane perturbatam et de quibus supra p. 256 monuimus indicationes cyclorum sex paschalium, eas dubium non est non proficisci ex archetypo communi, sed additamenta esse semidoctorum librariorum.

---

1) Adfuisse haec in archetypo recensionis melioris eo minus dubitari potest, quod praeter excerpta Sangallensia et recensionem posteriorem etiam Paulus diaconus hist. Rom. 14, 17 iis videtur usus esse: *capta,* ait is, *.. a Geiserico Roma est .... relicta .. urbe per Campaniam sese Wandali Maurique effundentes cuncta ferro flammisque consumunt.* cf. Victor Vitensis 1, 8, 25: *dum multitudo captivitatis Africanum attingeret litus, dividentes Wandali et Mauri ingentem populi quantitatem.*

IV. PASCHALE CAMPANVM.

Paschale Campanum a. 464—543 (praetermissis scilicet additamentis), quod servavit unus codex Vaticanus reginae n. 2077 f. 96—98, cum praefatione scriptoris adscriptisque paschalibus sua forma edetur cum laterculo Victorii Aquitani, cuius pars est. sed adnotationes historicae ad a. usque 493 cum aperte maiore ex parte ex chronicis Italicis excerptae sint, placuit etiam cum his eas exhibere. Campanus scriptor quae de suo his interposuit, item post a. 493 quae in paschali perscriptae sunt adnotationes historicae perpaucae cum ad chronica Italica non pertineant, exhibentur intra uncos quadratos.

V. PROSPERI CONTINVATIO HAVNIENSIS.

Havniensis codex bibliothecae regiae antiquae n. 454, saec. XII vel adeo XIII potius quam XI, antea, ut nomen inscriptum f. 1 ostendit, Friderici Lindenbruch, pars est voluminis amplioris folia complectens adhuc quadraginta duo numerata 246—287. integer quid continuerit, indicare videtur quod primae paginae inscriptum est *gesta salvatoris cum cronicis;* supersunt hodie chronica sola, quorum paginis extremis manu saec. XIV adscripta sunt capita quaedam *de Mario et Silla consulibus — de Fortunatis insulis — de Gallia* nullius utilitatis. librum repperit a. 1836 Georgius Waitz rettulitque de eo primum a. 1839 *Archiv* 7 p. 251, iterum explicatius *Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften* a. 1865 p. 94; inedita quae in eo per tot annos latebant me hortante publice edidit Georgius Hille (Prosperi Aquitani chronici continuator Havniensis. Berolini 1866. 8. pp. 37). continentur libro chronica Hieronymi et Prosperi aucta, ut ipse indicat compilator anonymus in iis quae subscripsit cum Hieronymianis: *hucusque Hieronimus ordinem praecedentium digessit* (*digessi sunt* H[1]) *annorum: nunc ea quae secuntur a viro religiosissimo Prospero ac eruditissimo addita subponuntur pauca ex nostro adiuncta studio* tum Prosperianis: *hucusque historiam perduxit Prosper vir sanctus, licet aliqua nos quae ille omiserat ob cognitionem praeteritorum seculorum miscuerimus: abhinc nostrum utcumque* (*potuit* ins. H[2]) *studium desudavit.* in additamentis his utilitas libri continetur. ad Hieronymum et Prosperum adiecta alia in textum ita recepta sunt, ut nisi adhibitis libris aliis ab eo non distinguantur, alia in margine collocata solo argumento distinguuntur ab indicationibus breviatis librariorum more solito hic quoque adscriptis, qualis est exempli causa adscripta ad Prosperiana: *Brittones Pelagianiste et per sanctum Germanum ad fidem rediere correcti,* ad eadem postea: *captivitas Cartaginensium,* ad c. extr. 4 (infra p. 337): *anno V Iustiani* (sic) *Longobardi Italiam ingressi,* quamquam de hoc propter annum additum dubitari potest, ad utrum adnotationum marginalium genus referendum sit. denique ad additamenta in textum recepta aliquoties in margine indicatur unde veniant, sed eae adnotationes infra relatae omnes ad Prosperum et Isidorum solos perveniunt. in his etsi distinguuntur hic illic manus duae tempore aequales, tantum abest, ut altera textum scripserit, altera quae in margine leguntur, ut magis videatur qui librum relegit eodem quo ipse librarius archetypo usus inde quaedam addidisse. ita mihi constabat correctoris esse et ab eadem manu scripta tam adnotationem ad caput sub a. 392 adiectam: *hoc Isydorus* quam additamentum de Alarico ad a. 401 (infra p. 299) ex chronicis Italicis sumptum, et multo magis probabile est correctorem utrumque supplevisse ex archetypo codicis nostri quam adsumptis iisdem libris, quibus compilator usus est, haec subinde addidisse. breviata igitur est compilatio Havniensis ex alia antiquiore et ampliore et quidem multis locis breviata opera duplici, ut in textu praetermissa in margine augerentur, uno loco, scilicet per a. 475—489 adeo triplici: haec enim consularia in ipso textu Havniensi adsunt bis, ita ut formam ampliorem sequatur brevior, praeterea ad breviorem adsunt adnotationes marginales. duas tresve tamquam recensiones has apertum est pendere ex eadem compilatione formata ex scriptoribus diversis: nam quae auctori primario compilatorem videbimus inseruisse ex Isidorianis et ex laterculo pontificum, ea in epitomis diversis eodem loco omnia reperiuntur. epitomae autem quomodo invicem sese expleant, cum aliis locis multis ostenditur tum eo qui agit de Radagaisi interitu (infra p. 299). epitomatores num non solum breviarint, sed etiam de suo quaedam addiderint si quaeris, auctorem alium ab ipsis adhibitum

esse negandum erit, sed corruptelae tales, qualis est quod confusis Ostrogothis et Wisigothis Totilae succedit Leuvigildus (p. 269 c. 33), iure ad breviatorem potius referemus quam ad compilatorem.

Compilatio, ad quam excerpta haec redeunt, integra recepit chronica Hieronymi, deinde ubi ea finiunt Prosperiana item integra, rursus his desinentibus chronica ea de quibus agimus Italica. his ternis chronicis inserta sunt diversa. scilicet compilator adhibuit praeterea paucis locis Hieronymi libellum de viris illustribus, non multis cum chronicorum Prosperi partem antehieronymianam tum Italicorum partem Prospero anteriorem, permultis chronica Isidori, denique laterculum pontificum Romanorum. scripsisse videtur in Italia annis Heraclii extremis. scilicet cum de Oriente cogitari nequeat, Gallia et Africa eo excluduntur, quod eae in parte extrema vix usquam tanguntur nec referuntur res Hispanicae nisi ex Isidoro. contra ad Italiam ducimur et eo, quod ex episcopis soli Romani recensentur et quod in excerpendis chronicis Italicis maxime de Langobardis compilator latius exspatiatur. tempus inde definitur, quod compilator adhibuit chronicorum Isidorianorum emissorum a. 615 exemplum: quod rerum Italicarum enarratio finit in fine regni Adelwaldi regis Langobardorum depositi c. a. 625 praeterito successore eius Ariwaldo (625—636); quod index pontificum desinit in morte Deusdedit († 8. Nov. 618) praeterito item successore Bonifatio V (619—625). videtur igitur auctor scripsisse c. a. 625 sub Ariwaldo rege Langobardorum, pontifice Bonifatio V, anno imperatoris Heraclii XV. opponi potest, quod pro Isidorianis *Heraclius quintum agit annum* apud eum legimus: *Heraclius nunc XXX imperii agit annum,* quod si ipse auctor scripsit, ducimur ad a. 640: sed eiusmodi numeri cum passim reperiantur immutati a librariis maxime aequalibus, illa determinatio videtur esse vera.

Compilationis partem Hieronymianam excutient eorum chronicorum editores; ego textum non contuli, additamenta si qua essent in parte ab Hieronymo ad Eusebium adiecta exscripsi et infra cum reliquis rettuli. in Prosperianis excussi cum pauca ex parte Hieronymiana inserta tum partem posthieronymianam totam ageturque de his infra inter reliqua subsidia Prosperiana. hoc loco praeter Hieronymiana et Prosperiana exhibui quae in hac compilatione continentur neque tamen continuo ordine, sed bipertita. scilicet ex chronicis Italicis quae videtur compilator excerpsisse incipiens ab a. 388 cum interposita Prosperianis (nam inter Hieronymiana talia nulla sunt) tum Prosperianis subiuncta suo ordine infra exhibentur: reliqua tam interposita Hieronymianis et Prosperianis quam his subiuncta non derivata ex chronicis Italicis neque infra in editionem recepta, quamquam indicantur pleraque in adnotatione, huic praefationi subieci omnia. seorsum posui laterculum pontificum a Simplicio († 483) ad Deusdedit († 618), de quo dixit Duchesnius lib. pontif. 1 praef. p. XXV: reliqua, Isidoriana pleraque, inutilia autem omnia, nisi quod ad iudicium de compilatione Havniensi rectum et certum ferendum iis carere non possumus, edidi coniuncta. in parte extrema aliquoties dubitari potest utrum continuator Havniensis sua ex Isidoro adsumpserit an Isidorus adhibuerit ipsa ea chronica Italica, quorum epitomam Havniensis dedit: hanc derivationem in plerisque certe praeferendam esse in adnotationibus ostendi.

ADDITAMENTA CODICIS HAVNIENSIS MINORA

I. AD HIERONYMVM.

1. *in ipso chronicorum Hieronymianorum principio post verba ex Genesi desumpta* principio dominus caelum terramque creavit *sequuntur Isidoriana c. 3:* sex diebus rerum creaturam ... hominem primum Adam, *deinde Prosperiana* Adam cum esset *et sic deinceps.*
2. *Abr.* 2344: Donatistae qui primum ... rescindere. — *Prosper. ubi attuli variam lectionem.*

3. *Abr.* 2345: [Iuvencus presbyter natione Hispanus evangelia heroicis versibus explicat] et multa alia declamatorio sermone luculentissime conscripta ecclesiae tradit. *Auctor ignotus; cf. Hieronymus de viris ill. 84.*
4. *Abr.* 2346 *post adn. de Athanasio:* Hieronimus nascitur . . . confinio = *Hieronymus de vir. ill. c. 135 in.*
5. *Abr.* 2352: [Nazarii rhetoris filia in eloquentia patri coaequatur] Eunomia Christiana virgo = *Prosper.*
6. *Abr.* 2357 *in margine:* Arrius (*cod.* atrius) dum favore imperatoris fretus ad ecclesiam dimicaturus adversum nostros pergeret, divertens per forum Constantini ad necessariam causam viscera simul cum vita effusa sunt, ignominiosa (*cod.* ignomiosa), sed digna consumptus poena = *Isidorus paucis mutatis.*
7. *Abr.* 2358: [heresis Macedoniana], cuius doma *(sic)* est . . . . . creaturam = *Prosper et sic margo:* hoc de Prosperi cronica additum.
8. *Abr.* 2379: *post* sopite (= sopita est): Iulianus in odium . . . . apparuit signum = *Isidorus et sic margo:* hoc de Isidori cronica.
9. *Abr.* 2380: Iovianus dum se . . . . suscepit = *Isidorus.*
10. *Abr.* 2388: Gothi apud . . . . transtulit = *Isidorus et sic margo*: hoc de Hisidori cronica additum.
11. *ibidem:* Eunomius . . . . sanctum = *Prosper et sic margo:* de Prosperi cronica additum.
12. *Abr.* 2389 *post* inducitur: Apollinaris de quo superius diximus Laudicenus . . . . conversum = *Prosper et sic margo:* de Prosperi cronica additum.
13. *Abr.* 2392 *post* dogma Iudaicum: Paulo Samositano et Artemone (arcimonie *cod.*) de quibus supra dictum est coeptum auctoribus (actoribus *cod.*) = *Prosper.*

II. AD PROSPERVM.

14. *ad a. 392 post* imperatorem facit: per idem tempus capud . . . . . licet neclecta = *Isidorus et sic in margine:* hoc Isydorus.
15. *ad a. 427 post* Ardabure: hoc etiam tempore diabolus Moysi in specie Iudaeis in Creta apparens dum eos per mare pede sicco ad terram promissionis promittit perducere, plurimis eorum fluctibus demersis (diuersis *H*) atque enecatis reliqui, qui salvi facti sunt, confestim (cumfestim *H*) ad Christi gratiam conversi confugerunt = *Isidorus paucis mutatis et sic in margine:* hoc Isidrus *[sic]* dicit.

III. POST PROSPERVM.

16. *ad a. 450 post* pernecessarius: Romanorum XLIII regnat Martianus ann. VI = *Isidorus:* Marcianus regnavit ann. VI.
17. *ad a. 457 post edita infra sub eo anno c. 2:* Eo anno Marcianus imperator Constantinopoli (-polim *H*) moritur, in cuius locum consensu exercitus atque senatus Leo maior in eadem urbe imperator levatur = *Isidorus:* Leo maior cum Leone minore regnavit ann. XVI.
18. *ad a. 474 post c. 2:* Romanorum XLVI regnavit Zenon ann. XVI = *Isidorus:* Zenon regnavit ann. XVII.
19. *ad a. 475 post infra edita verba* k. Nov. *bis:* Zenon Augustus (agustus *II*) Leonem filium suum interficere quaerens pro eo (quod *ins., sed delevit I*) mater eius alium figura similem (s. f. *I*) optulit ipsumque Leonem occulte (l. o. *om. 1*) clericum facit, qui in clericatu (-to *I*) positus usque ad tempus Iustiniani (iustinianum tempore *II*) vixit = *Isidorus.*
20. *ad a. 491 post c. 1:* Romanorum XLVIII regnavit Anastasius ann. XXVII = *Isidorus:* Anastasius regnavit ann. XXVII.

21. *ad a. 192 post consules:* Inter Africam Trasemundus rex Wandalorum catholicas ecclesias clausit et CXX episcopos exilio Sardiniam mittit = *Isidorus.*
22. Fulgentius quoque in confessione fidei et scientiae floruit = *Isidorus.*
23. Per idem tempus apud Kartaginem Olimpius quidam Arrianus in balneis sanctam trinitatem blasphemans igneis iaculo emittente visibiliter est combustus = *Isidorus verbis ita corruptis ut habentur in codicibus nostris et aliis et Claromontano.*
24. Barbus quoque quidam episcopus dum contra regulam fidei quendam baptizans dixisset: baptizat te Barbus in nomine patris per filium in spiritu sancto, statim aqua quae fuerat ad baptizandum deportata nusquam comparuit. quod aspiciens qui baptizandus erat confestim ad catholicam ecclesiam abiit et iuxta (iusta H^1) morem fidei baptisma Christi suscepit = *Isidorus.*
25. *ad a. 518 post consules:* Romanorum XLVIII regnavit Iustinus maior ann. VIII = *Isidorus:* Iustinus maior regnavit ann. VIII.
26. In Africa post Trasamundum Hildericus ex Valentiniani imperatoris (imperio H^1) captiva filia genitus Wandalis (-dal *H*) regnum suscepit, qui sacramento obstrictus, ne catholicis in regno suo consuleret, antequam regnum susciperet, episcopos ab exilio reverti iussit eisque aecclesias reformari praecepit = *Isidorus.*
27. *post papam Hormisdam:* Romanorum XLVIIII regnavit Iustinianus ann. XXXVIIII = *Isidorus:* Iustinianus regnavit annis XXXVIIII.
28. *post Havn. extr. infra p. 337 c. 2:* Persis adversus rem publicam dimicantibus Bilistarius patricius bellicis instructus rebus a Iustiniano mittitur, qui ita eos armis edomuit, ut et rei publicae gloriam ad priscum statum et hosti terrorem linqueret = *Isidorus amplificatus, is enim simpliciter:* Belisarius patricius mirabiliter de Persis triumphavit.
29. Qui etiam, postquam deiectis Persarum hostibus ad propria remeavisset, in Affricam missus Wandalorum gentem cum rege, ut superius diximus, delevit = *Isidorus c. 399:* qui deinde a Iustiniano in Africam missus Wandalorum gentem delevit. *compilator respicere videtur ad locum super adlatum de Hilderico.*
30. Per idem tempus corpus sancti Antonii monachi divina revelatione repertum Alexandria perducitur et in ecclesia sancti Iohannis baptistae humatur = *Isidorus.*
31. *post Havn. extr. c. 3:* Romanorum L regnavit Iustinus minor ann. XI = *Isidorus:* Iustinus minor regnavit ann. XI.

[De Totila a Narse victo quae habet Havniensis extr. c. 3, non veniunt ex Isidorianis: in Italia quoque Totila Ostrogothorum rex a Narse Romano patricio superatur, *nam refragatur et ordo excerptorum et quod hoc caput abest a codice Claromontano, quali exemplari Havniensis usus est: narrantur etiam apud eum plura.]*

32. Narses patricius .... introducit = *Isidorus (vide p. 337 not. 5): eadem ex parte redeunt p. 337 extr. c. 5.*
33. *post extr. c. 7:* Gothi amissa Italia Ispanias possessione potiti fruuntur, quibus post Thothilanem regnabat Leuvigildus, qui quasdam Ispaniae regiones sibi rebelles in potestate sui regni debellando atque superando redegit = *Isidorus: Ostrogothos et Wisigothos pro iisdem habuit compilator errore suo.*
34. Romanorum LI regnavit Tiberius (liberius *H*) ann. VII = *Isidorus:* Tiberius regnavit ann. VII.
35. *post papam Iohannem III:* Gothi per Ermenegildum Leuvigildi filium regis bifarie divisi mutua caede vastantur = *Isidorus.*
36. *post papam Benedictum:* Romanorum LII regnavit Mauricius ann. XI = *Isidorus:* Mauricius regnavit an. XXI.

37. Suevi, qui intra Ispaniae terminos habitabant, a Levigelde rege obtenti Gothis subiciuntur = *Isidorus.*

38. *post Havn. extr. c. 9:* Gothi post Leuvigildum Reccaredum in regno constituunt. quo ortodoxe pro ecclesiasticae fidei unitate intendente omnem gentem Gothorum ab Arriana impietate segregatam catholicae ecclesiae univit = *Isidorus:* Gothi Reccaredo principe innitente ad fidem catholicam revertuntur.

38[a]. *post Havn. extr. c. 11:* Romanorum LIII regnavit Focas an. VIII = *Isidorus.*

38[b]. *de Heraclio quae narrantur, vide in Havn. extr. c. 18 (infra p. 339).*

LATERCVLVS PONTIFICVM ROMANORVM EX CODICE HAVNIENSI.

39. Romanae ecclesiae post Simplicium ordinatur episcopus Felix, qui sedit ann. XVII menses XI dies XVII *ad a. 485 utroque loco.*

40. Defuncto Felice episcopo Romanae ecclesiae in loco eius Gelasius ordinatur episcopus, qui sedit ann. IIII menses VIII dies XVIII *ad a. 502.*

41. Post decessum Gelasii papae urbis Romae ordinatur episcopus Anastasius, qui sedit ann. I menses XI dies XXIIII *ad a. 507.*

42. Post mortem Anastasii Romanae ecclesiae ordinatur episcopus Simmachus, qui sedit ann. XV menses VII dies XVII *ad a. 509.*

43. [I]gitur (gitur *omissa littera minianda H*) anno VI Iustini maioris Romanae ecclesiae episcopo Simmacho defuncto in loco eius ordinatur episcopus Hormista, qui sedit ann. XVIII dies VII *ante Havn. extr. c. 1.*

44. Romanae ecclesiae post decessum Hormistae ordinatur episcopus Iohannes, qui sedit ann. II mens. VIII dies XVI ann. Iustiniani XVIII.

45. quo mortuo in loco eius est suffectus Felix, qui sedit ann. III mens. II dies XIIII.

46. post quem Bonifacius, qui sedit ann. II dies XXVI.

47. post Bonifacium Iohannes suscepit pontificatum, qui sedit ann. II menses IIII dies VI.

48. quo mortuo in locum eius Agapitus ordinatur episcopus, qui sedit ann. XI dies XVIII.

post Isidoriana supra p. 269 c. 30.

49. post Agapitum Romanae ecclesiae ordinatur episcopus Severus, qui sedit ann. I mens. V dies XI.

50. quo mortuo in locum eius Vigilius ordinatur episcopus, qui sedit ann. XVII mens. VI dies XXVI.

post Isidoriana supra p. 269 c. 31.

51. Romanae ecclesiae post Vigilii obitum ordinatur episcopus Pelagius, qui sedit ann. IIII mens. V dies VIIII.

52. post quem ordinatur episcopus Iohannes, qui sedit ann. XII menses XI dies XXVII.

post Isidoriana supra p. 269 c. 34.

53. post Iohannem Romanae ecclesiae pontificatum suscepit Benedictus, qui sedit ann. IIII mens. I dies XXVIII *post Isidoriana supra c. 35.*

54. defuncto Benedicto Romanae ecclesiae pontificatum suscepit Pelagius, qui sedit ann. X mens. II dies X *post Isidoriana supra c. 38.*

55. post decessum Pelagii Gregorius ordinatur episcopus totius ecclesiae decus, tam virtutibus et miraculis quam etiam scientia et doctrina pollens. qui postquam per tredecim annos et sex mensibus ac diebus decem gloriosissime rexisset ecclesiam, caelo animam reddidit qui non solum Romanae ecclesiae sibi plebi commissae, sed etiam gentibus profuit convertens Anglos ad fidem gentem extremo oceano positam *post Havn. extr. c. 10.*

56. post decessum beati Gregorii Romanae ecclesiae ordinatur episcopus Savinianus, qui sedit ann. I mens. V dies VIII.

57. quo mortuo (in locum eius *ins. H*[2]) ordinatur episcopus Bonifacius, qui sedit mens. VIIII dies XXII. *post Havn. extr. c. 17*

58. post cuius obitum item alius Bonifacius suscepit episcopatum, qui sedit ann. VI mens. VIII dies XIII.

59. defuncto Bonifacio Romanae ecclesiae pontifex efficitur (praeficitur *H*[a]) Deusdedit, qui sedit ann. III dies XX *post Havn. extr. c. 21.*

VI. EXCERPTA EX BARBARO SCALIGERI.

Chronographia a. 354 quam mature si non coaluerit, certe eodem volumine comprehendi solita fuerit cum chronicis Italicis eorumve epitome, non solum inde colligitur, quod codex is, qui chronographiam illam servavit, etiam chronicorum duo exemplaria diqui verso modo breviata continuit, ut supra p. 37 exposui, sed eo confirmatur, quod Graecus post a. 387 Alexandreae chronica scripsit, quorum in cod. Parisino Lat. n. 4884 saec. VII exeuntis vel ineuntis VIII (vide supra p. 83), scripto opinor ab homine Graeco (cf. p. 279 v. 11. *zaxarias*), servata est versio Latina nota sub nomine Barbari Scaligeri, compilationi suae non solum librum generationis inseruit, in quo edendo supra p. 78 seq. eum adhibuimus, et laterculum regum Albanorum (supra p. 142) sumptos ex chronographia illa, sed item indicem regum Romanorum et consularia ad a. 387 sumpta ex chronicis Italicis. haec eadem esse et supra p. 254 seq. exposuimus et abunde probat editio haec, in qua invenies fastis Vindobonensibus iuxta positos qui supersunt ex auctore Alexandrino: nam deficit hiante codice pars eorum media a Traiano ad Diocletianum. quae addidit interpres Alexandrinus ab a. inde 302 de rebus Aegyptiis, maxime indicem praefectorum Augustalium quamquam a nostris facile separantur, reliquimus uncis quadratis comprehensa. videtur Graecus interpres et alia de suo inseruisse, ut consulatus falsos inter a. u. c. 751. 752 interpositos, et extremam partem propterea interpolasse, ut consulatus convenirent annis archiepiscoporum Alexandrinorum haberetque certe Petrus creatus a. 376, defunctus secundum fastos hos ante a. 379, nihilominus annos suos interpositis consulatibus ficticiis. Graecus auctor quando vixerit, incertum est [1]); quod si recte quae de sancto Andrea ad a. 336 adnotantur ad Maximianum rettulimus (p. 253) defunctum a. 556/7, post hunc scripserit necesse est. versio Latina tam barbare facta est, ut codice quo continetur scripto saec. VIII vix multo antiquior sit.

1) Non eo anno 387, quo desinit, eum scripsisse inde efficitur, quod Theophilum, quem ad a. 384 refert creatum esse archiepiscopum Alexandreae, ait sedisse per annos XXVIII.

VII. EXCERPTA EX AGNELLI LIBRO PONTIFICALI ECCLESIAE RAVENNATIS.

Agnellus presbyter Ravennas c. a. 840 scripsit librum pontificalem ecclesiae Ravennatis ad unicum et admodum vitiosum codicem Mutinensem Estensem V. F. 19 saec. XV post alios diligenter et perite editum ab Oswaldo Holder-Egger in horum monumentorum volumine scriptorum Langobardorum dato p. 265—397. adhibuit Agnellus passim chronica haec ipsa indeve excerpta. ea supra p. 257 diximus ab eo tribui Maximiano episcopo Ravennati, sed esse in excerptis Agnellianis etiam res post eius mortem († 556/7) gestas. chronicorum verba satis fideliter Agnellus videtur reddidisse nisi quod ubi de locis agitur interdum exspatiatur utpote homo Ravennas (v. p. 319).

FASTI VIND. PRIORES.	*FASTI VIND. POST.*	*BARBARVS SCALIGERI f. 42 (ex altero ex. f. 23'. 24 adnotantur potiora).*
1 Reges Romanorum.		1 Post hunc autem regnavit Romulus, qui et condidit Romam: a quo Romani vocati sunt.
2 Romulus regnavit ann. XXXVI.		2 Romulus regnavit ann. XXXVIII.
3 Numa Pompilius regnavit ann. XXXIIII.		3 Nummus (Nummas *f. 23*) Pompiius (Pompius *f. 23*) ann. XLI.
		4 Tullius Servilius ann. XXXII.
4 L. Tarquinius regnavit ann. XXXIII.		5 Lucius Tarcinius (Tarcynius *f. 23*) ann. XXIII.
5 C. Hostilius regnavit ann. XXXVIII.		6 Tittus (Titus *f. 23*) Superbus ann. XXXVIII.
6 Tulius Servilius regnavit ann. XLIII.		7 Tulius (Iulius *f. 23*) Servius (Serugius *f. 23*) ann. XLI (XLIIII *f. 23*).
7 Quintus Superbus regnavit ann. XXXIIII.		8 Cyintus Tarcinius (Tarcyniu *f. 23*) ann. XXXV.
527 *398* Honorio IIII et Eutichiano.
528 his cons. Gildo occisus est prid. kl. Augustas.
399[4])

1) *Id ipsum tradit Zosimus 4, 33, 1, Latinorum autem auctorum qui supersunt alius nullus.* 2) *Haec, quae sumpta videntur ex chronicis Constantinopolitanis supra p. 244:* his conss. introivit Theodosius Aug. in urbem Romam cum Honorio filio suo die iduum Iuniarum et dedit congiarium Romanis, *ex Italicis his repetivit Theophanes ad a. m. 5881 male aucta: τούτῳ τῷ ἔτει ἦλθε Θεοδόσιος ἐν Ῥώμῃ μετὰ Ὁνωρίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν βασιλέα ἐν αὐτῇ πρὸ ς΄ ἰδῶν Ἰουνίου καὶ ἀνῆλθεν ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν: quod addit perperam eum tum creatum esse Augustum fortasse adsumpsit ex chronico paschali (supra p. 244).* 3) *Apud Marcellinum ad h. a.:* hora diei tertia tenebrae factae sunt *die non adscripto; hic qui traditur falsus est, esse debuit Nov. 20 = XII k. Dec.* 4) *Excidit hoc loco adnotatio quam servarunt laterculi Dionysiani (supra p. 252 c. XVIII):* Templa idolorum demolita et gladiatorum ludi tulti sunt Mallio et Teodoro consulibus.

FASTI VIND. PRIORES.

p. Chr.

529 *400* Fl. Stilicone et Aurelio.

530 *401* Vincentio et Fravito.

531 his cons. natus est Theodosius Constantinopoli idus April.

532 et intravit Alaricus in Italiam XIIII kl. Decembr.

533 *402* Arcadio V et Honorio V.

ADDITAMENTA AD PROSP. HAVN.

(ad a. 396 in margine:)

401 Gotti cum totius robore exercitus Alarico (alač = alacro *H*) duce (ducta *H*[a]) Alpes Iulias transgressi in Italiam ruunt X kal. Sept.

(post modo relata in margine:)

402 qui cum per biennium Italiam vastarent et apud Pollentiam Liguriae residerent, contractis exercitibus adversus eos pugna initur, sed cum utriusque exercitus multa clades existeret, nox finem dedit.

534 *403* Theodosio et Rumorido.

535 his cons. Theodosius levatus est imp. Constantinopoli IIII idus Ianuarias.

ADDITAMENTA AD PROSP. HAVN.

(in margine:)

404

405 anno V Stilicone et Artemio consulibus. Post Alarici introitum sequitur alius exercitus Gottorum et rege Radagaiso Italiam ingressus (ingressis *H*) Italiam vastat. contra quem anno sequenti Stilico cum exercitu et robore militum apud Florentiam Tuscorum urbem occurrit commissoque proelio Radagaisus victus et captus est et ante portas civitatis capite truncatus.

(in textu:)

[Honorio VI] et Aristaeneto.

[Stilicone II et Anthemio.]

[Radagaisus in Tuscia multis Gothorum milibus caesis ducente exercitum Stilichone superatus et captus est] apud Florentiam urbem ante portas X k. Sept.

(in margine:)

406 Arcadio et Probo consulibus.
Wandali rege Gunderico transito Reno totam Galliam crudeli (-le *H*) persecutione vastant collocatis (collectis *H*) secum in comitatu Alanis gente (gentem *H*) moribus et ferocitate aequali (equalem *H*) [Arcadio et Probo pridie kl. Ianuarii. ab urbe condita anni MCLXII].

EXCERPTA SANGALLENSIA.

536 *408* * Basso et Philippo conss.

537 * Romae in foro Pacis terra mugitum dedit per dies VII[1]).

ADD. PROSP. HAVN. (in textu).

408 [Basso et Philippo].
eodemque anno per dies VII Romae in foro Pacis terra mugitum dedit significans captivitatis exitium, quem post biennium experta persolvit[1]).

1) *Haec redeunt apud Marcellinum ad h. a. totidem fere verbis:* Romae in foro Pacis per dies septem terra mugitum dedit *et apud Theophanem ad a. mundi 5900:* τούτῳ τῷ ἔτει ἐν Ῥώμῃ ἐμυκήθη ἡ γῆ καὶ ἡμέρας ζ΄. *diversae chronica Gallica infra edita ad h. a.:* Utiene in foro Traiani terra diebus septem mugitum dedit.

EXCERPTA SANGALLENSIA.

p. Chr.

538 * et Ticeno multi maiores occisi sunt id. Aug.

539 * et occisus est Stilico Ravenna (-nae *m. 2*) XI kl. Septembres[1].

. . . .

540 *410* * Verana *(sic)* et Philippo II conss.

541 * Roma fracta est a Gothis Alarici XVIIII kl. Septembres.

. . . .

542 *418* * Honorio XII et Theodosio VIII conss.

543 * sol eclipsim fecit XIIII kl. Aug. et a parte Orientis apparuit stella ardens per dies XXX[3].

544 *419* * Maximo et Plinta conss.

545 * signum apparuit in caelo VIII kl. Aug. hora noctis prima.

. . . .

546 *428* * Felice et Tauro conss.

547 * signum apparuit in caelo stella ardens sicut facula III non. Mar.

548 * et Romam [*scr.* Africam] Mauri intraverunt.

549 *429* * Florentio et Dionisio conss.

550 * terrae motus factus est VII [*scr.* VIII] kl. Septembres die Solis.

ADDITAMENTA AD PROSP. HAVN.

(in textu:)

Multi nobilium apud Ticinum (trecinium *H*) interfecti.

3. et apud Ravennam Stilico interfectus in XI k. Sept.

411 [Theodosio Aug. IIII cons.]
[Constantinus per Honorii duces Constantium et Ulphulam apud Arelatense oppidum victus et captus] ac post in Italiam adductus interficitur in loco, ubi Mincia fluvius oritur.

413 [Lucio v. c. consule.]
[Iovinus et Sebastianus fratres in Gallia regno arrepto perempti:] capita eorum Ravennam (-na *H*) perlata. simulque frater eorum Sallustius (salustius *H*) occiditur[2].

414 [Constantio v. c. consule] et Constante.

428 [Cyrilli Alexandrini industria] qui tunc praecipuae claritate scientiae et religione insignis habebatur simul [et papae Caelestini repugnat auctoritas].

1) *Cf. Theophanes ad a. m. 5900:* καὶ ἐσφάγη Στιλίχων ὁ λαμπρότατος ἐν Ῥαβέννῃ καὶ ἄλλοι δὲ δυνάσται. 2) *Cf. Theophanes ad a. m. 5901:* τούτῳ τῷ ἔτει ἐσφάγησαν ἐν Γαλλίαις Ἰοβιανὸς καὶ Σεβαστιανὸς οἱ λαμπρότατοι καὶ ἦλθον αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν ἐν Ῥώμῃ, καὶ μεθ' ἡμέρας ιε' ἐσφάγησαν Σαλούστιος καὶ Ἡρακλειανός. 3) *Cf. adnotatio ad laterculos Dionysianos (supra p. 252 c. XVIII) ad eundem annum:* sol defecit hora (hic *cod.*) III XIV k. Aug. et apparuit stella ardens usque ad Septembrem. *Herimannus Augiensis* (MG. SS. 5, 84) *eiusmodi libro usus item ad a. 418:* eclypsis solis XIIII k. Aug. facta et cometes abhinc usque ad mensem Septembrem visa. *Marcellinus ad eundem annum:* solis defectio facta est: stella ab Oriente per septem menses surgens ardensque apparuit, *ubi* septem menses *nati sunt ex mensis vocabulo male accepto. dies eclipsis recte indicatus est.*

ADD. A PR. HAVN.

(*in margine iuxta verba* Aetius vero:)
432 [Aetio et Valerio.] Pugna facta inter Aetium et Bonifatium (-facium *H*) in V de Arimino.

AGNELLVS.

c. 31 ad a. 430?: in diebus eius (sancti Exuperantii episcopi Ravennatis) occisus est Felix patricius ad gradus ecclesiae Ursianae mense Mai. [1])

FASTI VIND. POSTERIORES.

551 *438* Theodosio XVI et Fausto.

c. 31 ad a. c. 438?: et facta est domna Eudoxia Augusta Ravennae VIII idus Augusti [2]).

552 *439* Theodosio XVII et Festo.
553 *440* Valentiniano et Anatholio.
554 *441* Cyro et Antholio II.
555 *442* Dioscoro et Theudosio.
556 *443* * Maximo et Paterio [conss. *add. S*].
557 * his consulibus [h. c. *om. S*] terrae [taerae *V*] motus factus est Romae et ceciderunt statuae et portica nova [3]).
558 *444* Theodosio XVIII et Albino.
559 *445* Valentiniano VI et Nonio.
560 *446* Aetio III et Symmacho [4]).
561 *448* Postumiano et Zenone.
561[a] his conss. revolutus est cyclus paschalis V.
562 *447* Calepio et Ardabure.
563 *450* Valentiniano VII et Avieno.
564 his cons. defunctus est Theodosius imp. et levatus est Martianus imp. Constantinopolim.
565 *449* Asturio et Protegene.

FASTI VIND. POST.

566 *451* * Marciano et Adelfio (adelfo *V*, conss. *add. S*).
567 * stella apparuit ardens in caelo per dies XXX *(adn. om. V)*.

ADDITAMENTA AD PR. HAVN.
in textu:

451 [Marciano Aug. et Adelfio]. [Attila ..... multa ... milia cogit in bellum, quod Gothis tantum se inferre ... denuntiabat. sed ... et nostris et Gothis placuit, ut furori superborum hostium consociatis

AGNELLVS.

c. 42: apparuit post haec stella in caelo ardens per dies XXX.

1) *Cf. Marcellinus ad a. 430:* Felix apud Ravennam occiditur. 2) *Cf. chronica Gallica infra edita ad a. 438:* Eudoxia Ravenna regnum accepit. 3) *Paulus hist. Rom. 13, 16 post excerptum ex Prosp. a. 442:* sub his fere diebus tam terribili Roma terrae motu concussa est, ut plurimae eius aedes aedificiaque corruerint. 4) *Sequuntur in codice haec:*

210 Faustino et Rufino.
211 Gentiano et Basso.
213/4 Messala et Albino.
215 Teco et Cerale *[sic]*.
221 Grato et Seleuco.
228 Modesto et Probo.
225/6 Fusco et Marcello.
? Albino et Asterio.
? Renato et Grato.

ADDITAMENTA AD PROSP. HAVN.

exercitibus repugnaretur.] Thorismotus tunc regnum Gothorum regebat. [tantaque patricii Aetii providentia fuit, ut] tam Gothos, ut diximus, quam etiam Francos in auxilium, qui tunc vicina Rheno obtinebant, de industria vocaret. non enim tunc reges gens Francorum habebat, sed ducibus contenti erant[1]. sicque [raptim congregatis undique bellatoribus viris adversae multitudini] nostrae partis [non impar occurreret] pugnatumque est in quinto miliario de Trecas loco nuncupato Maurica (maurico H^a) in eo Campania. [in quo conflictu . . . Chunos constat eo victos fuisse, quod . . . ad propria reverterunt]. mortuusque est in eo proelio *(ins.* est H^2*)* Theodor *[sic]* rex Gothorum, in cuius locum Thorismotus filius eius maior natu sufficitur. sicque astu Aetii (actii H^a) actum, ut, dum Francos hortatur ad propria remeare, ne vacuam virorum robore sedem Attila occuparet Thorismotumque hortatur, ut sumpti honoris gloriam in sedibus regni remeans firmaret, ne a fratribus praeventus dignitate careret, solus cum suorum robore militum remanens cuncta praeda et hostium spoliis (spolia *H*) proprium ditat exercitum[2].

p. Chr.	*FASTI VIND. POST.*	*ADD. AD PROSP. HAVN.*	*AGNELLVS.*
568	*452* Herculiano et Asparo.	*452* [Herculano v. c. consule] et Asporacio. *(in margine:)* Aquileia et Mediolanum et nonnullae aliae urbes ab Attilane subversae.	*c. 42:* et capta et fracta est Aquileia ab Hunis.
569	*453* Opilione et Vincomalo.	*453* [Opilione v. c. consule] et Vincomalo. *(in margine:)* Thorismotus rex Gothorum post mortem patris Alanos (salanos *H*) bello perdomuit. *(in textu:)* [Apud Gothos intra Gallias consistentes inter filios Theodoris regis, quorum Thorismotus maximus natu patri successerat] tertioque iam anno regni sui [orta dissensio est et . . rex . . . . . a germanis suis . . . . occisus est]. in eius locum Theodoricus confirmatur frater Thorismoti iunior.	

1) *Cf. Gregorius Turonensis hist. Franc. 2, 9:* de Francorum regibus . . cum multa . . . Sulpici Alexandri narret historia, non tamen regem primum eorum ullatenus nominat, sed duces eos habuisse dicit. 2) *Similia narrat Iordanes Get. 41.*

FASTI VIND. POST.	*ADDITAMENTA AD PROSP. HAVN.* (in textu:)	*AGNELLVS.*
p. Chr. 570 *454* Aethio IIII et Vincomalo et Studio.	*454* [Aetio et Studio.] [Aetius imperatoris manu et circumstantium gladiis] intra palatii penetralia [1]) [crudeliter interfectus est] Romae XI k. Oct. [Valentiniano VIII et Anthemio.]	
571 *455* *Valentiniano VIII et Antemio (conss. *add. S*).	1. His consulibus Ravenna arsit.	*c. 42:* arsit Ravenna idus Martii et multae opes ab igne cremata sunt.
572 his cons̄. occisi sunt Aetius patricius et Veaetius praefectus. Valentianus imp.	2. [Egressum extra] portam [principem] et in campo Martio pro tribunali in sexto ad duos lauros residentem [et ludo gestationis intentum] veniente ex adverso Accilane Aetii bucillario simulque veniente Trasilane genero Aetii insperatis et [inopinatis ictibus confoderunt].	*c. 42 laudatis chronicis Maximiani sic pergitur:* ipsa Augusta (Galla Placidia) postquam a quodam Athulpo relicta est, ab Honorio imperatore Constantio comiti in matrimonium data est et post se quasi successorem imperator reliquit, unoque anno Constantius post mortem Honorii gentibus imperavit. morbo correptus vitales auras amisit et reliquit filium modicum Gallae Valentinianum nomine. cum bis ternos annos et quatuor tempora anni Valentinianus esset, divo Honorio patruo suo in imperium successit, qui triginta et unum annis in imperio durans Romae occisus est in loco qui vocatur ad Laurum [2]). Galla vero non vidit necem filii, quia ante Roma obiit V kal. Decembris.

FASTI VIND. PRIORES.	*FASTI VIND. POST.*	*ADD. AD PROSP. HAVN.* (in textu:)
p. Chr. 573 et levatus est Maximus imp. XVI kl. April. et occisus (octisus *V*) est prid. idus Iun.	= XVI] XV. prid. idus] II kl.	3. [Maximus vir gemini consulatus et patriciae dignitatis] alia die XIIII k. April. [sumpsit imperium].

1) *Verba* intra palatii penetralia *Havniensis non ex Prosperi exemplari suo videtur sumpsisse, sed ex chronicis Italicis.* 2) *Ex narratione de caede Valentiniana videntur proficisci quae habet Agnellus c. 22*

p. Chr.	*FASTI VIND. PRIORES.*	*FASTI VIND. POST.*	*ADD. AD PROSP. HAVN (in textu:)*
574	et intravit Gesericus Romam et predavit eam per dies XIIII.	et introivit Ginsericus Ro-Romam et tulit Theodosum [*scr.* Eudoxiam] Aug.	4. [Urbem . . . Gisiricus optinuit] IIII non. Iulias. *AVCTAR. PROSP. HAVN.* 5. At Gippidos Burgundiones intra Galliam diffusi repelluntur (refelluntur *H*).
575	et levatus est imp. in Gallis Avitus VI idus Iulias.	et l. e. in Galliis A. imp.	6. Post Maximi caedem Avitus (*sic H*[2], ac situs *H*[1]) in Galliis apud Arelas imperium sumpsit VII id. Iulias. 7. Italiamque cum praesumpti honoris collegiis (*scr.* insignibus?) ingressus XI k. Oct.
576		* et *(om. S)* Mauri Romam venerunt et pugnaverunt cum VVandalis.	
577	* et eversa est Sabaria a terrae motu VII *[scr.* IV, *nisi in anno erratum est]* idus Septembr. die Veneris.		
578 *456*	Iohanne et Varone *(sic)*.		*456* Johanne et Varane.
579	his cons. occisus est Remistus patricius in Palatio Classis XV kl. Octob.[1])		1. Remistus patricius in Classe peremptus interiit XV k. Oct.
580	et captivus *(sic)* est imp. Placentia a magis. mil. Ricimere[2]) et occisus est Messiam patricius eius XVI kl. Nov.		2. Imperator Avitus Placentiam cum sociorum robore ingressns, quem cum magna vi (uis *H*[a]) exercitus magister militum Recimer (recimes *H*) excepit. commisso proelio Avitus cum magna suorum caede terga vertit, quem vitae reservatum Eusebius episcopus ex imperatore episcopum facit. interfectus in eo proelio Missianus patricius Aviti XV k. Novemb.

interpolata et ad Ravennam applicata haec: Occisus est Valentinianus Augustus maior extra portam Artemetoris non longe ad stadium tabulae prope campo Corianthri et seditio maxima in populo fuit et multi vulnerati in loco qui dicitur Puteus benedictus missusque est Ravennam moenia (?) Augustus invectorum manibus finivit vitam sepultusque est in monasterio sancti Pulionis *cet.*

1) *Cf. Theophanes ad a. m. 5948:* τούτῳ τῷ ἔτει ἐκάη ἡ Ῥαβέννα καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἐσφάγη ὁ πατρίκιος Ῥεμίτος εἰς Κλάσσας.

2) *Cf. Theophanes l. c.:* καὶ μεθ' ἡμέρας κθ' ἐνικήθη Ἄμιτος (*scr.* Ἄβιτος) ὑπὸ Ῥεμίκου καὶ γέγονεν εἰς πόλιν Πλακεντίαν εἰς Γαλλίας.

FASTI VIND. PRIORES.

p. Chr.

581 *457* Constantino et Rufo.

582 his cons. Ricimer mag. mil. patricius factus est pridie kl. Marcias et factus est Maiorianus mag. mil. ipso die.

583 et levatus est imp. d. n. Maiorianus kald. April in miliario VI in campo ad columellas.

AVCTARIVM PROSP. HAVN.

457 Constantino et Rufo.

1. Theudoricus rex Gothorum Suevos proelio devicit interfecto rege ipsorum Reciario (reciarium *H*) ad infimum usque perdomuit.
2. Post cuius caedem Gundiocus rex Burgundionum cum gente et omni praesidio annuente sibi Theudorico ac Gothis intra Galliam ad habitandum ingressus societate et amicitia Gothorum functus.
3. [Eo anno Marcianus imperator Constantinopoli (-polim *H*) moritur, in cujus locum consensu exercitus atque senatus Leo maior in eadem urbe imperator levatur.] [1])

FASTI VINDOBONENSES PRIORES.

584 *458* Leone Aug. et Apollonio.

585 *459* Fl. Ricimere et Patricio.

586 *460* Magno et Apollonio.

587 *461* Severino et Dagalaifo.

588 his cons. depositus est Maiorianus imp. a patricio Ricimere Dertona IIII non. Aug. et occisus [octisus *cod.*] est ad fluvium Ira VII idus Aug.[2])

589 et levatus est imp. do. n. Severus XIII kal. Decembr.[3])

590 *462* Leone II et Severo.

591 *463* Basilio et Biviano.

592 *464* Rustico et Olybrio.

593 his cons. occisus est Beorgor rex Alanorum Bergamo ad pede montis VIII idus Februarias.

FASTI VIND. PRIORES.

594 *465* Herminerico et Basilio.

595 his cons. defunctus est imp. Severus Rome XVIII kal. Septembris.

596 *466* Leone III et Tatiano.

597 *467* * Puseo et Iohanne (conss. *add. S*).

598 his cons. levatus est imp. do. n. Anthemius Romae prid. idus Aprilis.

599 * fuit boum nimia mortalitas *[adn. om. V]*.

600 *468* d. n. Anthemio Aug. II.

601 his cons. occisus est Marcellinus in Sicilia mense Aug.

PASCHALE CAMPANVM.

Herminirico et Basilisco (balisco *cod.*)

Defunctus est Severus.

Leone Aug. ter.

Puseo et Iohanne.

His consulibus Antemius imperator efficitur.

Antemio Aug. bis.

Marcellinus occiditur Sicilia.

---

1) *Fortasse ex Isidoro, vide supra p. 268 c. 17.*

2) *Cf. Theophanes ad a. m. 5955:* τούτῳ τῷ ἔτει ἐσφάγη Μαιορῖνος εἰς Ταρτίωνα ὑπὸ Ῥεμιχίου πατριχίου.

3) *Cf. Theophanes l. c.:* καὶ ἀνηγορεύθη εἰς βασιλέα Σεβῆρος [ὁ] καὶ Σερπέντιος (*cf. Chron. pasch. ad h. a.:* Λέοντος Αὐγούστου τὸ β΄ καὶ Σερπεντίου) νώναις Ἰουλίαις.

		FASTI VIND. PRIORES.	*PASCHALE CAMPANVM.*
	p. Chr.		
602	*469*	Marciano et Zenone II.	Marciano et Zenone.
603	*470*	Severo et Iordane.	Severo v. c. consule.
604	*471*	Leone IIII et Probiā.	Leone Aug. IIII et Probiano.
605	*472*	Festo et Marciano.	Festo et Marciano.
606		his cons. bellum civile gestum est Romae inter Anthemium imperatorem et Ricimere patricio: et levatus est imp. Olybrius Romae: et occisus est imp. Anthemius V idus Iulias [1].	Bellum civile inter Antemium et Recimerem. occiditur Antemius V id. Iul. levatur Olybrius.
607		et defunctus est Ricimer XV kl. Septemb. [2]	moritur Recimer XIIII kal. Septemb.
608		eo anno Gundobadus patricius factus est ab Olybrio imp.	
609		et defunctus est imp. Olybrius Romae X kl. Novemb. [3]	et Olybrius moritur IIII non. Novemb.
610	*473*	Leone Aug. V.	Leone Aug. V.
611		hoc consule levatus est imp. Glicerius Ravena III non. Martias.	Licerius imperator levatus est V non. Mart.

ANON. VALESIANI PARS POST.			*FASTI VIND. PRIORES.*	*PASCH. CAMP.*
		p. Chr.		
	612	*474*	dom. Leone iuniore Aug.	Leone Aug. iuniore: post cons. Leonis Aug.
7. 36. Igitur imperante Zenone Augusto Constantinopoli superveniens Nepos patricius ad Portum urbis Romae deposuit de imperio Glycerium	613		his consul. *(vacat v. dimidius)* de imperio Glicerius in Portu urbis Romae.	Deponitur Licerius.
et factus est episcopus et Nepos factus imperator Romae.	614		eo anno levatus est d. n. Iulius Nepos VIII kald. Iulias.	Levatur Nepos.
mox veniens Rauennam: quem	615	*475*	p. c. Leonis iun. Aug.	Zenone Aug. bis.
persequens Orestes patricius cum exercitu, metuens Nepos adven-	616		his cons. introivit Ravennam patricius	1. Fugavit Orestis Nepotem.

Anon. Vales. inscriptionem vide supra p. 259 2 constantinopolim *BP* nepus *hic et deinceps: B* 3 rome** dep. *B* 4 glicerium *P* 7 uenit *P*[2] raū *per compendium hic et deinceps passim B* 8 orestis *BP*[1]

1) *Cf. Theophanes ad a. m. 5964:* Ῥεκίμερ ὁ στρατηγός ... γαμβρὸς δὲ Ἀνθεμίου ... ἐπανίσταται τῷ ἰδίῳ κηδεστῇ καὶ πολέμου κρατοῦντος τὴν χώραν λιμώττουσιν οὕτως αἱ τοῦ βασιλέως δυνάμεις, ὡς καὶ βυρσῶν καὶ ἄλλων ἀήθων ἅψασθαι βρωμάτων, αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα Ἀνθέμιον ἕβδομον ἔτος ἔχοντα τῆς ἀρχῆς ἀναιρεθῆναι· τὸ τηνικαῦτα Λέων διὰ τοὺς ἔτι συνεστῶτας ἐν Ῥώμῃ θορύβους Ὀλύβριον τὸν τῆς Πλακιδίας σύζυγον (*cf. Theophanes ad a. 5947*) ἐκπέμπει τῇ Ῥώμῃ καὶ ἀναγορεύει τοῦτον αὐτοκράτορα.
2) *Cf. Theophanes l. c.:* ὁ δὲ Ῥεκίμερ μετὰ τὴν Ἀνθεμίου σφαγὴν τρεῖς μῆνας μόνους διαζήσας νόσῳ τελευτᾷ.
3) *Cf. Theophanes l. c.:* συναπελθόντος αὐτῷ Ὀλυβρίου ἀρρωστίᾳ σωματικῇ.

AVCTARII HAVN. ORDO POSTERIOR.[1]

474 1. Ē Leo iunior imperium (imperio *H*[1], in imperio *H*[2]) apud Constantinopolim consulatusque dignitatem sibi praesenti anno decernens cum Augusti nomine vindicavit (uendicauit *H*).

2. Sub consulatu Leonis iunioris Leo maior defunctus est XV k. Febr. et levatus est imperator Zenon IIII k. Febr.[2])

3. Glycerius (glicerius *H*) de imperio deiectus a Nepote patricio in Portu (porta *H*) urbis Romae episcopus ordinatur.

4. Nepos (nepus *H*) patricius in Portu (portis *H*) urbis Romae imperii iura suscepit XIII k. Iul.

AVCTARII HAVN. ORDO PRIOR.[1])

475. p. c. Leonis iunioris Ag.

1. Nepote (neputem *H*) apud urbem residente (residentem *H*) Orestes patricius cum robore (robor *H*) exercitus contra eum mittitur. sed cum desperatae rei negotium resistendo (resistendi *H*) sumere non auderet, ad Dalmatias

A. H. O. POST.[1])

p.c. Leonis iunioris

1. Nepos (nepus *H*) cum ab Oreste patricio cum exercitu persequeretur, fugiens ad Dalmatias usque navigavit.

AVCT. HAVN. ORDINIS POST. MARGO.[1])

1. Postquam dum sibi victoriae decore prosperoque eventu (eventui *H*) pollere nequaquam causam caute usurpationis dicare sentiret praeveniente vanitatis stimulo. sequen-

1) *In codice Havniensi anni 471–489 his exhibentur in ipso textu, primum quae hic ordine priora appellantur leguntur, deinde his subiuncta quae nobis dicuntur posteriora; ad horum marginem quae exhibentur, tertio loco proposuimus.* 2) *Sequitur ex Isidoro supra p. 268 c. 18.*

ANON. VALESIANI PARS POST.	p. Chr.	*FASTI VIND. PRIORES.*	*PASCH. CAMP.*
tum Orestis, ascendens navem fugam petit ad Salonam et ibi mansit per annos quinque: postea vero a suis occiditur.		Orestes cum exercitu et fugavit imp. Nepos ad Dalmatias V kl. Septemb.	
mox eo egresso factus imperator Augustulus. Augustulus imperavit annos X. **8. 37.** Augustulus qui ante regnum Romulus a parentibus vocabatur, a patre Oreste patricio factus est imperator.	617	eo anno Augustulus imp. levatus est Raven a patricio Oreste patre suo prid. kl. Novembres.	et levatur Augustulus.
	618 *476*	Basilisco II et Armato.	Basilisco Aug. II et Armato.
superveniente Odovacre cum gente Scirorum	619	His cons. levatus est Odoacar rex X kl. Septembris.	Odoacar levatur X k. Septb.
occidit Orestem patricium in Placentia et fratrem eius Paulum	620	Eo anno occisus [octisus *cod.*] est Ore-	

1 nauim *P* 2 petiit *P* 7 annos *om. B*[1] 8 regno *B* 10 factus] f. est *P* 12 superuenientem oduuactem (odoacrem *B*[2]) *B*, superueniens autem odoachar *P* 13 cyrorum *BP* 14 placentiam *B*

AVCTARII HAVN. ORDO PRIOR.	*AVCT. HAVN. ORDO POST.*	*AVCT. HAVN. ORDINIS POST. MARGO.*
navigiis fugit. Cum Nepos (nepus *H*) fugiens Italiam ac urbem reliquisset, Orestes primatum omnemque sibi vindicans (uendicans *H*) dignitatem Augustulum (agustulum *H*) filium suum apud Ravennam positus imperatorem facit, ipse vero omnem curam externorum praesidiorum gerit.		tique anno[1]) post consulatum (pro consulatu *H*) Leonis iunioris Orestes patricius (patricium *H*) cum robore exercitus (exercet *H*) contra Nepotem Roma (romam *H*) mittitur. Qui cum desperatae rei negotium resistendo sumere (summere *H*) non auderet, ad (a *H*) Dalmatias navigans fugit V k. Septemb. ibique per quinquennium recuperandae spei fiduciam promittens Dalmatis imperavit.
2. Levatur Augustulus (agustulus *H*) in imperio pridie k. Novemb.[2])	2. Orestes vero patricius post fugam Nepotis Augustulum filium suum Ravennae (rauuenne *H*) imperatorem facit II k. Novemb.[2])	2. Post cuius fugam Orestes elatus quamquam sibi vota (bonis *vel* bonas *H*) damnandae temeritatis augere non auderet, Augustulum filium suum penes Ravennam urbem imperatorem fecit pridie k. Novembris.
476 Basilio et Armato.	Basilisco II et Armato.	
1. Gothi Eurico rege multas Galliae urbes vastant praecipuamque inter eas Arelas opibus exuunt et a Romana dicione suae dicioni subiugant.	1. Odoachar ab exercitu suo rex levatur X k. Sept.	1. Interque mala et inopinata rei publicae naufragia dum sese interius Romanae vires (*ins.* impereunt externe, *sed delevit H*) pereunt, externae gentes quae simulata amicitia (amiciciam *H*) Romano iuri suberant (iure subderent *H*), adversum eum consurgunt.
2. Intra Italiam Eruli, qui Romano iuri suberant, regem creant nomine Odoacrem X k. Sept., hominem et aetate et sapientia gravem et bellicis rebus instructum.	2. Orestes patricius Placentia et Paulus frater eius Ravenna occiduntur.	2. nam Heruli (qui *ins. H*) intra Italiam habitatores regem creant (c͏̊reāt *H*) nomine Odoacrem, hominem et arte et sapientia gravem et bellicis rebus instructum.
3. Qui Orestem patricium apud Placentiam residentem oppressit atque		3. qui Orestem (orat fratrem *H*) patricium apud

1) *fortasse sic fere haec restituenda:* nec quemquam causam tantae usurpationis vindicare sentiret pr. u. st., sequenti anno. 2) *sequitur utroque loco caput Isidori supra p. 268 c. 19:* Zenon ... vixit.

ANON. VALESIANI PARS POST.

ad Pinetam foris Classem Ravennae.

38. ingrediens autem Ravennam deposuit Augustulum de regno, cuius infantiae misertus concessit ei sanguinem, et quia pulcher erat, tamen donans ei reditum sex milia solidos misit eum intra Campaniam cum parentibus suis libere vivere. enim pater eius Orestes Pannonius qui eo tempore, quando Attila ad Italiam venit, se illi iunxit et eius notarius factus fuerat. unde profecit et usque ad patriciatus dignitatem pervenerat.

1 pineta *B*[2]*P*, peneta *B*[1] 7 tamen] *scr.* admodum *vel, quod proposuit Hirschfeld*, etiam donans ei reditum] donauit et creditor *B* 9 campania *B* 10 enim] *B*[1], etenim *B*[2]: *delendum* 11 orestes pannonius] *Henr. Valesius*, oresti pannotos *B* 14 proficit *B* 16 peruenerat] peruerat *B*

FASTI VIND. PRIORES.

p. Chr.

stes patricius Placentia V kl. Septembris. eo anno occisus est Paulus frater eius Ravenna in pinita prid. non. Sept.

621 *477* p. c̄. Basilisci et Armati.

622 his cons. occisus est Bravila a rege Odoacro V idus Iul. Ravena.

623 *478* Hello v. c̄. cons.

624 *479* Zenone Aug. cons.

625 *480* Basilio iun. v. c. cons.

626 his cons. occiditur Nepos imp. VII idus Maias.

PASCH. CAMP.

477 p. c. ss.

478 Illo v. c. cons. Theodoricus Durracium ingressus est.

479 Zenone Aug. III.

AVCTARII HAVN. ORDO PRIOR.	*AVCT. HAVN. ORDO POST.*	*AVCT. HAVN. ORDINIS POST. MARGO.*
devicit fratremque eius nomine Paulum penes Ravennam positum interfecit. 1. Undique rei publicae mala consurgentia: ab omnibus undique gentibus oppressi et provincias et dominationem (et dom. *om. H*[a]) amiserunt.		Placentiam cum exercitu residentem oppressit atque (de *ins., sed del. H*) deiecit. cuius frater nomine Paulus apud Ravennam residens ab Odoacris exercitu oppressus (exercitum oppresis *H*) interiit in Pineta pridie kl. Septemb.
477 p. c. Basilici *(sic H)* et Armati. Odoachar virum nobilem suo regimini adversantem Brachilanem nomine interfecit.	p. c. (uc *H*) Basilisci et Armati. His consulibus occisus est Brachila Ravenna a rege Odoachar.	Odoacar (odocar *H*) Ravennam veniens anno sequenti post consulatum (consolatus *H*) Basilisci (basilice *H*[a], basilici *H*[b]) et Armati Brachilanem (bracilanem *H*[1]), qui suo regimini adversabatur, perimit.
478 Ello v. c. consule. Adaric adversum Odoacrem rebellans devictus cum matre et fratre occiditur XIII k. Decemb.	Ello v. c. consule. Hoc consule Adaric a rege Odoachar devictus occiditur XIII k. Dec.	postque biennio subsequenti adversum se dimicantem virum nobilem Adarich nomine cum fratre et matre occidit Hello v. c. (uiro claruit *H*) consule (consul *H*) tertio decimo kl. Decemb.
479 Zenone Aug. (ag. *H*) consule.	Zenone p(er)p(etuo) Aug. (ag. *H*) cons.	
480 Basilico *(sic)* iuniore consule. Nepos (nepus *H*) imperator cum Dalmatis imperaret et sumpti honoris sceptra firmare conaretur, a suis inprovisis ictibus confossus interiit X k. Iul.	Basilio iuniore v. c. cons. Nepos (nepus *H*) imperator cum in Dalmatiis imperii sui sceptra firmare conaretur, a suis occiditur VII k. Mai.	Imperator (in tempore *H*) Nepos cum in Dalmatiis imperii sui sceptra firmare conaretur, a suis interficitur Basilisco iuniore consule.

	p. Chr.	*FASTI VIND. PRIORES.*	*PASCH. CAMP.*
627	*481*	Placido v. c. conss.	Placido v. c. consule.
628		his cons. occisus est *(versus unus vacat)* VII idus Octobris.[1]	
629	*482*	Severino v. c. cons.	Severino v. c. cons.
630		his cons. occisus est *(versus dimidius vacat)* Dalmatias V kl. Dec.	
631	*483*	Faustone v. c. cons.	Fausto v. c. cons.
632	*484*	Venantio v. c. cons.	Venantio v. c. cons. et Theodorico [Huniricus persequitur catholicos].
	485		Symmacho v. c. cons.
633	*486*	Detio v. c. cons.	Decio v. c. cons.
634	*487*	Vetio v. c. cons.	Boetio v. c. cons.
635		hoc cons. pugna facta est inter Odoacrem regem et Fevvanum regem Rugorum et vicit Odoacar et adduxit captivum Fevvanum regem sub die XVII kal. Decemb.	
636	*488*	Dinamio et Sifidio.	Dinamio et Sifidio.
637		his cons. arsit pontus [*scr.* pons] Apolinaris noctu in pascha XV kald. Maias.	
638	*489*	Probino et Eusebio.	Probino v. c. cons.

1) *Cf. Cassiodorus in Chron. ad a. 481:* his conss. Odovacar in Dalmatiis Odivam vincit et perimit.

	AVCTARII HAVN. ORDO PRIOR.	*AVCT. HAVN. ORDO POST.*	
481	Placidio v. c. consule.	Placido v. c. et consule.	
482	Severino iun. et Trecondite.	Severino iuniore et Trecondite.	
	1. Odoachar rex in Dalmatiis proficiscitur, cui cum obsistere cum exercitu Ovida conaretur, ab Odoachre oppressus interiit V id. Decemb. Odoachar devicto Ovida atque interfecto regnum late proeliis et ferro extendit.	1. Odoachar rex in Dalmatiis pugnans Ovidam cepit atque occidit.	
483	Fausto v. c. consule.	Fauto *(sic)* v. c. consule.	
484	Venantio et Theudorico.	Venantio et Theudorico.	
485	Symacho iun. v. c. consule.[1]	Simacho iuniore v. c. cons.[1]	
486	Decio et Longino.	Decio et Longino.	
	1. Euricus rex Gothorum penes Arelas urbem, quam ipse ceperat, moritur locoque eius Alaricus filius eius confirmatur V k. Ian.		
487	Boetio v. c. consule.	Boetio v. c. consul.	
		1. Euricus rex Gothorum moritur et rex pro eo Alaricus.	
	1. Fevva rex Rugorum adversum regem Erulorum Odoachrem bellum movet. collectis copiis ab utroque exercitu (exercitus *H*) supra Danubium amnem pugna initur. multa utriusque exercitus cadaverum strages caede (cedes *H*) coacervata: sed cum iam ab utroque rege anceps victoria expectaretur, Fevva devictus tandem et vivus captus ac Odoachri oblatus, quem vitae reservatum Odoachar in Italiam secum vinctum pertrahit. pugnatum est supra Danubium cum Fevva et Rugis XV k. Ian.	2. His consulibus Odoachar rex Herulorum Fevvanem regem Rugorum proelio devictum supra Danuvium cepit atque secum intra Italiam vinctum pertrahit.	*AGNELLVS.*
488	Dinamio et Sifidio.	Dinamio et Sifidio.	*c. 39:* pons Apolenaris Ravenna concrematus est nocte in pasca IV non. Apr.[2])
489	Probino et Eusebio.	Probino et Eusebio.	

1) *inseritur papa Felix (supra p. 270 c. 39).* 2) *Pascha est anni 489.*

ANONYMI VALESIANI PARS POSTERIOR.

9. 39. ergo postquam factus est imperator Zeno a filio suo Leone, qui natus fuerat de filia Leonis Ariagne nomine, regnat cum filio suo anno uno et merito Leonis regnum remansit apud Zenonem. Zeno vero cum filio iam regnans anno uno imperavit annos XIIII, Isauriae nobilissimus, qui dignus esset filiam imperatoris accipere, exercitus in arma.

40. perhibent de eo, quia patellas in genucula non habuisset, sed mobiles fuissent, ut etiam cursum velocissimum ultra modum hominum haberet. in re publica omnino providentissimus, favens genti suae.

AGNELLVS.

c. 94: Zeno natione Isauricus et pro nimia velocitate pedum eum Leo imperator generum sumpsit et maximum apud imperatorem honorem accepit. hic vero patellis genuculorum non habuit et sic currebat fortiter, ut arrepto cursu quadrigas pedibus iungeret. post mortem vero filii sui, qui avo Leoni in regno successerat, iste Zeno imperator factus est, sedecim annis gentibus imperavit.

41. huic insidiabatur Basiliscus, ipse primus senator: quo cognito Zeno cum aliquantis divitiis petiit Isauriam at ubi ille egressus est, mox Basiliscus, qui ei, ut dictum est, insidiabatur, arripuit imperium.

42. Basiliscus imperavit annos II. Zeno confortans Isauros intra provinciam, deinde misit ad civitatem Novam, ubi erat Theodericus dux Gothorum, filius Walamerici, et eum invitavit in solacium sibi adversus Basiliscum, obiectans militem, post biennium veniens, obsidens civitatem Constantinopolim.

43. sed quia senatus et populus Zenonem metuentes, ne quid mali pateretur civitas, relicto Basilisco se illi omnes dederunt aperta civitate. Basiliscus fugiens ad ecclesiam, intra baptisterium cum uxore et filiis ingreditur. cui Zeno dato sacramento securum esse de sanguine, exiens, inclausus cum uxore et filiis intra cisternam siccam, ibidem frigore defecerunt.

44 Zeno recordatus est amorem senatus et populi, munificus omnibus se ostendit, ita ut omnes ei gratias agerent. senatum Romanum et populum tuitus est, ut etiam ei imagines per diversa loca in urbe Roma levarentur. cuius tempora pacifica fuerunt.

10. 45. Odoacar vero, cuius supra fecimus mentionem, mox deposito Augustulo de imperio, factus est rex mansitque in regno annos XIII. cuius pater Edico dictus, de quo ita invenitur in libris vitae beati Severini monachi intra Pannoniam, qui eum admonuit, et praedixit regnum eius futurum.

46. ita repperis ad locum: 'Quidam barbari cum ad Italiam pergerent, promerendae benedictionis ad eum intuitu deverterunt, inter quos et Odoacar, qui postea 'regnavit Italiae, vilissimo habitu iuvenis statura procerus aduenerat: qui dum '[se, ne] humillimae tectum cellulae eius suo vertice contingeret, inclinasset, a

1 postquod *B* 2 Ariagne] *scripsi*, Ariadne *Valesius*, agrianni *B* 3 zenone *B* 4 isauriae] hisauriaenus *B* filia *B* 5 exertus *B* 7 nobiles *B* 8 curso uelocissimo *B* 11 genti] *Ruehl*, gentis *B* 13 hisauria *B* est mox] mox est *B* 14 imperio *B* 15 basilicus *B* hisauros *B* prouintia *B* 17 oblectans *B* 19 male *B* 20 basilisco] *B*p, basilisso *B*c 22 cisterna sicca *B* 23 defecerunt] *B*c, de***erunt *B*p 24 amore *B* 25 agent *B* senato romano et populo *B* 27 odoachar *P*, oduacer *B*c, odoc*** *B*p deposi** *B*p 28 que *om. P*a regnum *BP* aedico *BP* 29 pannonia *B* 30 eius] ei *P* 31 promerendae] porro merendae *P* 32 intuitum *B* oduachar *P*, oduacar *B*2, oducar *B*1: odouacar *(et sic deinceps) Eugippiani libri familiae posterioris*, odoacar *prioris* 33 uilissimo] u. tunc *libri Eugippiani* 34 se ne] *Eugippiani, om. BP* humillimae tectum] *Eugippiani*, humillimo tectum (tecte *B*c) *B*, humillimum tectum *P* eius] ·̣ eius *B (sic), om. Eugippiani* suo] *Eugippiani et B*p ? *P*, sua *B*c inclinasset] *B et Eugippiani*, et inclinasset *P*, inclinasset se *edd.*

ANONYMI VALESIANI PARS POSTERIOR.

'viro dei gloriosum se fore cognovit. cui etiam vale dicenti vade, inquit, ad Ita-'liam, vade vilissimis nunc pellibus coopertus, sed multis cito plurima largiturus.'

47. interim ut dei famulus ei praedixerat, mox in Italiam ingressus est, regnum accepit. eodem tempore Odoacar rex memor factus, quod a viro sancto praedictum audierat, statim familiariter litteras ad eum 'dirigens, si qua speranda duceret, 'dabat suppliciter optionem. ergo vir dei tantis itaque eius adloquiis per litte-'ras invitatus, Ambrosium quendam exulantem rogat absolvi: cuius Odoacar gra-'tulabundus paruit imperatis.'

48. igitur Odoachar rex gessit bellum adversus Rugos, quos in secundo vicit et funditus delevit. nam dum ipse esset bonae voluntatis et Arrianae sectae favorem praeberet, 'quodam tempore dum memoratum regem multi nobiles coram 'sancto viro humana, ut fieri solet, adulatione laudarent, interrogat quem regem 'tantis praeconiis praetulissent. respondentibus 'Odoacrem', ['Odoacar'], inquit, '[integer] inter tredecim et quattuordecim': annos videlicet integri eius regni 'significans.'

---

1 se fore] *Eugippiani*, se forte *Bp*, esse forte *BePb*, esse fore te *Pa* uale] uade *B et Eugippii codex Vat. 1197* 2 plurime *B*[1] 3 interim] igitur *P* italia *B* est *om. P* 4 eodem t. odoacar (odoachar *P*, odochar *B*) rex .... familiariter (familiater *B*) l. ad eum] isdem temporibus Odovacar rex sancto Severino familiares litteras *Eugippius* dirigens] *P et Eugippiani*, diligens *B*a, diliges *B*b siqua] *BP et Eugipp. cl. posterior*, quae *prior* 6 opitionem *P*a *post* optionem *ins.* memor illius praesagii, quo eum quondam expresserat regnaturum *Eugippius* ergo uir dei tantis itaque (*om. P*) eius adloquiis per litteras invitatus (inuitatur *B*)] tantis itaque sanctus eius alloquiis invitatus *Eugippius* cuius (cui *P*) odoachar (odochar *B*) gr. paruit (parui *Bp*) imperatis (*sic libri Eugippiani*, imperati *Bp*, imperanti *BeP*) *BP et Eugippiani* 9 odochar *B* 10 deluit *B*[1] benae *B*[1] fauore *B* 11 memorato rege *B* nobilis *B* quodam] *BP*, quodam etiam *Eugippianorum cl. posterior*, quo etiam *classis prior* 12 laudaret *B* 13 odoacrem odoacar inquit integer inter tredecim et quattuordecim annos uidelicet integri eius regni significans] odocharem (*Bp*, odoacrem *Be*, odoachrem *P*) inquid (inquit *Be*, *om. P*) qui dixit eis inter tr. et q. annos u. integri eius regni (regnum *P*) significans *BP*, odovacrem odouacar inquit integer inter (inter *om. Eugippiani priores male*) tr. et q. a. u. integri (integritatem *Eugippiani posteriores male*) e. regni sign. *libri Eugippiani;* annos *geminavit Knoell probabiliter (cf. supra p. 261).*

ANON. VALESIANI PARS POST.

11. 49. Zeno itaque recompensans beneficiis Theodericum, quem fecit patricium et consulem, donans ei multum et mittens eum ad Italiam. cui Theodericus pactuatus est, ut, si victus fuisset Odoachar, pro merito laborum suorum loco eius, dum adveniret, tantum praeregnaret. ergo superveniente Theoderico patricio de civitate Nova cum gente Gothica missus ab imperatore Zenone de partibus Orientis ad defendendam sibi Italiam.

50. cui occurrit venienti Odoacar ad fluvium Sontium et ibi pugnans cum eodem victus fugit et abiit in Veronam et fixit fossatum in campo minore Veronense V kalendas Octobres. ibique persecutus est eum Theodericus et pugna facta ceciderunt populi ab utraque parte; tamen superatus Odoacar fugit Ravennam pridie kalendas Octobres.

FASTI VIND. PRIORES.

p. Chr.

639 *490* Fausto v̄. c. cons. his cons. ingressus est rex Theodericus in fossato pontis Sontis V kl. Septembris et fugit Odoacar rex de fossato et abiit in Beronam.

PASCH. CAMP.

Fausto iuniore.

51. et perambulavit Theodericus patricius Mediolanum, et tradiderunt se illi maxima pars exercitus Odoacris nec non et Tufa magister militum, quem ordinaverat Odoacar cum optimatibus suis kal. April. eo anno missus est Tufa magister militum a Theoderico contra Odoacrem Ravennam.

52. veniens Fauentiam Tufa obsedit Odoacrem cum exercitu, cum quo directus fuerat; et exiit Odoacar de Ravenna et venit Fauentiam et Tufa tradidit Odoacri comites patricii Theoderici et missi sunt in ferrum et adducti Ravennam.

53. Fausto et Longino.

His consulibus Odoacar rex exiit de Cremona et ambulavit Mediolanum. tunc venerunt Wisigothae in adiutorium Theoderici et facta est pugna super fluvium Adduam et ceciderunt populi ab utraque parte et occisus est Pierius comes domesticorum III idus Augustas et fugit Odoacar Ravennam et mox subsecutus est eum patricius Theodericus veniens in Pinetam et fixit fossatum, obsidens Odoacrem clausum per triennium Ravenna, et factum est usque ad sex solidos modius tritici. et mittens legationem Theodericus Festum caput senati ad Zenonem imperatorem et ab eodem sperans vestem se induere regiam.

1 zeno 17 fugit *om. P, inserens pro his sub lemmate* item fuere et alii Gothi, ex quorum progenie Theodericus processit *locum Iordanis Get. 55, 281* igitur rex Theodemir *ad 55, 282* repedavit *et 56, 288* nec diu *ad 57, 293* audacia intrat) 1 recompensas *B* 7 odoachar B^2, odochar B^1 15 odochar B^1, odocher B^2 16 sontium *P*, sontio B^1, isontio B^2 et] B^1, at uero odoacer (odoachar *P*) B^2 *P* 19 campum B^p 20 octub; *BP et sic deinceps* ibique] ibi B^a 24 oduachar B^e, odochar B^p, odoachar *P* rauenna *B* 26 perambulauit *ad* 32 rauennam *om. P* mediolano B^p maxime *B* 28 odoachar B^p, odoacher B^e 29 odoachrem rauenna *B* 30 fauentia *B* obsedit] ***edit B^p odoacrim B^p exer-

AVCT. HAVN.

490 Fausto iun. v. c. cons.

Hoc consule Theudoricus rex Gothorum ingressus est fossatum ponte Sontis adversum Odoachar regem. quem cum ingenti copia hostium munitum et insolentis animi cerneret non posse eum (*scr.* posse se) vi superare, timore perculsus aufugit ac se Veronensi oppido cum exercitu recepit. quem cum rex Theudoricus fugisse se coram comperit, expertus (expers *H*) bellicis rebus atque triumphalis gloriae capax animus (dum iudicaret *similiare ins.*) non metuendum fore hostes persequi, si semel devicti cesserint, et victoriam in propatulo habere acris ingenii animus intueretur, si eum ibi usque persequeretur, quo praesidium non virorum robore sed murorum munitione sese habere putaret, ad Veronam usque persecutus est. quem cum Odoachar adventasse ad sui obsidionem cerneret, taedio victus collectis bellatorum copiis sese in campo Veronensi minore obvium obiecit. ubi cum magnae strages ab utroque exercitu fierent, dum unum desperatae rei necessitas cogeret, alterum, ne coeptae victoriae (gloriae *H*) gloriam fuga macularet, diu utrisque pugnantibus tandem victus Odoachar fugit et Ravennam cum exercitu fugiens pervenit.

citum *Bp* 31 odoachar *B* fauentia *B* tuffa *B* odoacrim *Bp*, odoacrem B[e] comites] *Hadr. Valesius*, comite *B* 32 ferro *B* 33 fasto *Bp* 34 odoachar *B* 35 guisigothae *P* 37 odoachar *BP* sub | subsecutus *P* 38 penita *Bp*, pineta *B*[e]*P* 39 odoachrem *BP* rauenna] in r. *P* 40 festum] *BP*, faustum *edd.*

ANON. VALESIANI PARS POST.

54. Olybrio v. c. Cons.

Hoc consule exiit Odoacar rex de Ravenna nocte cum Herulis ingressus in Pinetam in fossatum patrici Theoderici, et ceciderunt ab utraque parte exercitus, et fugiens Levila magister militum Odoacris occisus est in fluvio Bedente: et victus Odoacar fugit Ravennam id. Iul.

1 olibrio *P* conss. B^e 2 consule] consul B^1 (?) odoachar *BP* 4 pineta B^e, penita *B*P, pinneta *P* fossato *B* 5 cecederunt *P* 7 la magister militum *in litura* B^2, *inc.* B^1 8 odoachris B^1, odoachrise B^2 [?], eius *P* 9 Bedente] *Gardthausen*, uecente *BP: cf. Plinius h. n. 3, 15, 115:* Ravenna . . . cum amne Bedese *et Agnellus lib. pontif. Rav. c. 1:* in Bedente (*v. l.* Bedese) fluvio *et c. 140:* Bedente vetere amne, *et (quem locum affert Cluverius Ital. ant. p. 300) acta Hilarii abbatis Galeatensis act. sanct. Mai. vol. 3 p. 474:* sub ipso monte super Bedentem fluvium odoachar *P*, odochar *B* 10 rauenna *BP*

FASTI VIND. PRIORES.

p. Chr.

640 *491* *[versus unus vacat]*

1. eo anno ingressus est Odoacar rex in fossatum [1]) Erulis in pinita et occisus est Libila mag. mil. et ceciderunt populi ab utraque parte et clausit se Ravenn Odoacar rex VI idus Iul. et regressus est rex Theodericus in Ticino XI kal. Septemb.

641 *492* * d. n. [d. n. *om. S*] Anastasio p(er)p(etuo) [*om. S*] Aug. et Rufo.

642 * his cons. [h. c. *om. S*] terrae motus factus est [*om. V*] noctu ante pullorum cantus VII kal. Iun.

643 *493* Albino v. c. conss.

644 1. Hoc cons. regressus est rex Theodericus Arimini et venit cum dromonis ad fossatum Palatioli IIII kl. Septembris.

PASCH. CAMP.

Olybrio iun. v. c. consule.

Zeno defunctus est, levatus Anastasius.

Anastasio Aug. et Rufo.

Albino v. c. cons. et Eusebio.

1. [his consulibus ignari praesumptores ferunt Antichristum nasciturum.]

---

1 cum *addunt Anon. Vales. et Cassiodorus.*

AVCT. HAVN.

491 Olibrio iuniore v. c. cons.

1. Odoachar rex ab Ravenna Mediolanium rediit atque contractis copiis cum Theudorico bellum init super fluvio Adda: sed (se *H*) ut rei desperatae magis adimi quam augeri vires solent, Odoachar terga vertens interfecto Pierio comite, qui bellicis rebus praeerat, Ravennam iterum aufugit. post quem Theodoricus intra parvi temporis spatium Ravennam cum totius robore exercitus pervenit. fossato ac munitione late patente (-tem *H*) in Pineta exercitum vallavit. quem cum securum intra fossatum sedere Odoachar conspiceret, clam noctu cum Erulis intra fossatum in Pineta erupit, ubi, cum diu pugnatum esset et utriusque exercitus magnae copiae cecidissent, interfecto Libilane magistro militiae intra Ravennam (rauuennam *H*[1]) sese rex Odoachar reclusit. Theudoricus collectis exercitibus nolens eum obpugnare, donec sese belli tempus aperiret, Ticinum rediit XV (u *H*[1]) k. Sept. (setemb. *H*)[1]).

492 Anastasio p(er)p(etuo)A(u)g. cons. et Rufo.[2])

493 Albino v. c. consule.

1. Rex Theudoricus Ariminum est regressus indeque profectus cum dromonis (-nes *H*) navigio venit ad fossatum Palatioli IIII k. Sept.

AGNELLUS.

c. 39: cum ... iuxta Strovilia Peucodis (= pinetae) non longe ab urbe Ravenna applicitus Theodoricus fuisset cum hostibus suis in campo qui vocatur Candiani, postquam duabus vicibus Odovacer superavit, qui illo tempore regnum Ravennae obtinebat, tunc exiit Odovacer ad praedictum campum cum exercitu suo et superatus est tertio et ante faciem Theodorici terga dedit et infra civitatem se clausit.

l. c.: et abiit ad Ariminum et venit exinde cum dromonibus in Porte lione, ubi postea palatium modicum aedificare iussit in insula non longe a litore maris, ubi nunc monasterio sanctae Mariae esse videtur infra balneum non longe ab Ravenna miliario VI. . . . . .

l. c.: tamdiuque exercitus Theodorici (*immo* Odoacris) famis perdomuit quamdiu coria vel alia immunda et horrida urguebantur comedere et multa corpora, quae servata sunt gladio, famis peremit.

l. c.: et factus est terrae motus magnus valde (*scr.* ante) gallorum cantu VII kal. Ianuarii.

1) *sequitur caput Isidorianum supra p. 268 c. 20.*

2) *sequuntur capita quattuor Isidoriana supra p. 269 c. 21—24.*

ANON. VALESIANI PARS POST.	p. Chr.	*FASTI VIND. PRIORES.*	*PASCH. CAMP.*
	645	Eo anno pugna facta est inter Fridericum et Eufanem mag. mil. inter Tridentum et Beronam.	
igitur coactus Odoacar dedit filium suum Thelanem obsidem Theoderico accepta fide securum se esse de sanguine.	646	Hoc cons. facta est pax inter dm Theodericum regem et Odoacrem III kl. Martias.	
55. sic ingressus est Theodericus: et post aliquot dies, dum ei Odoacar insidiaretur, detectus ante ab eo praeventus in palatio, manu sua Theodericus eum in Lauretum pervenientem gladio interemit.	647	et ingressus est dnus Theodoricus in Classem ..... Mar.	
	648	hoc cons. ingressus est Ravenam rex Theodoricus III non. Mar.	2. Ravennae Theodoricus ingressus.
56. cuius exercitus in eadem die iussu Theoderici omnes interfecti sunt, quivis ubi potuit reperiri, cum omni stirpe sua.	649	et occisus est Odoacar rex a rege Theodorico in palatio cum commilitibus suis.	

1 igitur *ad* 322, 9 annos xxxiii *om. P, inserens pro his Iordanis Get. 57, 293* indeque subreptiue *ad 57, 295* regnator adsumit odoachar *B* 2 thelane *B* 7 odoachar *B* 8 ante] *scripsi,* conte *B,* caute *Hadr. Valesius* praeuenientem *Bp* 12 diem *Bp* 13 iusso *B* 14 quiuis] *scripsi,* quis *B* reperire *B*[1]

1) *Cassiodorus eadem refert ad a. 489 recte: ad eundem annum etiam Marius Aventicensis adnotat:* his consulibus ingressus est Theudoricus rex in Italia ponte Isonti.

AVCT. HAVN.	*AGNELLVS.*
2. Eo anno pugna facta est (facta e *H*) inter Friderigium et Tufanem magistrum (-tro *H*) militum inter Tridentum (tredenum *H*) et Veronam, sed cum utriusque partis multa milia hominum caderent, Tufa interfectus proelio finem dedit.	
3. Odoachar pacem ab Theudorico postulans accepit, qua non diu potitus est, deditque obsidem filium suum.	*l. c.:* et dedit Odovacer Theodorico filium obsidem V kal.
4. Theudoricus cum pacem cum Odoachar fecisset, ingressus est Classem IIII k. Mar.	*l. c.:* et post IV [kal.] Martii est civitate Classe ingressus.
5. Ac deinde ingressus est Ravennam (rauuennam *H*).	*l. c.:* post haec autem ... Iohannes archiepiscopus aperuit portas civitatis quas Odovacer clauserat et exiit foras ... invitat novum regem de Oriente venientem ... et subiit Ravennam III non. Martias.
6. pacis specie Odoachrem interfecit cum collegas omnes, qui regni praesidium (praesidio *H*) amministrabant.	*l. c.:* post paucos dies occidit Odovacrem rex in palatio in Lauro cum comitibus suis.
	l. c.: postquam iubente Theodorico interfectus est Odovacer, solus et securus regnavit Romanorum more.

ANONYMI VALESIANI PARS POSTERIOR.

12. 57. Et moritur Constantinopolim Zeno imperator, et factus est imperator Anastasius. Theodericus enim, qui in legationem direxerat Faustum Nigrum ad Zenonem. at ubi cognita morte eius antequam legatio reverteretur, ut ingressus est Ravennam et occidit Odoacrem, Gothi sibi confirmaverunt Theodericum regem non exspectantes iussionem novi principis.

58. Vir enim bellicosissimus fortis, cuius pater Walamir dictus rex Gothorum, naturalis tamen eius fuit, mater Ereriliva dicta Gothica catholica quidem erat, quae in baptismo Eusebia dicta.

59. ergo praeclarus et bonae voluntatis in omnibus, qui regnavit annos XXXIII. cuius temporibus felicitas est secuta Italiam per annos triginta ita, ut etiam pax pergentibus esset.

60. nihil enim perperam gessit. sic gubernavit duas gentes in uno Romanorum et Gothorum, dum ipse quidem Arrianae sectae esset, tamen nihil contra religionem catholicam temptans: exhibens ludos circensium et amphitheatrum, ut etiam a Romanis Traianus vel Valentinianus, quorum tempora sectatus est, appellaretur, et a Gothis secundum edictum suum, quo ius constituit, rex fortissimus in omnibus iudicaretur. militiam Romanis sicut sub principes esse praecepit. donum et annonas largitus quamquam aerarium publicum ex toto faeneum invenisset, suo labore recuperavit et opulentum fecit.

61. Dum inlitteratus esset, tantae sapientiae fuit, ut aliqua, quae locutus est, in vulgo usque nunc pro sententia habeantur: unde nos non piget aliqua de multis eius in commemoratione posuisse. dixit 'aurum et daemonem qui habet, non eum potest abscondere'. item: 'Romanus miser imitatur Gothum et utilis Gothus imitatur Romanum'.

62. quidam defunctus est et reliquit uxorem et parvulum filium nescientem matrem. ab aliquo sublatus est filius eius parvulus et ductus in aliam provinciam et educatus. factus iuvenis quoquo modo revertitur ad matrem. mater enim iam sponderat virum. cum vidisset mater, amplectit filium benedicens deum se filium revidisse: et fecit cum ea dies triginta. et ecce veniens sponsus matris videns iuvenem interrogavit quis esset. quae respondit esse suum filium. at ubi comperit esse filium eius, coepit repetere arras et dicere 'aut nega filium tuum esse aut vero abscedo hinc'. mulier conpellitur ab sponso et coepit negare filium, quem ipsa ante confessa est, et dicere: 'vade, iuvenis, de domo mea, quia peregrinum te suscepi'. ille enim dicebat regressum se ad matrem in domum patris sui. quid multa? dum haec aguntur, filius rogavit regem adversus matrem, quam rex iussit in conspectu suo sisti. cui et dixit: 'mulier, filius tuus adversus te rogat: quid dicis? est filius tuus an non?' quae dixit 'non est meus filius, sed peregrinum suscepi'. et dum per ordinem omnia filius mulieris intimasset in auribus regis, dicit mulieri denuo: 'est filius tuus an non?' quae dixit: 'non est filius meus'. dicit ei rex: 'et quae est facultas tua, mulier?' quae respondit: 'usque ad mille solidos'. et dum maritum se rex non esse facturum sub iusiurandum pollicitus est nisi ipsum, alium non acciperet maritum, tunc confusa est mulier et confessa est suum esse filium. sunt eius et multa alia.

63. Postea vero accepta uxore de Francis nomine Augofladam. nam uxorem habuit ante regnum, de qua susceperat filias: unam dedit nomine Areaagni Alarico regi Wisigotharum in Gallias et aliam filiam suam Theodegotham Sigismundo filio Gundebadi regis.

64. facta pace cum Anastasio imperatore per Festum de praesumptione regni, et omnia ornamenta palatii, quae Odoacar Constantinopolim transmiserat, remittit.

1 constantinobolim B^p

3 rauenna *B*

5 spectantes *B*

7 quae] qui *B*

12 sic *ad 19* opulentum fecit *om. P* ·ihil B^p perperam; B^p(?) *P*, perpere B^e
13 *post* tamen *sequuntur* 17 militia *ad* 19 opulentum fecit *in B: transposui secutus aliquatenus Ruehlium*
14 catholicae *B* ludos circensium] B^e *(cf. p. 324, 9)*, ludor ** circennium B^p

16 appellatur *B* quo ius] *scripsi potius quam* quo eis ius, quem eius *B*
17 militia *B*
18 donum] dono *B*, dona *edd.* quamquam] *malim* cumque
19 totum *B*
20 dum] B^p, hic dum B^eP
21 habeatur *BP*

23 gotho *B* hutilis P^a

25 nesciente matrem P^a, nesciente matre P^b

27 quoquo] quaequo *B*, qui quoquo *P*
28 spoponderat] *P*, sponderat *B* cum] B^1, cum enim B^2P amplectitur P^2
29 ea] *BP*, eo *edd.*

32 uere *BP* abscede *Henr. Valesius, sed recte monuit Otto Hirschfeld domum esse uxoris* ab] a *P*

34 suscipi B^p regressum se] regressui B^p ad] a P^a
35 multu *B*
36 quem *B* conspec *in fine paginae B*
37 quae] qui *B* peregrinum B^1, p. eum B^2P
38 auribus] *Henr. Valesius*, curibus *B*, curia *P* mulier B^p
39 quae] qui *B*

41 dum maritum] *scripsi*, dum alium B^1, dum aliud B^2P pollicitus] *P*, pollitus *B*
42 alium non *BP*, non alium *edd.*

45 areaagni] *sic potius quam* areuagni *B*, areecagni *(sic) P*
46 theodegotham] *P*, theodegotha *B* gundebai *B*, gundebaudi *P*

48 pr·sumptione B^1 et] ei *Ruehl*
49 quai *vel* quas B^p odoachar *BP*

ANONYMI VALESIANI PARS POSTERIOR.

65. Eodem tempore intentio orta est in urbe Roma inter Symmachum et Laurentium: consacrati enim fuerant ambo. ordinante deo, qui et dignus fuit, superavit Symmachus. post facta pace in urbe ecclesiae ambulavit rex Theodericus Romam et occurrit beato Petro devotissimus ac si catholicus. cui papa Symmachus et cunctus senatus vel populus Romanus cum omni gaudio extra urbem occurrentes.

66. deinde veniens ingressus urbem venit ad senatum et ad Palmam populo adlocutus se omnia deo iuvante, quod retro principes Romani ordinaverunt, inviolabiliter servaturum promittit.

67. per tricennalem triumphans populo ingressus palatium, exhibens Romanis ludos circensium. donavit populo Romano et pauperibus annonas singulis annis centum viginti milia modios et ad restaurationem palatii seu ad recuperationem moeniae civitatis singulis annis libras ducentas de arca vinaria dari praecepit.

68. item Amalafrigdam germanam suam in matrimonium tradens regi Wandalorum Trasimundo. Liberium praefectum praetorii, quem fecerat in initio regni sui, fecit patricium et dedit ei successorem. [successit in] administratione praefecturae itaque Theodorus filius Basili. Odoin comes eius insidiabatur ei.

69. dum haec cognovisset, in palatio, quod appellatur Sessorium, caput eius amputari praecepit. verba enim promissionis eius, quae populo fuerat adlocutus, rogante populo in tabula aenea iussit scribi et in publico poni.

70. deinde sexto mense revertens Ravennam, aliam germanam suam Amalabirgam tradens in matrimonio Herminifredo regi Turingorum: et sic sibi per circuitum placavit omnes gentes.

erat enim amator fabricarum et restaurator civitatum.

71. hic aquae ductum Ravennae restauravit, quem princeps Traianus fecerat, et post multa tempora aquam introduxit. palatium usque ad perfectum fecit, quem non dedicavit. portica circa palatium perfecit. item Veronae thermas et palatium fecit et a porta usque ad palatium porticum addidit. aquae ductum, quod multa tempora destructum fuerat, renovavit et aquam intromisit. muros alios novos circuit civitatem. item Ticino palatium thermas amphitheatrum et alios muros civitatis fecit.

72. sed et per alias civitates multa beneficia praestitit. sic enim oblectavit vicinas gentes, ut se illi sub foedus darent aliae gentes sibi eum regem sperantes. negotiantes vero de diversis provinciis ad ipsum concurrebant. tantae enim disciplinae fuit, ut, si quis voluit in agrum suum argentum vel aurum dimittere, ac si intra muros civitatis esset, ita existimaretur.

73. et hoc per totam Italiam tanto modo augurium habebat, ut nulli civitati portam fecerit: nec in civitate portae claudebantur: quivis quod opus habebat faciebat, qua hora vellet ac si in die. sexaginta modios tritici in solidum ipsius tempore fuerunt et vinum triginta amphoras in solidum.

13. 74. Eodem itaque tempore habebat Anastasius imperator tres nepotes, id est Pompeium, Probum et Hypatium: cogitans, quem de ipsis faceret post se imperatorem, quodam die iussit eos secum prandere et intra palatium post prandium meridiari et singula lecta eis sterni. et in uno lecto iussit ad capitem regnum poni et quis de ipsis in eodem lecto elegisset dormire, in hoc se debere cognoscere, cui regnum postea traderet. unus quidem in uno lecto se iactavit, duo enim in alio amore fraterno se conlocaverunt. et ita contigit, ut in illo lecto, ubi regnum positum erat, nullus eorum dormiret.

75. dum haec vidisset, coepit cogitare intra se et discens eo, quod nullus eorum regnaret, coepit orare deum, ut illi revelatio fieret, ut scire possit, dum ad-

1 intentio] *B*, ***tentio P^1, contentio P^2: intentio *pro contentione item Iordanes (cf. indicem p. 190) et Agnellus c. 74* symacum *B*, symachum *P*
2 consecrati *P* fuerat B^p et] *scripsi*, ei *BP*, eo *edd.* symachus *BP*
3 facta pae *(sic) B*, factam pacem *P* urbem *BP* ecclesiae ambulauit] *P*, ecclae ambulauit B^e, eccla timbulauit B^p
4 symachus *BP*
5 urbem *P*, urbae B^1, urbe B^2

7 se] B^2P, *e B^1 inuiolabiliter] B^2P, inuiloabi*** B^1

9 per tricennalem *ad* 22 gentes *om. P*
10 donauit B^1, donauitque B^2
11 restauratione *B*
12 duocentas *B*
13 amalafrigda germana sua *B*
14 transimundum *B* in *om.* B^a
15 ei] eis *B* successit in *addidi dubitans.*
16 comis *B*
17 sessarium *B*

20 alia germanam suam amalabirga *B*, filiam germanae suae Amalabirgam *Henr. Valesius*
21 herminifredo B^p, herminifrido B^e turingoru *B*
22 placauit omnes gentes] *scripsi,* placuit omnibus gentibus *B*

24 quem] quod P^b fecit *om. P*

27 a] *P*, ad *B* addidit] *scripsi,* reddedit B^p, reddidit B^eP
28 multa] per multa *P*
29 circuit] *B*, circuiuit *P* ticino palatium] ticenum palaciu *(sic)* B^b, ticenum B^a, licini palatium *P*

32 aliae gentes] B^1, *om.* B^2P

34 agro suo *BP* dimitte B^1

36 tanto modo] *scripsi dubitans,* totum modo B^1, *om.* B^2P portam feccrit] *scripsi,* porta faecerit B^1, portas faeceret B^2, portas faceret *P*
37 portae cl.] B^2P, portae ** non cl. B^1: *fuit fortasse* et in civitate tum portae non cl. quiuis] *Zangemeister,* quis *BP*
38 uellit B^1, uelit B^2P diem *B*
39 fuerunt] emerunt *Gardthausen: fortasse excidit* frumenta uini P^2 anforas BP^1, anforae P^2
40 pompeium probum (-bu B^2) et ypatium B^2P, pompeio probo et ypatio B^1
41 quem *P*, que *B*
42 infra B^2P palatio B^1
43 capite *B*, caput *P*
44 regnum] *BP: fortasse scr.* signum *hic et 47: proponit* regium (insigne) *Hirschfeld* lecto *om. P* eligisset *B*

46 alio] uno *P* amare P^1 frater terno *P* se conlocauerunt] *P*, saeclocauerunt B^e, saeculicauerunt B^p et *om.* B^a
48 discens] *scripsi dubitans,* dicere *BP*
49 fierit B^1

viveret, qui post occasum eius regnum susciperet. haec eodem cogitante et orante cum ieiunio, quadam noctu vidit hominem, qui ita eum admonuit: 'crastino qui tibi primus intra cubiculum nuntiatus fuerit, ipse accipiet post te regnum tuum'.

76. ita factum est, ut Iustinus, qui comes erat excubitorum, dum advenisset, ubi directus fuerat ab imperatore, renuntiaretur ipse ei primus per praepositum cubiculi. cumque haec cognovisset, coepit gratias deo referre, qui ei dignatus est revelare successorem.

77. cumque haec apud se tacite habuisset, quadam die procedens imperator, dum festinus [Iustinus] vellet a latere imperatoris transire, obsequium ordinare vellens, calcavit chlamydem imperatoris.

78. cui imperator hoc tantum dixit 'quid festinas?' nam ultima vita regni sui temptans eum diabolus, vellens sectam Eunomianam sequi: quem populus fidelis repressit, ita ut ei in ecclesia clamaretur: 'in trinitatem lanceolam non mittis'. non post multum temporis in lecto suo intra urbem Constantinopolim morbo tentus extremam clausit diem.

14. 79. Igitur rex Theodericus inlitteratus erat et sic obruto sensu, ut in decem annos regni sui quattuor litteras subscriptionis edicti sui discere nullatenus potuisset. de qua re laminam auream iussit interrasilem fieri quattuor litteras 'legi' habentem; unde si subscribere voluisset, posita lamina super chartam per eam pennam ducebat, ut subscriptio eius tantum videretur.

80. Ergo Theodericus dato consulatu Eutharico Roma et Ravenna triumphavit. qui Eutharicus nimis asper fuit et contra fidem catholicam inimicus.

81. post haec Theoderico Verona consistente propter metum gentium facta est lis inter Christianos et Iudaeos Ravennates. quare Iudaei baptizatos nolentes dum ludunt frequenter oblatam in aquam fluminis iactaverunt. dehinc accensus est populus non observantes neque regi neque Eutharico aut Petro, qui tunc episcopus erat, consurgentes ad synagogas, mox eas incenderunt. quod et in Roma in re eadem similiter contigit.

82. mox Iudaei currentes Veronam, ubi rex erat, agente Triwane praeposito cubiculi, et ipse haereticus favens Iudaeis, insinuans regi factum adversus Christianos. qui mox iussit propter praesumptionem incendii, ut omnis populus Romanus Ravennatis synagogas, quas incendio concremaverunt, data pecunia restaurarent: qui vero non habuissent unde dare frustati per publicum sub voce praeconia ducerentur. data praecepta ad Eutharicum Cilligam et Petrum episcopum secundum hunc tenorem et ita adimpletum.

83. Ex eo enim invenit diabolus locum, quem ad modum hominem bene rem publicam sine querella gubernantem subriperet. nam mox iussit ad fonticlos in proastio civitatis Veronensis oratorium santi Stephani id est altarium subverti. item ut nullus Romanus arma usque ad cultellum uteretur, vetuit.

84. item mulier pauper de gente Gothica, iacens sub porticu non longe a palatio Ravennati, quattuor generavit dracones: duo de occidente in orientem ferri in nubibus a populo visi sunt et in mari praecipitari, duo portati sunt unum caput habentes. stella cum facula apparuit, quae dicitur comes, pendens per dies quindecim. terrae mota frequenter fuerunt.

85. post haec coepit adversus Romanos rex subinde fremere inventa occasione. Cyprianus, qui tunc referendarius erat, postea comes sacrarum et magister, actus cupiditate insinuans de Albino patricio, eo quod litteras adversus regnum eius imperatori Iustino misisset: quod factum dum revocitus negaret, tunc Boethius patricius, qui magister officiorum erat, in conspectu regis dixit:

1 qui] quis *P* cogitantem *B*
2 noctu] *B*, nocte *P*
3 post te] poteste *B*

4 renuntiaretur ipse ei primus] renuntiaret ipse ei nuntiatus est primus *BP*

8 procidens B^1
9 festinus Iustinus] *sic aut cum Wagnero* Iustinus *scr.*, festinus *BP* uellens] *B*, nolens *P*

11 ultima] in ultima *P*
12 uellens B^1, uolens B^2P eunomianam] P^2, eu..nomiana *B*, eunominianam P^1
13 trinitate *B* lanceola *B* non *om. P*
14 constinobolim B^p
15 tentus] B^2P, temptus (?) B^1 extrema *B* *post* diem *vacat versus unus et pars alterius B*
16 obruto] *BP*, bruto *Henr. Valesius*, obtuso *Zangemeister* senso B^1
17 subscriptionis] scriptionis B^a
18 interrasilem] B^eP^1, interra.silem B^p, interasilem P^2 legi] *sic* B^a, *ut coniecit Reiske (ad Constantinum Porph. de caerim. p. 444. 852 ed. Bonn.; cf. Bernays Abhandlungen 2, 322).* regis B^bP: *cf. Procopius hist. arc. 6 de Iustino item inlitterato: ξύλῳ εἰργασμένῳ βραχεῖ ἐγκολάψαντες μορφήν τινα γραμμάτων τεττάρων, ἅπερ ἀναγνῶναι τῇ Λατίνων φωνῇ δύναται, γραφίδα τε βαφῇ βάψαντες, ᾗ βασιλεῖς γράφειν εἰώθασιν, ἐνεχειρίζοντο τῷ βασιλεῖ τούτῳ καὶ τὸ ξύλον ... τῷ βιβλίῳ ἐνθέμενοι λαβόμενοί τε τῆς βασιλέως χειρὸς περιῆγον μὲν ξὺν τῇ γραφίδι ἐς τῶν τεττάρων γραμμάτων τὸν τύπον ... οὕτω δὴ ἀπηλλάσσοντο τοιαῦτα βασιλέως γράμματα φέροντες. ceterum edictis quae supersunt princeps subscripsit* proponatur *(cf. Ephem. epigr. vol. 7 p. 420): contra* legi *subscriptio est quaestoris certe in novellis Iustini II et Tiberii a. 570 et 582 de filiis adscripticiorum (Novellae constitutiones ed. Zachariae a Lingenthal = ius Graeco-Rom. pars III p. 14. 30)* habentem] B^2P, halantim B^1 (?)
19 unde si] *P*, unde ut si B^b, unde B^a cartam *P*, charta. *B* penna *B*
20 ducebat] duce .t B^1, duceret B^2P tantum] tamen *Hirschfeld*
21 roma] romane B^1, romae B^2P rauenna] rauennam B^1, rauennae B^2P qui] qu B^1
22 fuit *om.* B^a
23 haec] .haec *B*
24 rauennatis *B*, urbis rauennatium *P*
25 ludunt] *P coniectura parum certa,* laudent B^p, ludent B^e: lauant *Hirschfeld* oblatum *malim* aqua *B*
26 obseruantes] *scripsi,* reseruantes *BP*
27 in Roma in re eadem] *scripsi propter v.* 31, in cena eadem *BP*
29 triuuane *B* (*non* triuuane) *P*
31 *post* romanus *videtur excidisse* et
33 habuisset *B* dare] BP^1, darent P^2 frustati] *B* (*cf. edict. Langob. Luitpr. c. 141:* faciat eas decalvare et frustare per vicos vicinantes), frustrati *P*
34 dato praecepto *P* eutherieum BP^2, eutherico P^1
35 hoc tenore *B* et] *scripsi,* praecepit et *BP* adimpletum] a. est B^2P
36 enim] e. tempore P^a diabolus] malignus *P*
37 querelam P^a gubernante *B* fonticulos *P*
38 proastio] B^2P, proast.. B^1 ueronensis] BP^2, ueronensi. P^1 id est] idem situm *B*, ibidem situm *P*: *fortasse* id est altarium *venit ab interpolatore*
40 goticha B^a
41 rauennatis *BP*
42 praecipitari] P^2 *coniectura,* praecipitati *B*, praecipitati sunt P^1
43 comes pendens] comis pendens *BP*, cometes splendens *Henr. Valesius*
44 terre mota] B^1, et terre motu B^2P^1 (?), et terre motus P^2
45 inuenta] facta *P*
47 cupiditatem *B*
48 reuocitus] *B*, reuocatus *P*, *scr.* evocatus
49 boetius *libri hic et deinceps*

'falsa est insinuatio Cypriani: sed si Albinus fecit, et ego et cunctus senatus uno consilio fecimus; falsum est, domne rex'.

86. tunc Cyprianus haesitans non solum adversus Albinum, sed et adversus Boethium eius defensorem deducit falsos testes. sed rex dolum Romanis tendebat et quaerebat quem ad modum eos interficeret: plus credidit falsis testibus quam senatoribus.

87. tunc Albinus et Boethius ducti in custodiam ad baptisterium ecclesiae. rex vero vocavit Eusebium praefectum urbis Ticini et inaudito Boethio protulit in eum sententiam. quem mox in agro Calventiano, ubi in custodia habebatur, misere fecit occidi. qui accepta chorda in fronte diutissime tortus, ita ut oculi eius creparent, sic sub tormenta ad ultimum cum fuste occiditur.

15. 88. Rediens igitur rex Ravennam, tractans non ut dei amicus sed legi eius inimicus, inmemor factus omnis eius beneficii et gratiae, quam ei dederat, confidens in brachio suo, item credens quod eum pertimesceret Iustinus imperator, mittens et evocans Ravennam Iohannem sedis apostolicae praesulem et dicit ad eum: 'ambula Constantinopolim ad Iustinum imperatorem, et dic ei inter alia, ut reconciliatos in catholica restituat religione'.

89. cui papa Iohannes ita respondit: 'quod facturus es, rex, facito citius: ecce in conspectu tuo adsto. hoc tibi ego non promitto me facturum, nec illi dicturus sum. nam in aliis causis, quibus mihi iniunxeris, obtinere ab eodem, annuente deo, potero'.

90. iubet ergo rex iratus navem fabricari et superinpositum eum cum aliis episcopis, id est Ecclesium Ravennatem et Eusebium Fanestrem et Sabinum Campanum et alios duos, simul et senatores Theodorum Inportunum Agapitum et alium Agapitum. sed deus, qui fideles cultores suos non deserit, cum prosperitate perduxit.

91. cui Iustinus imperator venienti ita occurrit ac si beato Petro: cui data legatione omnia repromisit facturum praeter reconciliatos, qui se fidei catholicae dederunt, Arrianis restitui nullatenus posse.

92. sed dum haec aguntur, Symmachus caput senati, cuius Boethius filiam habuit uxorem, deducitur de Roma Ravennam. metuens vero rex ne dolore generi aliquid adversus regnum eius tractaret, obiecto crimine iussit interfici.

93. revertens Iohannes papa a Iustino, quem Theodericus cum dolo suscepit et in offensa sua eum esse iubet. qui post paucos dies defunctus est. ergo euntes populi ante corpusculum eius, subito unus de turba adeptus daemonio cecidit et dum pervenisset cum lectulo ubi latus erat usque ad hominem, subito sanus surrexit et praecedebat in exsequias. quod videntes populi et senatores coeperunt reliquias de veste eius tollere. sic cum summo gaudio populi deductus est corpus eius foris civitatem.

15. 94. Igitur Symmachus scholasticus Iudaeus iubente non rege sed tyranno dictavit praecepta die quarta feria, septimo kalend. Septembr., indictione quarta, Olybrio consule, ut die dominico adveniente Arriani basilicas catholicas invaderent.

95. sed qui non patitur fideles cultores suos ab alienigenis opprimi, mox intulit in eum sententiam Arrii auctoris religionis eius: fluxum ventris incurrit et dum intra triduum evacuatus fuisset, eodem die, quo se gaudebat ecclesias invadere, simul regnum et animam amisit.

96. ergo antequam exhalaret, nepotem suum Athalaricum in regnum constituit. se autem vivo fecit sibi monimentum ex lapide quadrato, mirae magnitudinis opus, et saxum ingentem quem superponeret inquisivit.

2 domne] B^1, domine B^2P

4 *post* testes *repetunt* aduersus albinum *BP* tendebat] *Hadr. Valesius,* tenebat *BP*

7 boetius et albinus *P* ducti] d. sunt P^c custodia *BP*
8 Ticeni *B: scr.* Ticinum inaudito] B^2P, inau**to B^1
9 quem mox .... misere fecit occidi] *scripsi,* qui (quem P^2) mox ... misit rex et facit occidi *BP*

11 sic *om. P* ultimo *B*
12 rex rauennam] *Hadr. Valesius,* ex rauenna *BP*

14 *ante* item *spatium vacat B*
15 sedis] sedem B^1
16 reconciliatos] reconciliatus B^1, reconciliatos hereticos B^2, reconciliatos hereticos nequaquam *P*
17 in catholicam restituat religionem *P*
18 facito] BP^1, fac cito P^2 *recte puto*
19 ducturus B^P
20 quibus] BP^1, quas B^1 (?) P^2

22 fabricari] fa****** B^1, preparari B^2P. *fortasse scr.* forari
23 raū *B* fanensem *P* et sauinum B^1 (?), sauinum B^2P campano B^1
24 theodoro inportuno agapito et alio agapito *B*
25 suos cultores *P*

29 symachus *BP hic et deinceps* caput] apud B^1
30 dolore] *Henr. Valesius,* dolo *BP*

32 reuertens] B^1, r. igitur B^2P

34 adeptus daemonio] *B*, areptus a d. *P*
35 latus] *scripsi,* lectus *BP*: *voluit hoc: dum qui ceciderat latus lectulo ad corpus perveniret*
36 sanus surrexit] sanus (us *superscr.*) *(sic)* perrexit *P* exequiis *P*

38 foras *P* ciuitate B^1
39 scolasticus *BP*
40 feria *om. P* ko sept *(voluit* k sept) B^b, koc *(voluit* k oct *sed non finivit)* B^a
41 aduenientes *B*, ueniente *P*
42 alienigenes B^1, aligenigenis *P*
43 fluxu *B*, qui fluxu *P*
44 triduo *BP* quo se] P^2, quo re *B*, quo P^1
45 anima B^1
46 exhalaret] animam exalaret *P*

48 ingens quod *P* superponere *B* inquisiuit] B^2P, inquisiu (m *superscr.*) B^1

	p. Chr.	*FASTI VIND. POSTERIORES.*		*PASCH. CAMP.*
		. . . .	494	Asterio et Praesidio.
650	*495*	fiunt ergo ab adventu domini usque ad consulatum Viatoris anni D, ab Adam autem anni VI milia.	495	Viatore.
			496	post cons. Viatoris. [Alii delirantes hoc consule dicunt Antecristum nasciturum.]
651	*497*	Anastasio Aug. II.	497	it. p. c. Viatoris.
652	*496*	Paulo.		
653	*498*	Paulino v. c. cons.	498	Paulino.
654	*499*	p. c. *(vacat sp.)* v. c. cons. Paulini.	499	p. c. Paulini.
655	*500*	item p. c. Paulini.	500	it. p. c. Paulini.
656	*501*	*Avieno *(sic S*[1]*, Abieno S*[2]*V)* et Pompeio [conss. *add. S*]	501	Avieno.
657		*Terrae motus fuit VII id. Octb. die Martis hora prima *(adn. om. V)*		
658	*502*	*Abieno iun. et Probo [conss. *add. S*] *Terrae motus fuit in pascha XVIII kl. Maias [*adn. om. V*]	502	Avieno iuniore. Synodus congregata est propter Symmacum papam.
659	*503*	Volusiano.	503	Volusiano.
660	*504*	Cettego.	504	Cethego.
661		his cc. eo anno mortuus est Anastasius imp. et levatus est Iustinus imp.		
662	*505*	Theodoro.	505	Theodoro. [Mons Besubius eructuavit V id. Novembres.]
663	*506*	Messala.	506	Messala.
664	*507*	Venantio.	507	Venantio.
665	*508*	Inportuno.	508	Busilio Venantio.
666	*509*	Boetio.	509	Anastasio Inportuno.
			510	Boetio v. c. consule.
667	*511*	Felice.	511	Felice v. c. consule.
			512	p. c. Felicis. 1. [hoc anno in k. Iul. sol eclipsin passus est.] 2. [et monte Besuvio ardente VIII id. Iulias tenebrae factae sunt per vicinium montis.]
668	*513*	Probo.	513	Probo.
669	*514*	Senatore.	514	Senatore.
670	*515*	*Florencio [*cf. ad a. 523*]	515	Florentio.
671	*516*	Petro.	516	Petro.

AVCT. HAVNIENSE. | *AGNELLVS.*

494 Asterio et Praesidio (praefidio *H*).
495 Victore *(sic)* v. c. (uc *om.* H^a) cons.

496 p. c. Viatoris v. c. consulis (consule *H*).
1. Alaricus ann. XII regni sui Santones (antones *H*) obtinuit.
497 iterum p. c. Viatoris v. c. consulis (consule *H*)
498 Paulino v. c. consule.
1. Ann. XIIII Alarici Franci Burdigalam obtinuerunt et a potestate Gothorum in possessionem sui redegerunt capto Suatrio Gothorum duce.
499 p. c. Paulino v. c. consule.
500 item tertio Paulino v. c. consule.
501 Avieno v. c. consule.

502 Avieno alio iun. v. c. consule. [1]

503 Volusiano v. c. consule.
504 Ceteo v. c. consule.
1. His consulibus Theudoricus rex Romam ingressus occidit Odomum comitem IIII non. Mai. [2]
505 Theudoro v. c. consule.

506 Messala v. c. cons.
507 Venantio iun. v. c. cons. [3]
508 alio Venantio v. c. consul.
509 Importuno v. c. consule. [4]
510 Boetio iun. v. c. consule.
511 Felice v. c. consule.
512 p. c. Felice (*om.* H^1) v. c. consule.

513 Probo v. c. consule.
514 Senatore v. c. consule.
1. Theudoricus rex Mediolanium veniens Petiam comitem interfecit VII id. Iun.
515 Florentio v. c. cons.
516 Petro v. c. cons.

c. 39: omnes adversarios devictos trigesimo regni sui anno Ravennianum exercitum Siciliam misit, depopulavit et suis dicionibus mancipavit.
l. c. et ipsius temporibus a parte aquilonis ab omnibus visum est caelum ardere.

1) *sequitur Gelasius papa supra p. 270 c. 40.* 2) *cf. Anon. Vales. supra p. 324 c. 68 et Marius Arent. ad a. 500:* Eo anno interfectus est Odoind Romae. 3) *sequitur Anastasius papa supra p. 270 c. 41.* 4) *sequitur Symmachus papa supra p. 270 c. 42.*

	p. Chr.	*FASTI VIND. POSTERIORES.*		*PASCH. CAMP.*
672	_517_	Agapito.	517	Agapito.
673	_518_	p. c. Agapiti.	518	p. c. Agapiti.
674	_519_	Eutarco Cilliga.	519	Eutaricus Cillica.
675	_520_	Rustico.	520	Rusticio.
676	_521_	Valerio.	521	Valerio.
677	_522_	Symmacho et Boetio.	522	Symmacho et Boetio.
678	_523_	*Maximo [Florentio et Maximo _S_]	523	Maximo.
679		*eo anno [eo a. _om. S_] Theodericus occidit Symmachum [symmacum _S_] et Boetium et mortuus est post dies XVIII [_sic plene et V et S_]		
680		*et mortuus est Iustinus imp. et levatus est Iustinianus imperator.		
681	_524_	Opilione et Filoximo.	524	Opilione.
682	_525_	Probo et Iustiniano Aug.	525	Probo iuniore.
683	_526_	Olybrio et Hilaro.	526	Olybrio iun.
684	_527_	Maburtio et Vittelliano.	527	Mavortio.
685	_528_	p. c. Maburti et Iustiniano II.	528	p. c. Mavorti.
686	_529_	Decio iun. et Vitelliani _(sic)_.	529	Decio iuniore.
687	_530_	Lampadio et Horeste.	530	Lampadio et Oreste.
688	_531_	p. c. Lampadi et Horestis.	531	p. c. ssorum.
689	_532_	item p. c. Lampadi et Horestis.	532	it. p. c. ssorum.
690		his cc. revolutus est cyclus paschalis VI, qui fiunt anni DIIII.		
691	_533_	et iterum p. c. superiorum.	533	et it. p. c. ssorum.
692	_534_	Paulino.	534	Paulino iuniore.
			535	p. c. Paulini.
			536	it. p. c. Paulini, quod est consulatu Vili[sari].
			537	p. c. Belisari.
693	_538_	et Iohanne.	538	Iohanne.
694	_535_	p. c. Paulini.		

AVCT. HAVNIENSE.

517. Agapito v. c. cons.
518 p. c. Agapiti (ps item agapito *H*) v. c. cons.[1])
519 Fl. Eutharico Celica v. c. cons.
520 Rustico v. c. cons.

522 Simmacho et Boetio.
523 Maximo v. c. cons.

AGNELLVS.

c. 39: Simmachus et Boetius patricii Theodorico iubente carne propinqui civesque Romani cum securibus capitibus amputati sunt.

AGNELLVS.

c. 39: et Iohannes papa Romanus post legationem de Oriente cum Ecclesio episcopo Ravennae iussu regis Ravennam ductus ab Theodorico coactus est et tamdiu detentus est, quamdiu mortuus et infra carcere publico in arca marmorea sepultus est. *eadem c. 57, ubi additur Iohannem et Ecclesium missos esse* cum ceteris episcopis.

2. *l. c.:* Theodoricus autem post XXXIV anno regni sui coepit claudere ecclesias dei et coartare Christianos.

3. *l. c.:* et subito ventri fluxus incurrens mortuus est sepultusque est in mausoleum quod ipse aedificari iussit extra portas Artemetoris quod usque hodie vocamus ad farum.

c. 62: defunctus est Athalaricus rex Ravennae VI nonas Octobris et alia die elevatus est Deodatus et deposuit Malasintha regina de regno et misit eam Deodatus in exilium in Vulsenis pridie kal. Maias.

l. c. ad a. 536?: non post multos dies ivit rex Deodatus Romam et revertente occisus est a Gothis XV miliario de Ravenna mense Decembris.

et in mense Madio ipso anno ingressus est Belisarius patricius in civitate Classis et ingressus est Ravennam.

dehinc reversus ad Siciliam depopulavit eam.

1) *sequuntur Isidoriana supra p. 269 c. 25. 26.*

FASTI VIND. POST.	*PASCH. CAMP.*	*AGNELLVS.*
p. Chr. 695 *539* et Apione. 696 his consul. mortui sunt Alaricus rex et Theodatus rex et levatus est Guitigis rex 697 et Bilisarius intravit Romam et predata est Neapolis a militibus Bilisarii.	539 Appione com.	

EXCERPTA SANGALLENSIA.

698 *539?* p. c. Bilisarii IIII et Stratici IIII *[sequitur litura sex litt.]* 699 tenebrae factae sunt ab hora diei III usque in horam IIII die Saturnis [1]) *[sic]*		
	540 Iustino.	
	541 Basilio iuniore.	
700 *542?* p. c. Basilii. 701 levatus est Vadua rex. 702 et fuit nimia mortalitas in homines ex vulneribus.	542 p. c̄. Basili.	
	543 it̄. p. c. Basili.	*l. c. ad a. 548.* Defuncta est Theodora Augusta Constantinopolim die XXVII mense Iulio.
703 *549* p. c. Basilii VIII. 704 eo anno ingressus est Vadua rex in Romam XVII kl. Februarias.		

et ingressus est Narsis chartularius Ravennam cum exercitu magno in praedicto mense V feria et pugnavit cum Tutilano rege et mortuus est et multitudo exercitus eius ceciderunt gladio et reliqui vulnerati abierunt.

et levaverunt super se Gothi regem nomina Teia in Ticino et fuit modica quies.

c. 79: pugna facta est inter Gothos et milites exercitus [exierunt *cod.*] Narsis in kal. Octubris in Campania et caesi sunt Gothi et corpora hominum Gothorum multa mortua sunt et occisus est Theia rex Gothorum a Narsi.

1) *Adnotat Rossius formula* p. c. Belisarii IIII *tam a. 539 significari posse quam a. 540; quod sequitur spectare videri ad* p. c. Apionis Strategi *sive ad a. 540; eclipses solis adnotari ei ad a. 539 die Iul. 1 Veneris hora IVS post meridiem, a. 540 die Iun. 20 Mercurii hora IXS ante meridiem.*

AGNELLVS.

et reversus est in pace et venit Lucam: expulit inde Gothos mensis Septembris.

et restituta est civitas Foro Cornelii ab Antiocho praefecto.

et iterum venit Ravenna praedictus Narsis cum victoria magna. deinde ivit Romam.

et perrexit in Campaniam in castrum Cumas et ibi moratus est.

Post haec autem Manichaeorum hereses exorta est in civitate Ravenna, quam orthodoxi Christiani convincientes eiecerunt extra civitatem in loco qui dicitur Fossasconii iuxta fluvium lapidibus obruerunt et mortui sunt in peccatis suis et ablata sunt mala a Ravenna.

Post tertium vero annum signum ruboris apparuit in caelum die XI mensis Novembris.

ad a. 561: mortuusque est papa Pelagius die III mensis Martii.

tunc Narsis patricius cum exercitu suo Romam perrexit.

et in ipso tempore multa signa et prodigia facta sunt circa Ravennam, ita ut multi signarent res suas et domos et vasa, ut agnoscerentur, et a multis apparebant visiones in die quasi homines secum loquentes facie ad faciem.

et pugnaverunt contra Veronenses cives et capta est Verona civitas a militibus XX die mensis Iulii.

et visum est aliud signum magnum et terribile et ecce in aere quasi hominum pugna inter se dimicantes velut in proelium VIII kal. Augusti hora diei tertia, die II feria et exinde territi sunt multi.

c. 90: Expulsi sunt Franci de Italia per Narsem patricium.

et post haec apparuit stella comis mense Augusto usque in kalendas Octobris.

EXCERPTA SANGALLENSIA.

p. Chr.

705 *565* quattuor decies proconsul Basilius [*scr.* XXIIII p. c. Basili]

706 eo anno apparuit in caelo stella ardens sicut facula.

707 et mortuus est Iustinianus imp. et levatus est Iustinus imp. XI kl. Ianuarias.

. . . .

708 *567* p. c. Iustini anno.

709 in caelo luna XVI non conparuit II kl. Ian.[1])

710 et occisus est Sindual rex.

. . . .

711 *569* item p. c. Iustiniani Aug. anno.

712 Longobardi *[sic]* intraverunt in Italiam XII kl. Apriles.

. . . .

AGNELLVS.

ad a. 565 c. 90: et mortuus est Iustinianus Augustus Constantinopolim quadragesimo anno imperii sui et luctus ingens ubique fuit et maeror nimis de tali orthodoxo viro.

et apparuerunt signa rubra in caelo.

et civitas Fano igne concremata est et multitudo hominum flamma consumpta est.

castrumque Cesinate incendio devoratum est.

tertio vero anno Iustini minoris imperatoris Narsis patricius de Ravenna evocitatus egressus est cum divitiis omnibus Italiae et fuit rector XVI annis et vicit duos reges Gothorum et duces Francorum iugulavit gladio.

1) *Scilicet secundum canonem Victorii k. Ian. a.* 568 *luna fuit XVII. Rossi.*

EXCERPTA SANGALLENSIA.

p. Chr.

713 *571?* p. c. Iustini Aug. IIII anno.

714 de Neapolim egressus Narsis ingressus Romam et deposuit palatii eius statuam et Capitolium.

715 et fuit hominum et boum nimia mortalitas.

. . . .

AGNELLVS.

c. 94: eo anno occupata Venetias a Langobardis est et invasa: absque bello expulsi sunt.

l. c. ad a. 571 c. 94: Anno quinto Iustini II imperatoris pestilentia bovum et interitus ubique fuit.

post vero depraedata a Langobardis Tuscia, obsiderunt Ticinum.

c. 95: Tota Italia vexatione maxima exagitata est.

tunc illis temporibus in Caesarea iuxta Ravenna a Longino praefecto palocopiam in modum muri propter metum gentis extructa est.

deinde paulatim Romanus defecit senatus et post Romanorum libertas cum triumpho sublata est. a Basilii namque tempore consulatum agentis usque ad Narsetem patricium provinciales Romani ubique ad nihilum redacti sunt.

post haec vero exierunt Langobardi et transierunt Tusciam usque ad Romam et ponentes ignem Petram Pertusam incendio concremaverunt.

et construxerunt praedicti Langobardi Forum Corneli et consummata est civitas ab eis.

In diebus illis excitata est gens Avarorum, in Pannonia deventi sunt.

Narsisque patricius obiit Romae, postquam gessit multas victorias in Italia cum denudatione omnium Romanorum Italiae. in palatio quievit: nonagesimo quinto vitae suaê anno mortuus est.

716 VI p. c. Iustini Augusti.

717 eo anno occisus est a suis Albida rex Langobardorum VIII kl. Iun.

718 et fuit hominum nimia mortalitas.

. . . .

c. 96: imperante Iustino II anno VI nepos Iustiniani Alboin rex Langobardorum a suis occisus est in palatio suo iussu uxoris suae Rosmundae IV kal. Iulias. *(sequuntur excerpta ex Paulo).*

l. c.: (Rosmunda) cum multitudine Gebedorum et Langobardorum mense Augusti Ravennam venit et honorifice a Longino praefecto suscepta est cum omni ope regia. *sequitur narratio de morte Rosmundae.* tunc Longinus praefectus abstulit omnes Langobardorum thesauros et cunctas opes regias, quas Rosmunda de Langobardorum regno attulerat una cum Rosmundae et Alboini regis filia ad Iustinianum imperatorem Constantinopolim transmisit et gavisus est imperator et auxit praefecto plurima.

AVCTARII HAVNIENSIS EXTREMA.

1. Mortuo Theudorico rege Gothorum intra Italiam Iustinianus Asuadum magistrum militiae Italiae praefecit, qui proelio superatos Gothos multos eorum duces cum exercitibus Alpes traiecit urbesque Italiae plurimas praecipue Liguriae restauravit.[1])

2. Huius[2]) anno secundo Asbadus, postquam Italiam a *(om. H)* feritate Gothicae gentis compescuit, moritur Ticinio sepultusque in basilica beati Nazarii martyris his super sepulchrum versibus descriptis:

> Si non mortalis sors inrevocabilis aevi
> Fletibus atque fides poneret ipsa modum,
> Asbade maiorum, quos virtus extulit, instar,
> Fortibus exemplum corpore mente viris (uires *H*),
> Continuata tuam lugerent secula mortem,
> Iustitiumque tibi publica res ageret,
> Innumeris cuius micat illustrata triumphis,
> Quos dedit occasus, contulit et (aut *H*) oriens.
> Rexisti fortes equitum peditumque catervas
> Iure magisterii nobilitate gradu.
> Tu bello Gothias expulsis gentibus Alpes
> Dedisti Latio victor in imperio.
> Per te diversae destructis moenibus urbes
> Gaudent ad priscum se remeasse decus.
> Post te solamen superest lugentibus unum,
> Gloria quod tecum non tumulata iacet.[3])

3. Mortuo igitur Asbado Gothi Italiam denuo obtinent. contra quos Narses patricius a Iustiniano mittitur, qui, cum multis proeliis Gothos cum rege Tothilane (*sic* H^a, thothilane H^b) superavisset, Italiam Romano imperio reddidit urbesque dirutas restauravit totiusque Italiae populos expulsis Gothis ad pristinum (cum *ins.* H^2) reducit gaudium.[4])

4. Narses patricius cum Italiam (italiae *H*) florentissime administraret (udministr. H^a) et urbes atque moenia ad pristinum decorem per XII annos restauraret et populos suo iure atque prudentia foveret, Sophiae Augustae Iustini coniugis minis motus et obprobriis ignavae feminae perturbatus Alboaenum (albaenum H^1) regem Longobardorum cum omni exercitu suo ab Pannoniis invitavit. qui cum Gebodorum regem Cunemundem, qui tunc apud Syrmium regnabat, cum quo tunc proelium ob praecedentium iurgiorum fomenta inierat, devicisset filiamque eius sibi in matrimonio copulasset, collectis suorum hostium copiis cum omni gente Longobardorum Italiam intravit.[5])

HAVN. marg. (supra p. 266)
Anno V Iustiani *(sic)* Longobardi Italiam ingressi.

5. Sed postquam per duos annos et menses X Longobardis quiete post proelia Italiae insedentibus ius regale rite administraret, uxoris suae Rosemundae regis Conimundi (-dae H^a) filiae dolo apud Veronam interfectus est auxiliante sibi Elmi-

1) *inseruntur Hormisda papa p. 270 c. 43 et caput Isidori supra p. 269 c. 27.* 2) *scilicet Iustiniani secundum compilatorem.* 3) *inseruntur Isidoriana c. 269 c. 28. 29. 30 et papae Iohannes Felix Bonifatius Iohannes Agapetus supra p. 270 c. 44—48.* 4) *inseruntur Iustinus minor ex Isidoro supra p. 269 c. 31 et Severus et Vigilius papae supra p. 270 c. 49. 50.* 5) *Ex iisdem ut videtur chronicis et excerpta Sangallensia supra p. 335 c. 712 et Isidorus:* Narsis patricius postquam sub Iustiniano Augusto Totilanem Gothorum regem in Italia superavit, Sofiae Augustae Iustini coniugis minis perterritus Langobardos a Pannonia invitavit eosque in Italiam introducit, *item et etiam plenius, pariter opinor ex chronicis Italicis integris, Paulus hist. Lang. 2. 5, cf. origo gentis Lang. c. 5.*

AVCTARII HAVNIENSIS EXTREMA.

gisilo, cum quo adulterari credebatur: quod postea manifestum est, dum eum sibi in loco mariti tam coniugio quam etiam regno (*om. H*) copulare conata est. sed cum Langobardis nequaquam placere doli sui usurpationem (-ne *H*) sensit, cum regio thesauro et marito Ravennam aufugit. sed non longo inibi potiti praesidio vita caruere.

6. Itaque Alboeno mortuo Langobardis praefuit Cleppho anno I et VI mensibus.

7. Quo mortuo per XII ann. absque rege fuere Langobardi: tantummodo duces praeerant. inter quos primus Zafan Ticinensium dux, qui Gallias aggredi conatus est et maximum robur Langobardorum super amnem Rodanum haut procul a loco Agaunensium martyrum, quem praecipue Mauricii martyris virtus illustrat, cum dedecore (fugiens *ins. H^2*) amisit et cum paucis, qui ex fuga remanserant, Italiam repetit.[1]

8. Langobardis intra Italiam post ducum principatum rursum rex praeficitur Autharith ann. VI mens. VI, qui Longobardorum vires in Galliis fractas suo ingenio atque prudentia restauravit. superatis Francis, qui intra Italiam diffusi populabantur, interfecto duce eorum Ollone apud Tiligonam castrum.

9. Qui etiam amicitia (-tiam *H*) post cum Francis inita (initam *H*) coniugem de Baioariis abductam gloriosissimam Theudelindam reginam, quae non regali tantum iure quantum pietatis affectu Longobardorum gentem enutrivit, sibi matrimonio copulavit.[2]

10. Avari adversus Romanos dimicant et sceleratissime rem publicam debellant, qui non proelio sed auro pelluntur et muneribus.[3]

11. Romani dum undique bella sustinent et gravibus proeliis reipublicae damna multiplicari vident, dum foris hostes superare nequeunt, intra sese ad debellandum accenduntur. nam collecti undique militares manipuli sibimet Focatem principem faciunt et contra Mauricium, qui eisdem aequo iure imperabat, consurgunt. quem cum Focas cum multorum nobilium caede trucidasset, ipse mox imperii sceptra suscepit. qui quantum suis temporibus rei publicae intulerit, subter demonstravimus.[4]

12. Prasini et Veneti (benethi *H*) per Orientem vel Aegyptum (egiptum *H*) civile bellum faciunt ac sese mutua caede prosternunt.[5]

13. Haec dum interius in re publica aguntur, Persi adversum exterius eam excitantur, qui tam gravissime debellando accedunt, ut innumeras vicinas suo regno provincias ipsamque Aegyptum ac Iudaeam a Romano iure subtraherent et sibi tributarias facerent.[6]

1) *inseruntur Isidori supra p. 269 c. 33. 34 (Tiberius), papae Pelagius et Iohannes supra p. 270 c. 51. 52, Isidori supra p. 269 c. 35, papa Benedictus supra p. 270 c. 53, Isidoriana supra p. 270. 271 c. 36 (Mauricius). 37.* 2) *sequuntur Isidoriana supra p. 270 c. 38 et papa Pelagius supra p. 270 c. 54.* 3) *Isidorus:* Avares adversus Romanos dimicantes auro magis quam ferro pelluntur, *ex chronicis Italicis magis quam ex Isidoro Havniensis: sequitur apud Havniensem papa Gregorius supra p. 270 c. 55.* 4) *Isidorus:* iste (Focas) seditione militari imperator effectus Mauricium Augustum nobiliumque multos interfecit. *narrationem Isidorianam ex Havniensi breviatam esse, nequaquam hanc ex illa amplificatam ostendunt relationes Theophylacti et Theophanis. at quae sequuntur in Havniensi:* Romanorum LIII regnavit Focas an. VIII *magis videntur esse Isidoriana (supra p. 270 c. 38a).* 5) *Iisdem verbis Isidorus omnino ex chronicis Italicis. Paulus hist. Lang. 4, 36 utrum sumpserit ex chronicis Italicis an ex Isidoro, incertum est, nam habuit librum utrumque, sed Isidorianum in historia Langobardorum praeterea non adhibuit.* 6) *Similiter Isidorus:* proelia quoque Persarum gravissima adversus rem publicam, a quibus Romani fortiter debellati plurimas provincias et ipsam Hierosolymam amiserunt. *item Beda:* Persae adversus rem publicam gravissima bella gerentes multas Romanorum provincias et ipsam Hierosolymam auferunt et destruentes ecclesias sancta quaeque profanantes inter ornamenta locorum vel sanctorum vel communium quae abstulere, etiam vexillum dominicae crucis abducunt *iisdemque fere verbis Paulus hist. Lang. 4, 36. narratio haec licet non ad Phocae imperium pertineat, sed ad Heraclii annos quartum et quintum, ab Havniensi refertur reliquis plenius (cf. Theophanes ad a. 6107: τούτῳ τῷ ἔτει παρέλαβον οἱ Πέρσαι πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Λιβύην: Nicephorus ἱστ. σύντ. p. 9 de Boor). Isidorum eam sumpsisse ex chronicis Italicis dubium non est. Beda priorem partem ex Isidoro, de cruce quae addit aliunde sumpsit, cum chronicorum Italicorum excerpta certa nulla apud eam reperiantur. Paulus in his Bedam compilavit.*

AVCTARII HAVNIENSIS EXTREMA.

14. Langobardis post Autherenem regnat Agilulfus qui et Ago ann. XXV.

15. Agilulfus gloriosissimam Theudelindam reginam sibi matrimonio copulavit.

16. Romanos contra se dimicantes devicit atque prostravit urbesque multas, quae Romano praesidio tenebantur, Cremonam, Brixillam, Mantuam suricarias (*fortasse* suburbicarias) captas diruit ac solo aequavit.

17. Postremum cum totius robore (robur *H*) exercitus ad obsidionem urbis Romae perrexit ibique cum beatum Gregorium, qui tunc egregie regebat ecclesiam, sibi ad gradus basilicae beati Petri apostolorum principis occurrentem reperisset, eius (cuius *H*) precibus fractus et sapientia atque religionis gravitate tanti viri permotus ab urbis obsidione abscedit. ea tamen, quae ceperat, tenuit ac sese regrediens Mediolanium recepit.[1]

18. Romanorum LIIII regnavit Eraclius, qui nunc XXX imperii agit annum. Heraclius (er- *H*) filium Heraclium (er- *H*) Constantinum consortem regni facit.[2]

19. Persi adversus rem publicam dimicantes ad Calcidonam usque pervenerunt.[3]

20. Alia vero ex parte Chuni murum longum inrumpentes et ad moenia accedentes cum Heraclio (er- *H*) in muri arce adstante conloquuntur acceptoque ab eo pretio recedunt.[4]

21. Eraclius Eleutherium ad tuendam partem Italiae, quam nondum Langobardi occupaverant, mittit.[5]

22. Eleutherius adversus Longobardos saepe inito bello vincitur per Sundrarium maxime Longobardorum ducem, qui apud Agilulfum bellicis rebus instructus erat. (animum *inserit Hirschfeld*) amiserat Eleutherius et cum saepe suorum ruinam cerneret, pacem cum Longobardis facit, ea tamen condicione, ut quinque centenaria, quae dudum, cum ad obsidendam Romam Agilulfus rex venisset, per singulos annos dare Longobardis statuerant, persolverent Romani.

23. Eleutherius cum erga se Longobardorum gentem pacatam videret, imperium conatur (imperii conatus *H*) suscipere. sed cum iam purpuram induisset atque coronam sibi dari poposceret, venerabilis viri Iohannis interventu adhortatur, ut ad Romam pergeret, atque ibi, ubi imperii solium maneret, coronam sumeret. quod consilium ratum iudicans obaudivit. sed temerae usurpationis audacia non diu potitus est. nam cum a Ravenna profectus pergeret Romam, apud castrum Luciolis paucis iam suo itinere comitantibus a militibus interficitur.

24. Mortuo apud Mediolanium (-nim *H*) Agilulfo Adaluual filius eius cum matre Theudelinda regni curam suscepit regnavitque cum matre annis decem.

1) *Sequuntur papae Sabinus et Bonifatii duo supra p. 271 c. 56—58* 2) *Cf. Isidorus:* Heraclius dehinc quintum agit imperii annum. *filii non meminit.* 3) *Redeunt haec in auctario Isidori:* huius tempore Persi Calcidoniam usque pervenerunt. 4) *Redeunt in eodem auctario:* Hunc murum longum inrumpentes et ad moenia Constantinopolis peraccedentes cum praedicto imperatore mutuo in muro stante conloquuntur: qui acceptum pretium ab eo pacis ad tempus recedunt. 5) *sequitur papa Deusdedit p. 271 c. 59.*

PROSPERI TIRONIS

EPITOMA CHRONICON

EDITA PRIMVM A. CCCCXXXIII

CONTINVATA AD A. CCCCLV

ACCEDVNT

I. ADDITAMENTA AFRICANA A. 446—455.
II. ADDITAMENTA ALTERA A. 446—457.
III. CONTINVATIO AD A. 462.
IV. AVCTARIVM EPITOMAE VATICANAE.
V. EPITOME CARTHAGINIENSIS.
VI. INTERPOLATIONES CHRONICIS PROSPERI INSERTAE SAEC. XV.

ab initio ad a. 443	*A*	codices quinque qui sequuntur aut omnes aut plures; v. p. 358.
	A^{r}	Laurentianus S. Marci n. 638 saec. XI.
	A^{s}	Laurentianus pl. 90 sup. n. 42 saec. XV.
	A^{t}	Florentinus Riccardianus n. 321 saec. XV.
	A^{u}	Berolinensis Cheltenham. n. 1879 saec. XV.
	A^{v}	Matritentis bibl. nat. *F* 63 saec. XV.
a. 378–440	*B*	Bruxellensis n. 1794 saec. X; v. p. 367.
ab initio ad a. 455	*C*	Bruxellensis n. 5169 saec. IX; v. p. 366.
a. 453—455	*D*	Londiniensis n. 16974 saec. X; v. p. 366.
a. 378—445	*F*	Leidensis Freherianus Scal. n. 14 saec. IX; v. p. 367.
a. 378—455	*H*	Havniensis n. 454 saec. XII; v. p. 362.
ab initio ad a. 455	*L*	vel L^{ed} Labbaei editio: ea ubi consentit cum L^{s}, haec nota sola ponitur.
	L^{s}	a Labbaeo adscripta ad cod. Berolinensem Cheltenham. n. 1879 potiora: quae pertinent ad solius libri Berolinensis vitia corrigenda aliaque plura suppressimus. v. p. 354.
ab initio ad a. 455	*M*	Laurentianus plut. 65 n. 35 saec. X; v. p. 354.
a. 327—337 et 383—445	*O*	Escurialensis Ovetensis *R* II 18 saec. VII; v. p. 362.
a. 378—445	*P*	Laurentianus Poggianus plut. 67 u. 15 saec. XV; v. p. 368.
a. 378—445	*R*	libri duo qui sequuntur descripti ex Reichenavensi consentientes; v. p. 362.
	R^{p}	Parisinus 4860 saec. X; v. p. 363.
	R^{v}	Augustanus Vindelicorum n. 223 saec. XV; v. p. 365.
epit. operis integri	*V*	Vaticanus reginae n. 2077 saec. VI; v. p. 371.
a. 378—445	*X*	Limogiensis n. 1 (pars prior); v. p. 367.
ab a. 272 ad a. 455	*Y*	Limogiensis n. 1 (pars posterior); v. p. 357.
a. 378—445	*Z*	Matritensis bibl. univ. n. 134 saec. XIII; v. p. 367.

[ ] Uncis quadratis in textu quae comprehenduntur, aut adsunt in codicibus in margine adnotatis solis aut, ubi his *om.* vocabulum praemittitur, in iis omittuntur, adsunt in reliquis: pleraque eorum Prospero abiudicanda sunt.

Adnotationes a Prospero in margine positae in hac editione exhibentur in textum receptae distinctae versibus brevioribus et ad formam scholiorum interlineariorum redactae. editio ubi recedit a forma indicata in libris iis, qui ad eam diversitatem attendunt, qui sunt *MCAO*, in codicum indice paginis subiecto adscribitur quod pro adnotatione editur in codice illo in textum receptum esse et vice versa. adnotationes in *M* in textum receptae distinctae litteris minoribus, ubi editio tacet, eundem locum obtinent atque in editione, scilicet perscriptae sunt post verba in editione proxime praecedentia. contra ubi adnotatio locum alium obtinet, ut saepe ibi textum male interrumpit, locus indicatur recepto in textum adnotationis numero sequente codicis nota: exempli causa adnotationes de Niobe ac Serapide c. 36. 37 insertae sunt in *M* coniunctae post verbum c. 35 *centesimum*. codices *AO* cum adnotationes exhibeant ad marginem scriptas, locus quem teneant indicat adnotationis numerus insertus cum codicis nota post capitis eius, ad quod adnotatio adscripta est, numerum. exempli causa c. 36 in *A* legi iuxta c. 35 indicatur sic: 35 [36 *A*] *Cuius temporis*. ex reliquis qui solus inter textum et adnotationes discriminat *C*, modo eas in margine collocans *(Cm)*, modo textui eas inserens rubricatas *(Cr)*, cum id non constanter faciat, de hoc ea tantum praestamus, quae diserte enuntiantur, exempli causa loco supra laudato c. 36 legi in *C* ibi ubi est in *M*, c. 37 post verba c. 40 *ann. XCII.*

Anni passionis a Prospero per decennia enuntiati secundum vestigia codicum (v. p. 350) in editione hac ad omnes annos adscripti sunt.

Prospero chronicorum horum auctori secundarium nomen tribuunt in ipsis chronicis libri duo qui auctoritatem faciunt, scilicet Bruxellensis, nobis *C*, ubi dicitur *Prosper Tiro*, et apographa duo Reichenaviensis deperditi nobis *R*, in quibus est *Tiro Prosper*, et sub eodem duplici cognomine *Prosperi Tironis* Beda in libro de arte metrica (apud Keilium gramm. Lat. 7 p. 257) citat carmen anacreonticum ad coniugem sive iure sive iniuria Prospero adscriptum (opp. p. 773 ed. Paris. a. 1711); reliquorum librorum ab eo scriptorum cum iusta recensione careamus, inscriptionibus quae eis praefiguntur non immoramur. videtur igitur non temere Tironis nomen ei tribui, quamquam qui eius meminerunt auctores tam aequales quam posteriores id ignorant neque quinti saeculi consuetudini id satis respondet. nam exceptis nobilissimis quibusque hominibus, quales sunt Placidus Valentinianus, Nicomachus Flavianus, Faustus Glabrio, hac aetate ad nomen gentilicium, quod et ipsum rarescit, cognomen duplex non solet adiungi. sane praeter cognomen signo multi usi esse inveniuntur, et haud scio an id in Prosperum quoque cadat. nam qui unus locum quendam ex chronicis hisce ad verbum affert Liberatus auctor Africanus aevi Iustiniani, scilicet capita 1296. 1297, sic ea citat: *in epitoma chronicorum Lucentius hoc ponit et dicit*, ubi cum dubium non sit Prosperum ipsum laudari, verisimile est eum praeter cognomen signo quoque Lucentii appellatum esse.[1]) — *Homo Aquitanicae regionis* dicitur a Gennadio Massiliensi c. 85 (infra p. 346) eandemque originem indicant cum epistula ad Augustinum mox adleganda tum ipsa chronica ad Gallicas res praesertim attendentia: cuiusnam civitatis fuerit, ignoratur.

Antiquissimum quod de eo superest testimonium continetur epistulis duabus (inter Augustinianas n. 225. 226) datis ad Augustinum proximis ante obitum eius annis († 430) ab ipso Prospero altera, altera ab Hilario episcopo Arelatensi de secta Pelagii controversiisque de gratia dei et libero hominis arbitrio Massiliae potissimum per eos annos agitatis.[2]) respondens Augustinus edidit libros duos 'de praedestinatione sanctorum ad

1) Editor Liberati Garnierius quod propter hunc locum chronicorum partem posteriorem Prospero abiudicat, recte omnino reiecit Tillemont (*mém. eccl.* 16, 733): sed quod ipse conicit intellegi compilatorem chronicorum Prosperianorum praeterea ignotum, non magis probari potest, cum praesertim Prosperi chronica et ipsa inscripta fuerint epitoma. Lucentius episcopus Aeclanensis (eo enim ducunt corruptelae librorum relatae apud Tillemontium l. c. 15, 912) a Leone episcopo Romano missus a. 451 cum Paschasio ad concilium Calchedonense (Tillemont l. c. 15, 619) nihil impedit quominus fuerit auctor chronicorum, qui ex presbyteratu ad episcopatum evehi potuit et signo magis uti quam cognomine: sed in re incerta ab ea coniectura abstinuimus.
2) Duae hae epistulae aperte conexae sunt, cum Prosper scribat Hilarium Arelatensem Pelagii sectatorem et ipsum, sed nihilo minus Augustini admiratorem velle eum de his quaestionibus interpellare, Hilarius autem egisse se *cum viro tum moribus tum studiis claro*, ut eam quaestionem Augustino tractandam proponeret litteris hisce suis iungendis, Prosperum non nominans, sed significans; etiam Leontii diaconi utraque epistula pariter meminit. denique Hilarius dubitationes suas non reticet, quamquam urbanius fortasse quam verius finiens negat se ita haec scribere quasi dubitaret de iis quae Augustinus nunc edidisset. ceterum Hilarius cum se laicum dicat, scripsit antequam episcopus Arelatensis factus est, Prosper post eum creatum, quae nominatio evenit circa a. 429, cogitavitque de ea ipsa Prosper haec scribens de adversariis Pelagianae sectae addictis: 'multum nos et vitae meritis antecellunt et aliqui eorum adepto nuper summo sacerdotii honore supereminent'.

Prosperum et Hilarium' (opp. 10, 789 seq. Vall.). ad easdem controversias spectant libelli a Prospero proximis annis editi qui supersunt 'epistula ad Rufinum de gratia et libero arbitrio' et carmen 'de ingratis', nempe Pelagianis, et pro Augustino responsiones ternae, et 'ad capitula obiectionum Gallorum calumniantium' et 'ad capitula obiectionum Vincentianarum' et 'ad excerpta Genuensium', item contra collatorem qui dicitur sive 'pro defensione sancti Aurelii Augustini Hipponensis episcopi contra Cassiani 'presbyteri librum qui titulo de protectione dei praenotatur'. praeterea expositionem psalmorum edidit et sententias ex Augustino sublectas tam prosa oratione quam carminum forma, in omnibus hisce scriptis non minus orthodoxiae spiritum quam Augustini studium prae se ferens, praeterea non indisertus et litterarum cognitione sufficienter imbutus. nobis ut in his non immorandum est, ita quem locum auctor tenuerit, non praetereundum. et clericum quidem eum fuisse vel eo tempore, quo epistulam illam ad Augustinum dedit, quod in ea quem nominat diaconum Leontium fratrem suum dicit, declarat et universa ratio scriptorum confirmat. *virum religiosum* eum appellat Victor Tonnennensis, *virum eruditum et sanctum* Fulgentius Ruspensis (ad Monimum l. 1 c. 30 cf. 2, 1), *virum religiosissimum ac eruditissimum* compilator Havniensis (supra p. 266), *virum sanctum et venerabilem* aequalis Victorius in epistula de canone paschali scripta a. 457. etiam in indice scriptorum orthodoxorum quem proposuit synodus Romae habita sub Gelasio a. 495/6 ultimum locum tenent *opuscula Prosperi viri religiosissimi* (Thiele ep. pont. 1 p. 457). sed episcopi locum eum tenuisse recte negavit Sirmondus (ad Sidonium ep. 8, 15), cum neque operum eius intitulationes neque aequales posterioresque, qui multi eius meminerunt, eam dignitatem ponant[1]) ne ibi quidem, ubi aliis simul nominatis ecclesiasticos titulos adscribunt, et diserte *presbyter* appellatur in exordio paschalis Campani infra editi. contra vix admittendum quod Beda hist. Angl. 1, 10 carmen *Contra Augustinum narratur* (p. 193 ed. Paris.) citans eum *rhetorem* facit. clarissimatum quem Labbaeus ei tribuit, libri scripti chronicorum ignorant et videntur ignorare etiam aliorum eius operum inscriptiones. Gennadius presbyter Massiliensis saec. V exeunte cum sic de eo narret: *Prosper homo Aquitanicae regionis sermone scholasticus et adsertionibus nervosus multa composuisse dicitur: epistulae quoque papae Leonis* (440—461) *adversus Eutychen de vera Christi incarnatione ad diversos datae ab isto dictatae creduntur,*[2]) intellegens epistulas a Leone scriptas de ea re inter concilia duo Constantinopolitanum a. 448 et Ephesinum a. 449, maxime ep. 28 ad Flavianum dogmaticam totam et post tempus ut videtur auctam adiectis testimoniis patrum, inde medio aevo collegerunt Prosperum notarium factum esse ecclesiae Romanae: vere ne hoc quidem ex ea narratione efficitur sedem eum in Gallia cum domicilio urbano permutavisse. chronica cum ediderit, ut videbimus, postremum a. 455, ad hunc advixit. litigia inter Leonem papam et Alexandrinos de die paschatis a. 455 agitatam memorans c. 1376 stat, ut debuit, a parte illius et Alexandrinos acerbe reprehendit; sed ipsius partes in iis nullae videntur fuisse.[3])

1) Quod dicitur *Aquitanicus et episcopus Reginus* in codice Limogiensi saec. XII, *episcopus Regiensis* in subscriptione ad Laurentianum chronicorum recenti manu adiecta, eo minorem vim habet, quod Regii Lepidi die Iun. 25 (v. act. sanct. Iun. vol. 7 p. 47) ex vetere instituto sanctus quidam colitur Prosper aetatis parum definitae praeter nomen cum scriptore nihil habens commune et plane ignotus. confunduntur Prosperi duo item a Bernoldo Constantiensi scriptore saec. XI exeuntis (MG. SS. 5 p. 410). 2) Haec ut Marcellinus Constantinopolitanus exscripsit, ita indidem videtur proficisci, quod apud Photium cod. 54 laudatur propter libros contra Pelagianos scriptos *Πρόσπερός τις ἄνθρωπος ὡς ἀληθῶς τοῦ θεοῦ .. ἔτι Λέοντος .. τὸν Ῥωμαϊκὸν θρόνον ἰθύνοντος.* ipse Prosper in chronicis ad a. 448 (c. 1358) solito explicatius de his controversiis refert. 3) Quod scribit Beda de rat. temp. c. 43: *in huius certamine praefatus papa Leo adnitente Prospero viro doctissimo ac disertissimo vincere sedulus instans tamen unanimitate eorum, qui Nicaenae synodi decretis invincibiliter adhaerebant, laudabiliter vinci gaudebat* omnino venit ex relatione Prosperi ipsius, qui de suo adiutorio tacet.

Chronica Prosperi primum edita esse a. 433 praeter locum de papa Xysto c. 1309 aperte scriptum eo vivo ostendit adiecta ad eum annum computatio, qua ad exemplum Hieronymi Prosper quoque librum conclusit. ea remansit ideo, quod ad continuationes subinde publicatas similis computatio non est adiecta: ceterum neque exemplar primae editionis ad nos pervenit neque continuatio ab auctore alio ad eam applicita.

Denuo prodiisse chronica a. 443 inde colligitur, quod Victor Tonnennensis quem infra ostendemus Prosperi chronica et compilasse et continuasse, suam partem incohat ab a. 444. sed neque inter codices quos habemus ullus qui quidem integer sit in a. 443 finit neque Victoris epitome Prosperiana ad nos pervenit.

Editionis finientis in nominibus consulum a. 445 *Valentiniano VI et Nomo* et in ipso indice, ut mox ostendetur, consulatum eum nominantis, emissae igitur eo anno ineunte supersunt exemplaria nostra *OZXRFP* aliaque numero multa, decurtata tamen omnia, nam non habent fere nisi quae Prosper ad Hieronymiana adiecit. sub finem quod locum de paschate a. 444 (c. 1352) non habent exemplaria *FP*, habent reliqua, ostendere videtur comma id sub emissionem libri ab auctore additum ab antiquioribus huius editionis exemplaribus afuisse, adfuisse in posterioribus.

Editionis finientis in a. 451 *Adelfio consule,* emissae igitur ante nuntium Marciani consulatus de Oriente acceptum, pars est recensio codicis Parisini 4871 finientis c. 516 videturque ex eodem archetypo descriptus esse codex is, a quo pendent libri nostri *A* hodie finientes mutili in a. 443.

Ad editionem, quae videtur fuisse postrema ab ipso auctore emissa, finientem in rebus gestis Valentiniano Aug. VIII et Anthemio cos. sive p. Chr. 455, redeunt ex exemplaribus nostris *MYCHD* et epitome *V,* quorum quae habeant auctaria aliena, infra exponetur. eiusdem editionis meminerunt scriptores aequales posterioresve hi:

> *Victorius in epistula de canone paschali ad Hilarum archidiaconum urbis Romae data a. 457 c. 7:* recensitis fideliter historiis veterum beati scilicet Eusebii Caesariensis Palaestinae civitatis episcopi viri in primis eruditissimi atque doctissimi chronicis prologoque, ac perinde his quae a sanctae memoriae Hieronymo isdem chronicis sunt adiecta presbytero, per quem in Latinum quoque probantur translata sermonem, hisque etiam, quae a sancto et venerabili viro Prospero usque in consulatum Valentiniani Augusti VIII et Anthemi constat fuisse suppleta, repperi a mundi principio usque ad diluvium IICCXLII annos, item a diluvio ad Abrahae usque nativitatem annos DCCCCXLII: natum autem Abraham XLIII annis regnante iam Nino eadem monumenta testantur, a cuius tempore etiam gestarum rerum publici scriptores esse coeperunt. quapropter vir venerabilis praedictus Eusebius chronicorum abhinc est orsus historiam, volens industriae suae fidem mundanorum quoque annalium coaetaneo relatu perpendi et professae veritatis etiam gentilium litteras testes citare, contentus praeterita saecula sacris voluminibus explicari, aetates tantum summatim retro generationum ex prologi textu patefaciens et in operis plenitudine sub annorum recapitulatione pariter comprehendens. cuius tenorem vir venerabilis Prosper secutus isdem chronicis haec eadem egregia brevitate praeposuit, ut eorum initium a mundi inchoaretur exordio. pars ab Abraham in sextum Valentis consulatum et Valentiniani secundum [*p. Chr.* 378] IICCCXCV ac deinde ab Ausonio Olybrioque consulibus [*p. Chr.* 379] qui sequuntur ad VIII Valentiniani Augusti consulatum et Anthemi [*p. Chr.* 455] VII (uiiii *libri*) et LXX, et simul omnes a mundi origine usque ad Constantinum et Rufum praesentes consules [*p. Chr.* 457] VDCLVIII referuntur anni.

Gennadius, qui scripsit c. a. 500, de vir. ill. c. 85:[1]) Prosper homo Aquitanicae regionis [consiliarius papae Leonis], sermone scholasticus et adsertionibus nervosus multa composuisse dicitur, ex quibus ego chronica nomine illius praetitulata legi continentia a primi hominis conditione iuxta divinarum scripturarum fidem usque ad obitum Valentiniani Augusti et captivitatem Romanae urbis a Genserico Wandalorum rege factam. legi et librum adversus opuscula subpresso nomine Cassiani: quae ecclesia dei salutaria probat, ille infamat nova: re enim vera Cassiani et Prosperi de gratia dei et libero arbitrio sententiae in aliquibus sibi inveniuntur contrariae. [hic etiam Prosper post obitum beati Augustini librorum eius contra haereticos inimicos gratiae Christi defensor extitit.] epistulae quoque papae Leonis adversus Eutychen de vera Christi incarnatione ad diversos datae ab isto dictatae creduntur. *A Gennadio pendet Marcellinus comes ad a. 463. Alio loco c. 88 Gennadius (inde Isidorus orig. 6, 17, 1) ait Victorium Aquitanum composuisse paschalem cursum* post quattuor priores qui composuerunt id est Hippolytum Eusebium Theophilum et Prosperum.[2])

Cassiodorus inst. div. litt. c. 17: Sanctus quoque Prosper chronica ab Adam ad Geisirici tempora et urbis depraedationem usque perduxit.

Inscriptionem chronicorum cum liber omnium antiquissimus *O* nullam habeat nec magis habeat *B,* reliqui sic repraesentant:

chronicorum integrorum.

M: incipit cronica Prosperi. *subscriptio in eodem libro:* explicit cronica sancti Prosperi episcopi Regiensis *(cf. p. 344 not. 1) postea adiecta est non ab eo, qui librum statim ad archetypum emendavit, sed tamen tempore satis antiquo, nam adest in apographo libri Laurentiani Sessoriano scripto saec. XI.*

C: incip̄. cronica Prosperi Tyronis.

Y: chronica Prosperi Aquitanici et episcopi Regini *(cf. p. 344 not. 1).*

A: incipit epithoma de cronicon quibus et generationes (geneseos *A*ʳ) ab Adam usque ad Abraham et a passione domini omnes consules et quae consecute [*sic*] sint post finem Valentii [*sic*] usque ad quintum consulatum Valentiniani imperatoris adicimus [*sic*]. *de nomine Augustini in exemplaria deteriora relato infra p. 361 diximus.*

Parisinus 4871: in nomine patris et filii et spiritus sancti incipit epitoma de cronicis quibus et generationes ab Adam usque ad Abraham et passionem domini omnes consules et que consecuta sunt post finem Valentis usque consolatum Placidi Valentiniani Aug. et post Adelfi consolatum adiecimus.

F quamquam cum parte priore Prosperi titulum suppressit, redeunt ad eum quae in clausula (vide infra ad c. 1318) substituit pro Hieronymianis: fiunt ab Adam usque in consulatum Theodosi iunioris XVIII et Valentiniani Placidiae filii iunioris sexies *cet.*

V: in̄m̄ inc̄ cronica (beati Ieronimi *add. m. recens*).

1) Varia lectio trium codicum antiquissimorum Vaticani reginae n. 2077 saec. VI, Veronensis bibl. capit. n. 22 item saec. VI, Parisini Lat. 12161 saec. VII, quorum primum et secundum mihi contulit Nicolaus Mueller Berolinensis, tertium Henricus Omont Parisinus, haec est omissis orthographicis. quae uncis [ ] inclusi, habet solus Parisinus. — 3 ex] in *Ver.* — cronica *Ver.,* chronicam *Par.,* cronicam *Vat.* — nomine *Par.,* nominis *Ver. Vat.* — illius *om. Vat.* — practitulatam *Vat. Par.* — 4 continentiam *Vat.* — 5 obitum] ultimum *Par.* — urbis romae *Ver.* — gensericho *Vat.* — 6 factos *Par.* — 7 noua re enim uera *Ver.,* re enim uera *Vat.,* noua enim uere *Par.* — 11 eutycen *Ver.,* eutychin *Vat.,* euthicen *Par.*

2) Canonem paschalem a Prospero editum esse negandum est. Gennadius haec videtur scripsisse male memor opinor epistulae Victorianae: certe eiusmodi laterculi alibi vestigium nullum reperitur.

MAFXZ: hucusque Hieronymus presbyter ordinem praecedentium digessit annorum: nos quae consecuta sint adicere curavimus.
V: hucusque Hieronymus: exhinc Prosper secuta subiunxit.
R: incipit ex chronicis Tyronis Prosperi chronicorum Eusebii temporibus praetermissis.
partis a Prospero adiectae. *H* (*v. p.* 266) *ante Prosperum:* hucusque Hieronimus ordinem praecedentium digessi sunt [*sic*] annorum: nunc ea quae secuntur a viro religiosissimo Prospero ac eruditissimo addita subponuntur: pauca ex nostro adiuncta studio. *post Prosperum:* huc usque historiam perduxit Prosper vir sanctus, licet aliqua nos eius operi quae ille omiserat ob cognitionem praeteri torum seculorum miscuerimus: abhinc nostrum utcumque (potuit *ins.* H^2) studium desudavit.
P in fine: hic finit Prosper post Hieronimum.

Labbaeus: viri clarissimi Tironis Prosperi Aquitani chronicon integrum ab Adamo ad Romam captam a Genserico Wand. rege in duas partes distributum: prima pars ab ortu rerum ad mortem Valentis cum annotatione consulum. — V. c. Prosperi Tyronis Aquitani chronicorum pars altera ab anno aerae Christianae CCCLXXIX ad CCCCLV.

Liberatus c. 2: in epitoma chronicorum Lucentii.

Victor Tonnennensis: hucusque Prosper vir religiosus ordinem praecedentium digessit annorum, cui et nos ista subiecimus.

Genuinam esse inscriptionem, quam exhibent codices *A* et Parisinus 4871, inde efficitur, quod tria, quae ad Hieronymum Prosper adiecit, exordium, laterculum consularem, auctarium ita auctor solus in ipso indice determinare potuit. consules variare secundum editiones consentaneum est. nos in indice posuimus annorum 444 et 445 servatos in libro *F.* Parisinus 4871 habet annorum 450 Valentinianum VII et 451 Adelphium (scilicet, ut dixi, nondum nuntiato de Oriente Marciano) leviter corruptos. contra quintus Valentiniani consulatus anni 440 codicum *A* aut mendosus est aut venit ex exemplari chronicorum eo anno editorum postea aucto titulo non mutato. cum ea recensio abrumpatur imperfecta in a. 443 et tam prope accedat ad eam quam imperfectam et ipsam habet liber Parisinus 4871, ut eius inscriptionem verisimile sit in illo quoque aut adfuisse aut adici debuisse.

Inter auctores, quibus ad libellum conscribendum Prosper usus est, Hieronymus non tam primarius est quam quodammodo unicus: nam eius chronica quatenus perveniunt, Prosperiana ex iis fere excerpta sunt eamque ipsam ob causam recte titulantur epitoma. eorum chronicorum codicem Prosper adhibuit similem Lugdunensis Seal. 14 sive Freheriani. subscripsi locos aliquot variantes in libris Hieronymianis ad determinandum locum quem inter eos teneat codex a Prospero usurpatus, usus notis Schoenianis F(reheriani) A(mandini) P(etaviani Leidensis) B(ernensis) R(eginae Vaticani n. 560) M(iddlehillensis hodie Berolinensis Chelt. n. 1829)

c. 135 Ioas *FAPMR Pr.*, iosias *B*
c. 151 Iohel *FAPMR Pr.*, amos *B*
c. 179 anno XXI regni Tarquinii Prisci Massilia condita *Pr.* (*AV*) *cum FPM, ad a. XXII AB, ad a. XX R*
c. 321 Caesar .. ann. IV m. VII *F (cum Oxon.) Pr. Cassiodorus,* m. VI *reliqui libri*
c. 328 prohibitae lecticis *FAPR Pr.,* prohibita electis *M,* prohibita electris *B*
c. 354 sororemque *P Pr. casu opinor consentientes,* sororem quoque *FABMR*
c. 361 ab Adam anni $\overline{\text{V}}$CC *Pr. (M solus),* ab Adam usque nativitatem Christi sunt anni VCXCVIIII *F (in margine) solus*
c. 375 per blanditias *FR Pr.*, per blandimentas *A*, per blandimenta *P*, per blanditiam *BM*

c. 140 in quis *PM*¹*R Pr.* (*M*¹), in quibus *FABM*² *Pr.* (*M*²), inter quos *Pr.* (*AV*)
c. 688. 689 Titianus *F Pr.* (*M*), Tatianus *PBMR Pr.* (*CA*), Tantianus *A: vere* Tatianus *et sic Augustinus de haer. 25 item hoc loco a Prospero adhibitus*
c. 733 filium suum *F Pr.*, filium (*om.* suum) *APBMR*
c. 755 *cet. persecutiones Christianorum numerant F M (marg.) R (marg.) Pr., non numerant APBMR*
c. 767 (Caracalla) regnavit ann. VI *F (id per aliquot annos custodiens) Pr.*, regnavit ann. VII *APBMR Cass.*
c. 866 Xystus episcopus *est in libris FR et apud Prosperum, omittunt libri Hieronymiani reliqui*
c. 949 Marcellinus ann. VIIII *F Pr., omittunt annos reliqui*
c. 999 in villa sua Spalato *FMR Pr.*, in villae suae palatio *APB*
c. 1070 Constantii] *FV Pr.* (*M*), constantis *APBMR*, constantini *Pr.* (*A*).

Alio loco Hier. 2352 quem Prosper c. 1044 ita reddit: *Nazarii rhetoris filia [Eunomia Christiana virgo] in eloquentia patri coaequatur* cum verba uncis inclusa absint et ab aliis Hieronymi libris et a Freheriano, sed reperiantur in Londiniensi n. 16974 (infra p. 366), Prosper ea non inseruit, sed in exemplari Hieronymi quod adhibuit invenit. unicum quod praeterea deprehendi eius generis additamentum c. 569: *Plinius Secundus Novocomensis insignis orator [dum invisit Vesuvium] periit* utrum similem originem habeat an hoc certe de suo addiderit compilator, nescio.

Epitomen *V* infra p. 377 n. 2 diximus uno loco corruptelam codicum Hieronymi *AP* in textum Prosperianum intulisse.

Ad Hieronymi chronica adsumpsit Prosper, curans, ut supra vidimus, non tam res saeculares quam litigia de religione, Augustini sui libellum ad Quodvultdeum episcopum Carthaginiensem de haeresibus, inde ad haereticos apud Hieronymum nominatos eorum opiniones vel ut ipse ait errores adscribens et ad verbum fere hunc quoque auctorem expilans, quamquam diffusas has explanationes et a chronicorum brevitate abhorrentes librarii passim breviaverunt. in capite de Origene c. 808 adhibuit eiusdem Augustini libros de civitate dei, eo motus quod eos Augustinus ipse adlegat in commentario de haeresibus.

Praeterea supra iam p. 254 vidimus a passione inde eum laterculum consularem talem, qualem chronica Italica exhibent, chronicis inseruisse. duo sola facta quae in parte Hieronymiana habet ab Hieronymo aliena, passionem Perpetuae c. 757 et translationem Timothei c. 974, una cum laterculo ex iisdem fastis sumpsit: unde p. 251 iam collegimus laterculum eum a Prospero lectum esse talem fere, qualem nos quoque habemus.

In summa re minore studio et diligentia liber conscribi vix potest quam hunc conscripsit homo Aquitanus. si excipias, quod imperatorum laterculum aetatis Diocletianae adauxit (c. 970. 980. 986. 990) et epochas ante Abramum ex Genesi adiunxit, quod inventum in ipso operis indice enuntiavit, ex tribus illis libellis unum ita fecit, ut, cum ipsos habeamus, Prosperianum impune abicere liceat, ut abiecerunt eum plerique posteriores prae Hieronymianis ipsis.

In narrandis rebus a. 379—455 auctorem non maiore diligentia versatum esse inde intellegitur, quod in paparum laterculo continuando ne annos quidem adscripsit, sed post Hieronymum nuda nomina posuit. nihilominus in hac parte utilis est usus aut chronicis hodie deperditis aut sua rerum notitia. inter illa dubium non est primum locum tenuisse chronica Italica, quorum haec pars admodum imperfecta ad nos pervenit. at quae versantur in controversiis de fide iis, quae tum in Galliis potissimum agitabantur, sine dubio veniunt a Prospero ipso, sicut alia quoque complura. sed mittemus has

disquisitiones utpote non ab editore, sed a rerum gestarum enarratore et diiudicatore tractandas.

Libellum auctor ad exemplum Hieronymi ita ordinavit, ut generationum et regnorum enumeratio itemque a passione inde ab ipso additi consules et alia quaedam potiora textum constituerent, his memorabilia varia adderentur. ad secundum genus pertinent commata quaecumque aut certum annum praescriptum habent *anno illo regni illius* aut formulam *eo tempore* similemve, qua indicatur rem de qua agitur per illud spatium evenisse: quamquam in hac formula cum libri admodum varient, saepenumero incertum est librarii utrum addiderint eam an sustulerint arbitrio suo. hae indicationes respondentes Hieronymi spatio historico an apud Prosperum quoque certum locum adsignatum habuerint, quaeritur. videntur fere in margine altero utro ab auctore collocatae fuisse; sed fieri potest, ut auctor praeterea adnotationibus quibusdam in textu locum dederit distinguens eas scriptura diversa. utut est, debuimus nos a textu distinguere quidquid pro adnotatione exhibent libri *MCAO* licet diversa ratione id significantes, qua de re infra in codicum recensu exponetur. sane dubium non est vel in iis libris discrimen id imperfecte repraesentari nec paucis locis adnotata ab auctore ibi in textum recepta esse. nos in editione adnotationes, scilicet de quibus per libros constaret, a textu ita distinximus, ut indicatum est p. 342. ceterum de Prosperi chronologia ut recte iudicetur, diversitas adnotationum non neglegenda est: nam in textum recepta ut ordinem temporum vel certe Hieronymianum presse sequuntur, adnotationes passim neque sola librariorum auctorisve culpa, sed secundum ipsam operis institutionem ab eo ordine recedunt: exempli causa quod inter c. 267 = Hier. Abr. 1845 et c. 270 = Hier. Abr. 1857 interponuntur capita pertinentia ad Hieronymiana a. Abr. 1869. 1865. 1867, id non ex errore auctoris repetendum est, sed ex forma commentarii.

Annorum a mundi initio ad sua tempora ordinem continuum quamquam Prosper ex Hieronymo adsumpsit et per adiecta tempora continuavit generationibus et regnis singulis numerum annorum adscribens, summas eorum annorum neque per annos mundi enuntiavit, ut postea fecit Isidorus, neque binaria computatione ea, qua Hieronymus utitur, scilicet annis Abrahae nati adscriptis a principio chronicorum per singula decennia, item a principio Olympiadum Romanarum a. Abr. 1241 adscriptis iis per singula quadriennia. ipsas illas generationum regnorumque epochas Hieronymianas Prosper ita contraxit, ut ex pluribus una sola remanserit. ita quae adnotantur facta, apud Prosperum non ad annos certos rediguntur ut apud Hieronymum omnia, sed ad passionem usque tantummodo ad regna. exempli causa cum Hierosolyma a Pompeio capta Hieronymus adsignaverit anno Abrahae 1950, Olympiadis 178 anno secundo, Ptolemaei Dionysii Alexandriae regnantis anno 11, Iudaeorum regis Hyrcani II primo, inde Prosper nihil retinuit nisi capta esse Hierosolyma regnante Ptolemaeo Dionysio: certum annum raro determinans epocha diserte adiecta, ut exempli causa Capitolium a Gallis captum esse ait c. 210 anno Artaxerxis Mnemonis XV. a passione inde lege operis mutata facta quae affert ut apud Hieronymum ad annos imperatorios, ita apud ipsum rediguntur ad consules latereulo eorum inserto. exempli causa quae sub Severo Alexandro narrantur cum apud Hieronymum discripta sint per annos regni eius, Prosper ea discripsit per consulum paria, tribuens pariter atque Hieronymus Alexandro annos XIII, sed inter tempora regni vera et annos imperatorios ut diserte Cassiodorus: *Decius regnavit anno uno mensibus tribus, quantum ad consules autem annum unum* similiterque in Gallo, ita Prosper quoque distinguit. iis annis 'a passione domini', ut appellantur in antiquissima epitome Vaticana, sive consulatibus numeros quoque auctor adscripsit. scilicet cum reliquae annorum numerationes in codicibus inventae a librariis adiectae sint, nempe annus mundi ad p. Chr. 379, a quo Prosper ipse incipit, *VDLXXX* adscriptus est in codice *P* omnino adscitus ex Hieronymo.

annos Abrahae addunt decimo quoque anno codices *F* et *R*ᵖ, item *X* continuantes ita numeros Hieronymianos.

olympiades similiter adiecit codex *R*ᵖ.

annum ab urbe condita unum *MCLXII* adnotant codices *A*ᵗᵘᵛ*H* ad a. 409 vel 406 (cf. c. 1230), id quod pendet ab adnotatione anni millesimi c. 838.

annos Christi adscribunt ad c. 1076 et ad caput interpolatum de schismate post c. 1132 soli libri *A*ᵗᵘ.

annum passionis per singula decennia adscriptum fuisse in archetypo declarat index subiectus, in quo ubi nota *A* adscripta est, scito aut unum exemplar aut plura sub ea littera comprehensa numerum habere.

a. 50 XX (c. 425) *A*
a. 58 XXX (c. 442) *A*
a. 71 XL (c. 462) *A*
a. 102 LXX (c. 534) *A*
a. 119 XC (c. 575) *A*
a. 131 C (c. 603) *A*
a. 140 CX (corruptum in *ex:* c. 623) *C*
a. 149 CXX (c. 646) *A*
a. 159 CXXX (c. 658) *A*
a. 167 CXL (c. 675) *A*
a. 179 CL (c. 704) *C*
a. 186 CLX (c. 718) *C*
a. 197 (c. 742) *C,* a. 198 (c. 744) *A* CLXX
a. 207 CLXXX (c. 760) *A*
a. 217 CXC (c. 779) *A*
a. 226/7 CC (c. 802 *post* Albino et Maximo) *M hoc solo loco annum adnotans*
a. 247 CCXX (c. 837) *AC*
a. 254 (c. 862) *A,* a. 255 (c. 863) *C* CCXXX
a. 264 CCXL *CA* (c. 885 *ante* [gallie]no et)
a. 285 CCLX (c. 936) *A*
a. 296 CCLXX (c. 952) *CA*
a. 306 CCLXXX (c. 973) *CA*
a. 317 CCXC (c. 1002) *C*
a. 327 (c. 1021) *A* RCCC, *item* (*ante* c. 1022) *C,* a. 334 (c. 1039) *O*
a. 337 CCCX (c. 1047) *AC*
a. 347 CCCXX (c. 1073) *AC*
a. 357 (c. 1100) *A,* (c. 1101) *C* CCCXXX
a. 367 CCCXL (c. 1134) *ACV*
a. 377 CCCL (c. 1159) *A*
a. 385 CCCL[X] (c. 1185) *O*
a. 388 CCCLXI 'a passione domini' (c. 1190) *V*
a. 397 CCCLXX (c. 1209) *A,* a. 395 (c. 1202) *O*
a. 407 CCCLXXX (c. 1231) *A,* a. 403/5 (c. 1224. 1226. 1227) *O*
a. 417 CCCXC (c. 1262) *A,* a. 415 CCCLXX[XX] (c. 1255) *O*
a. 425 CCCXX/// (c. 1287) *O*
a. 427 CCCC (c. 1293) *A*ᵗᵘ
a. 437 CCCCX (c. 1325) *A*
a. 445 CCCCXX (c. 1354) *O.*

In textu constituendo nos numeros eos, quos vere Prosper posuit, non decimo quoque anno solo, sed per singulos annos adscripsimus, codicum autem numerationis vestigia ex apparatu semota hoc loco composuimus.

Iam videamus de chronologia ipsa Prosperiana.

Annos colligi ait auctor in computatione primae editioni subiuncta (c. 1312) *usque in consulatum Theodosii XIIII et Maximi* (p. Chr. 433) *a XV Tiberii anno et passione domini* numero CCCCVI, eandemque numerationem confirmant numeri supra ex codicibus diversis relati pleni quidem in nullo traditi et passim loco moti, sed ut de genuina collocatione dubitare non possis. at ipsos consulatus ubi numeramus, inveniuntur esse uno plus CCCCVII, neque ullus est inter eos, quem recte deleas. numeri adscripti cum a consulatibus traditis differre incipiant inter a. 337 et 347, potest in dubium vocari consulatus c. 1069 (notatus a nobis CCCXVII[b]) *Constantio IIII et Constante III* eo quoque nomine suspectus, quod in hac parte fastorum extrema ceteroquin emendata unus abundat perperam interpositus inter a. 344 et 345 et rediens suo loco sub a. 346 forma diversa *post cons. Amanti et Albini.* nihilominus venit ab auctore: nam non solum habent eum libri omnes, sed etiam qui Constantio II tribuuntur anni XXIV, omnino recte, eum requirunt. neque mala fraude a Prospero videtur interpolatus esse, cum supra (p. 255) viderimus ex laterculis tribus similibus duos, scilicet Vindobonenses posteriores et Barbari, interpolationis ex Prospero nequaquam suspectos, eodem loco eum exhibere. denique Victorius, qui biennio post editionem postremam chronica haec adhibuit, habuit laterculum Prosperianum sic ut diximus mendosum. itaque mera neglegentia in numerandis per decennia consulatibus hunc auctor praeteriit et evenit ita, ut Prosper annos numeret CCCCVI, consulatus ponat CCCCVII. id quod, cum in archetypo numeri per decennia sola adscripta essent, facile latere potuit.

Ad exemplum Hieronymi Prosper singulis imperatoribus cum annos imperii adscripsit adiectis passim mensibus, aliquoties etiam diebus, tum certum annorum numerum ita tribuit, ut ubi enuntiantur menses et dies, nulla certa lege modo abiciantur, modo computentur pro anno integro. summa efficitur apud Prosperum Hieronymiana non simplici compilatione, sed callida arte differentiis celatis magis quam exaequatis. Hieronymus cum ordiatur a Christi praedicatione sive ab anno Tiberii XV ut ait vel potius XVI (nam re illum excludit), Prosper ait indidem se incipere, sed duplici errore non solum credit annos se ponere passionis, sed etiam Tiberii annos post passionem numerat non octo, ut fecit Hieronymus, sed decem, quamquam imperium Tiberianum cum Hieronymo facit annorum XXIII. in sequentibus imperiis quoque computandis aliquoties ab Hieronymo differt, sicut ostendit tabula subiecta.

	Hieronymus			Prosper	
Tiberius	8			10	+ 2
Vespasianus	10			9	— 1
Titus (a. 2 m. 2)	2		(a. 3 m. 2)	3	+ 1
Traianus (a. 19 m. 6)			(a. 19 m. 7)		
Pius	23			22	— 1
Caracalla	7	(*Freh.* 6)		6	— 1
Decius	1			2	+ 1
Tacitus	1			—	— 1
(Galerius)	1			2	+ 1
Constantius II	24			23 [1])	— 1
Iulianus	2			3	+ 1
Valentinianus I	15			14	— 1

1) Sic in computo numerat, quamquam supra vidimus consulatus eum posuisse XXIV.

Ita cum accedant anni sex, decedant totidem, summa ab exordio Christi ad exitum Valentis, quae apud Hieronymum est 351, apud Prosperum secundum numerationem ab ipso adscriptam eadem est: nam ut in adnotatione diximus, computationem, quam Prosper primae editioni subiecit (c. 1312—1318), ex Hieronymo ita transtulit, ut ad numeros ab eo positos annos adiceret 55 (379—433) fierentque ita anni mundi ex Hieronymianis 5579 apud Prosperum 5634, Abrahae ex Hieronymianis 2395 apud Prosperum 2450, Christi ex Hieronymianis 351 apud Prosperum 406 pulchro consensu. scilicet compilator Hieronymi cum aut ob causas nescio quas aut meris erroribus [1]) decem imperiorum annos immutans addidisset quattuor, dempsisset sex, ut defectu expleto ad Hieronymianam summam perveniret, Tiberio pro octo annis decem adsignavit, quamquam ita Christi vel exordia vel adeo passionem anno Tiberii adsignavit XIV.

Hinc de laterculo consulari iudicium faciendum est. anni imperiorum cum apud Hieronymum numeris significentur, Prospero placuit eos significare consulatibus, id quod per se recte fieri potuit. sed cum Prosper adhibuerit tam imperiorum laterculum nequaquam emendatum et ab ipso, ut modo vidimus, non uno loco vitiatum et interpolatum, quam consularia ea de quibus supra p. 254 in Italicis exposuimus passim corrupta, ex parentibus prodigiosis monstrum informe natum esse consentaneum est, neque mirandum secundum has tabulas Diocletianum post abdicationem consulem processisse bis et multis aliis locis similiter consulatus pugnare cum rerum veritate. sed ad inscitiam accessit peccatum gravius. scilicet quod Prosperi laterculus consularis annis ex laterculo imperatorio effectis 351 ita respondet, ut uno solo loco eos excedat, aut miraculo effectum est aut fraude. supra l. c. ubi exposuimus de naevis qui proprii sunt consularium Prosperianorum, vidimus de suo eum adiecisse consulatum aut nullum aut unum tantum idque culpa magis quam fraude (nam *Anniano et Maximo* ante consulatum verum a. 227 *Albino et Maximo* inseri potuit dittographia non fraudulenta), abiecisse consulatus veros numero septem: hoc igitur remedio eo pervenit, ut consularia tradita numerum annorum requisitum aliquatenus aequarent.

Anni imperatorum ad exemplum Hieronymi numerantur in solo libro *R* consulatibus ita distributis:

Gratianus	I—VI	a. 379—384
Valentinianus II	I—VIII	a. 385—392
Theodosius I	I—III	a. 393—395
Arcadius	I—XIII	a. 396—408
Honorius	I—XV	a. 409—423
Theodosius II	I—XXVIII	a. 424—451
Marcianus	I—VII (R^v) vel VIII (R^p)	a. 452— . . .

Extremi numeri *in* R^v turbati sunt: ad a. 449 numerus non adscribitur, a. 451 *(Marciano et Adelfio)* primum factus est Marciani primus, deinde emendando Theodosii XXVIII: a. 455 pro IIII et V numeratur: a. extremus (*Ardabure et Maximiano* falso) sine numero relictus est. hanc numerationem patet librarii esse Hieronymianam continuantis.

Consulatus a principio partis Prosperianae ex ordine numerant *FPXZ* efficientes ita extremum librorum *FP Valentiniano et Nomo* p. Chr. 445 LXVI, librorum *XZ* (praeterito anno 454) *Valentiniano VIII* p. Chr. 455 LXXV.

Cyclos paschales cum recepta doctrina a Prospero primum annalibus insertos esse statuat (Ideler chronol. 2, 272), e contrario verisimile est ipsum ab iis abstinuisse:

1) Quod omissus est Tacitus, coniunctum est sine dubio cum omisso consulatu a. 276.

nam refragantur libri scripti. quorum qui non habent partem antehieronymianam, eos ad a. p. Chr. 382 non adscribere quarti cycli finem et quinti exordium cum possit eo explicari, quod absunt cycli a chronicis Hieronymianis, ex duabus familiis Prosperi integri altera, nempe Mediceus cum suis, et ipsa cyclorum eorum ne vestigium quidem ostendit. adsunt in altera, scilicet nostris *A*, item in codice Bruxellensi (*C*) ex duabus familiis contaminato sic:

ad a. 46, Prosperi 16 (*C*) *vel 50, Prosperi 20* (*A*): incipit cyclus paschalis, qui annis constat LXXXIIII et post annos LXXXIIII ad eandem legem revertitur *C* — paschalis cycli ratio ab his consulibus incipit, peragens annos LXXXIIII et ad eandem legem revertens *A*. *item ad a.* 47: initium cycli primi *A*

ad a. 131, Prosperi 101 (*A*) *vel 134, Prosperi* 104 (*C*): finis cycli primi et sequentis exordium *AC*

ad a. 213, Prosperi 186: finis cycli secundi et initium tertii *AC*

ad a. 298, Prosperi 271: finis cycli tertii quartique principium A^{tu} (*non* A^{rs}) *C*

ad a. 382, Prosperi 355: finis cycli quarti et exordium quinti *AC*

Addi potest quod auctor saeculi sexti extremi Gennadius c. 88 (supra p. 346) inter quattuor cyclorum auctores Victorio anteriores Prosperum numerat. nihilominus cycli hi videntur insiticii esse. nam cum facile appareat, cur diasceuasta posterior eos addiderit, commata haec ex continuo scripturae ordine cur librarius sustulerit et quomodo id ita perficere potuerit, ut ne indicium quidem in alterius familiae libris remanserit, parum intellegitur. accedit quod consularium Italicorum, quibus Prosper usus est, exemplaria pleraque item cyclis destituta sunt (supra p. 256). videtur igitur auctor ne in postrema quidem editione a. 455 cyclorum mentionem fecisse. mature tamen cyclicas adnotationes adiectas esse inde intellegitur, quod cycli Prosperiani non a passione ordiuntur, id quod a medio saeculo V in usum venit, sed proficiscuntur a cyclo annorum LXXXIV 299—382, qui obtinuit per saeculum quartum et quinti partem priorem [1]), inter illos annos compositus et ab eo translatus, quatenus fieri potuit, ad saecula anteriora. ad hunc cyclum si interpolator annos passionis Prosperianos aptavit, cyclos obtinuerit necesse est hos: 20/103 — 104/187 — 188/271 — 272/355, neque nimium a libris scriptis numeri hi recedunt.

Sequitur recensus librorum scriptorum.

Spirensis codicis Prosperi integri meminerunt Aegidius Bucherius (de doctr. temp. *Spirensis* a. 1634 p. 136 cf. p. 211): 'integrum (chronicon Prosperi) Spirae nuper repertum 'Chiffletius noster brevi editurus est' et Albertus Miraeus (a. 1639 ad Gennadium c. 84

1) Fasti consulares Chronographi a. 354 (supra p. 50 seq.) ad consulares annos cum adnotant et bissexta et menses lunares et dies hebdomadis, viam ita parantes ad paschata secundum ecclesiae regulas determinanda, in ea re cyclum sequuntur annorum LXXXIV, quem haec antiquissima testatio ostendit medio saeculo quarto iam in usu fuisse. etiam secundum prologum Coloniensem scriptum a. 395 ex a. 299 *accipit computum cyclus* (Krusch *Studien* p. 227 seq.) et cyclus is primus est (l. c. c. 15), quamquam per eosdem cyclos nihil impedit quominus retro perveniatur sive ad primos consules, ut fecit chronographus a. 354, vel adeo ad mundi creationem, ut placuit auctori prologi Coloniensis. laterculus denique paschalis Ambrosianus (Krusch *Studien* p. 236) scriptus a. 467 primum cyclum orditur a consulibus a. 298. a cyclo a. 298—381 hanc computationem ordiri inde confirmatur, quod apud Chronographum a. 354 solius eius cycli lunae cum veris satis conveniunt (Ideler *Chronol.* 2, 240). ceterum cum alii cyclos ordiantur ab a. 298, alii ab anno 299, duo primi cycli fluctuant inter 298—381. 382—465 et 299—382. 383—466. cyclum hunc ecclesiae Romanae proprium fuisse notum est; secundum tractatum inscriptum *ratio paschae* scriptum anno ut videtur 427 (infra editus est cum Victorio Aquitano) *computus Romanorum* coepit *ex die kal. Ian. Antonio et Syagrio cos.* (p. Chr. 382). Paschasinus Lilybitanus ad Leonem papam a. 443 (Leo ep. 3 Ball.; Krusch *Studien* p. 245 seq.): *Romana supputatio . . . cyclo concluditur, cuius ipse de quo agitur* (p. Chr. 444) *erit annus sexagesimus tertius, qui coepit consulatu Antonii et Syagrii* (p. Chr. 382).

apud Fabricium bibl. ecclesiast. a. 1718 p. 38): 'tertia (chronicorum Prosperi) et postrema editio fuit ea, quae ad captam a Genserico urbem . . . protenditur, quam ex 'basilicae cathedralis Spirensis ms. codice Petrus Franciscus Chiffletius soc. Iesu theo-'logus brevi, ut spero, publicabit'. spes ea fefellit, sed quod Chiffletius promiserat praestitit Labbaeus in nova bibliotheca mss. (Parisiis 1657) vol. 1 p. 16—56 chronicis Prosperi integris editis, monens in praefatione partem antehieronymianam nondum factam iuris publici edere se 'ex pluribus codicibus calamo exaratis', posteriorem auctiorem et emendatiorem quam adhuc vulgata sit. illorum codicum alterum esse hodie Berolinensem Cheltenhamiensium n. 1879 infra videbimus: alterius hodie deperditi collationem Labbaeus ad eundem in margine adscripsit, neque dubium est eum ipsum fuisse Spirensem. ad-
L^s scriptionibus illis, nobis L^s quatenus utilitatem habent a nobis relatis in apparatum aliquantum proficitur in lectionibus libri deperditi recuperandis: sed adhuc cautione opus est in adhibendis Labbaeanis et nequaquam suppeditant eae Spirensis libri notitiam certam et plenam. Labbaei adscriptiones ut plurimis locis ea addunt quae in codice familiae *A* omissa habet Mediceus omnino gemellus Spirensis illius cum recepta in editionem Labbaeanam (c. 569. 570. 577. 1076 cet.) tum non recepta (ut c. 309. 310. 328), ita non pauca in editione ex eodem omnino libro adlata, maxime longiores loci, in his prima (nam A^u Labbaeanus incipit a c. 28) Labbaeus sine dubio ad Spirensem expressit. ea quoque quae leguntur in Labbaei auctario ('auctarium de variis haeresibus nec non diversae lectiones ex aliis codicibus mss. collectae') in adscriptis desiderantur. ita carere non possumus editione ad Spirensis notitiam explendam. etiam magis turbant coniecturae a Labbaeo non solum in editionem, sed in adscripta quoque illa nullo discrimine inlatae, ut c. 231, quod deest in *M, umiros,* quod est in *A,* corruptum ex *Umbros,* Labbaeus in codice emendavit in *Samnites,* in editione in *Hernicos,* nempe coniectura duplici et pariter perversa utraque. item c. 262 *Libiam,* quod scriptum esse a Prospero libri omnes testantur, Hieronymo adhibito mutavit in *Libyssam.* omnino quamquam quibusdam locis (ut c. 736) interpolationes Labbaeanae absunt a scriptis, ita aliis non paucis (ut c. 604. 617. 734. 808. 850) in iis quoque reperiuntur. haec cum in parte Hieronymiana Labbaeani textus utilitatem minuunt, in posthieronymiana praeter duos illos libros scriptos item adhibuit editionem Pontacianam (v. c. 1199. 1363; citat eandem ad c. 1205) et maxime Duchesnianam, quam typothetis tradidit repetendam, itaque quamquam in adscriptis ad codicem excerpta ex Spirensi continuant (c. 1216. 1261. 1266 cet.), alia adscripta aliunde petita sunt (v. c. 1248), edita autem Duchesnianum textum magis repraesentat quam libri Spirensis. — Quatenus Spirensis notus est, proxime accedit ad Mediceum, de quo statim dicetur, etiam in capitum dispositione, quam eandem fuisse in utroque libro hic illic ex Labbaeanis adscriptionibus intellegitur: ita c. 916 cum in codd. *A* legatur post c. 909, Labbaeus ad c. 915 adnotavit *Rome Felix ut s(upra),* plerumque ad eiusmodi discrimina non animadvertens. errores in Mediceo deprehensi cum fere redeant in Spirensi, aliquoties hic emendatior invenitur: ita c. 614 pro vero *Tinio,* quod habet *C,* in Mediceo est *tuenio,* in Spirensi *tynio;* c. 1249 *vita exutus* recte Spirensis, *vita exceptus* Mediceus. — Medio aevo chronicorum scriptorum nullus adhibuit librum Spirensem; nam c. 1286 quae cum Spirensi consentiunt apud Hermannum Contractum, non ex Prosperi chronicis veniunt, sed ex Cassiodoranis.

M Codex bibliothecae Mediceae Laurentianae plut. 65 n. 35 (Bandini cat. codd. Lat. vol. 2 p. 752 seq.), nobis *M,* antea ubi fuerit, aliquatenus declarat adnotatio in protocollo lecta primum a bibliothecario sagacissimo Nicolao Anziani haec: 'conventus 'S. Marci de Flor. ordinis praedicatorum, quem habuit a Cosma Iohannis de Medicibus. '239 [scilicet inventarii] . . . . . banca ex parte occidentis'. intellegitur Cosmas (n. a. 1389, defunctus a. 1464) filius Iohannis (n. a. 1366, defuncti a. 1428). respondet ei inscriptioni

'repertorium sive index librorum Latinae et Graecae bibliothecae conventus Sancti 'Marci de Florentia ordinis Predicatorum' repertus nuper ab eodem Anzianio et apud eundem adservatus, ubi leguntur haec: 'in Bancho XXI ex parte occidentis. — '7. Cronica Prosperi. Eutropius de historia Romana. Paulus Orosius. alia historia 'Romana. historia de regimine et actibus Getarum. historia Caroli magni et Francho-'rum. compendium libri Apollonii. historia Longobardorum. in volumine magno albo 'in membranis.' anno deinde 1570, quo iussu Cosmae I ducis Medicei complura volumina ex S. Marci bibliotheca inlata sunt Mediceae mox publicatae, hoc quoque volumen in eo numero fuit. sed praeter supra enumerata opera, quae adhuc eo continentur, Iosephi opera in volumine infuisse fidem facit quod legitur in eius eschatocollo: 'istud volumen divisum est in duas partes et legatum et reparatum, et sunt 'in alia parte hystorie Iosephi et Egesippi: constat ligatura et reparatura utriusque 'partis de expensis et labore ~~s~~ XX'. index quoque volumini 65, 35 praepositus scriptus saeculo fere XI inter Iordanis Getica et Gregorium Turonensem, qui libri hodie sese excipiunt, interponit opera duo Iosephi. haec a volumine avulsa pars est ni fallor codex hodie eiusdem bibliothecae Laurentianae plut. 66 n. 1 (Bandini l. c. p. 781). certe in bibliotheca Laurentiana, quae iam in se recepit codices tam Mediceos quam S. Marci longe plerosque, alius nullus est, qui codici 65, 35 recte aptetur, cum hic facile eisdem tegminibus olim compingi potuerit; nam alta sunt duo volumina pariliter cent. c. 48, lata plut. 65, 35 cent. 32, plut. 66, 1 cent. 34. etiam in voluminis secundi eschatocollo quae leguntur: 'iste liber Iosephi fuit religatus manu ser Mar-'tini Munaldi de Perusio anno domini MCCCLXXXXVIII die XXVI Septembris in 'Cafagiolo' respondent iis quae de altero volumine supra exposuimus: Cafaggiolo enim villa sita in valle Mugellana ad viam, qua Florentia itur Bononiam, fuit inter vetusta praedia domus Mediceae eoque delatum volumen verisimile est Iohannem Mediceum a. 1398 reficiendum curavisse. verum est volumina duo scripta esse litteris diversis et diverso omnino loco; scilicet id de quo nos agimus aperte Gallicam vel potius Germanicam originem prae se fert, Iosephinum exaratum est litteratura quam dicunt Langobardica, quali saec. XI et deinceps utebantur Casini et Nonantulae. sed origo diversa non impedit, quominus volumina iisdem tegumentis compacta sint; e contrario ipsa illa diversitas tam latitudinis aliqua quam scripturae praeter molem nimiam facile novum dominum movere potuit, ut volumen scindi iuberet. — Haec si recte posuimus, probabile est hoc quoque volumen ut Tacitum et Appuleium et alia complura cimelia saeculo XIV exeunte Florentiam venisse ex monasterio Casinati. sed eam partem, quae Prosperi chronica complectitur, cum supra dixerimus scriptam videri in Germania, origini ei bene convenit cum quod codex huius aut gemellus aut potius parens olim adservabatur Spirae, tum quod in binione volumini praefixo legitur Notkeri ad Landpertum epistula de loco quodam Martiani Capellae (cf. Bandini l. c.) edita apud Canisium ant. lect. vol. 5 p. 739 et alibi, omnino Transalpinis magis nota quam Italis eius aetatis viris doctis. Iosephi libri origine qui videatur Casinates quamquam quo tempore scripti sint definire arduum est, a peritis magis XI quam X saeculo tribuuntur. alterum volumen ex Germania adlatum in Italiam exaratum esse a pluribus scribis peritis omnibus et idoneis neque opinor tempore magnopere distantibus, saec. X exeunte vel ineunte XI scriptura ostendit: principium, cui chronica Prosperi subiuncta sunt, scriptum esse sub pontificatu Iohannis XIII (965—972) ex iis colligitur, quae de laterculo pontificum mox adnotabuntur. fortasse volumen ex parte Casinum adlatum est, ex parte ibi exaratum iussu Desiderii abbatis, qui postea papa factus est Victor III (1058—1087): nam et in laudibus eius (*neues Archiv* 10, 356) legimus haec: 'Boreas solet ardua quot quot foliis iuga 'spargere tot tot titulos hic tulit variorum varia ex regione librorum' et inter libros

iussu eius scriptos, quos recensent chronica Casinatia (MG. SS. 7, 716), adest 'Iosephus de bello Iudaico'.

Duae partes hodie separatae quomodo antiquitus coniunctae fuerint, index declarat supra citatus scriptus in binione praefixo saeculo fere XI; in quo binione quae praeterea leguntur astronomica grammatica arithmetica varia, gradus consanguinitatis, excerpta ex decretis pontificum Bandinius l. c. diligenter recensuit. volumen a capite mutilum fuit vel eo tempore, quo index ille conscriptus est; is enim incipit a Prospero praetermisso laterculo pontificum, ideo opinor, quod eius qui indicem confecit non vidit nisi eas quae adhuc extant reliquias. post mutilationem ante divisionem quid quo ordine continuerit, iam enarrabuntur.

1. plut. 65, 35 f. 3, quod primum est quaternionis primi recte cohaerens cum f. 10. Laterculi pontificum pars extrema, incipiens sic: 'CXII. Romanus presbyter tunc sancti 'Petri ad vincula sedit men. IIII. — CXIII Theodorus sedit dies XX' et sic deinceps ad Agapitum: 'CXXVII. Agapitus sedit ann. X et men. VII et d. X', ad singulos pontifices temporibus solis adnotatis. at de sequentibus, qui sunt CXXVIII Iohannes XII (955—964) et CXXVIII Leo VIII (963—965) et, cuius creatio sola refertur, Iohannes XIII (965—972) plura narrantur edita apud Watterichium (pontificum Romanorum vitae praef. I p. XIV) aperte profecta ab auctore aequali et scribente vivo etiamtum Iohanne illo, videlicet ab ipso eo qui hanc voluminis partem scripsit. — In eiusdem folii pagina versa olim vacua relicta (ut reliqui quoque tractatus diversi in hoc corpore separantur interstitiis maioribus non scriptis) postea, scilicet saec. fere XI, scripta est epistula, quam Boemundus princeps Antiochiae aliique duces socii dederunt ad papam Urbanum II (1088—1099) incipiens 'volumus omnes et desideramus' (cf. Bandinius l. c.).

2. plut. 65, 35 f. 4—16'. Chronica Prosperi.

3. plut. 65, 35 f. 17—42. Eutropius cum auctario Pauli (cf. H. Droysen praef. p. XXX).

4. plut. 65, 35 f. 43—96. Orosius (cf. Zangemeister praef. p. XVII).

5. plut. 65, 35 f. 97—106. Iordanis Romana (cf. ed. meae praef. p. XLIX) deficiente principio spatio vacuo relicto.

6. plut. 65, 35 f. 107—116'. Iordanis Getica (cf. ibidem) deficiente fine spatio item vacuo relicto.

7. plut. 66, 1 f. 1—252 Iosephi antiquitates Iudaicae Latine versae. In f. 252 extremo adnotatur numerus quaternionum XXXIII.

8. plut. 66, 1 f. 253—336 Iosephi vel Hegesippi quem dicunt bellum Iudaicum.

9. plut. 65, 35 f. 117—124 gesta regum Francorum (cf. Krusch script. Merov. vol. 2 p. 229).

10. plut. 65, 35 f. 125—129 Einhardi gesta Karoli magni (cf. MG. SS. 2, 438).

11. plut. 65, 35 f. 129. 130 epitome historiae Apollonii Tyrii (cf. praef. Riesii p. XIV).

12. plut. 65, 35 f. 131—156 Pauli diaconi historia Langobardorum (cf. Waitz script. Lang. praef. p. 34).

Haec qui composuit homo Germanus saeculi X corpus quodammodo formare voluit scriptorum rerum gestarum quorum sibi copia esset omnium, pertinetque id ipsum ad genium eius saeculi recte aestimandum honorandumque. in quaternione uno pluribusve qui in principio desiderantur si qua posuit praeter laterculi pontificum principium, ea quae fuerint nemo hodie divinabit.

Inscriptionem et subscriptionem chronicorum Prosperi supra p. 316 rettulimus. ad formam libelli quod attinet, librarius duplici genere scripturae usus distinxit textum litteris maioribus scriptum ex ordine decurrentem et scholia textui ita interposita, ut et litteris minoribus et brevioribus versibus, qui non pertingerent ad paginae latus sinistrum, denique prima littera maiore miniataque a textu distinguerentur. — Emendata sunt Prosperiana a manu diversa, sed eiusdem fere aetatis quamque verisimile est ipsum illum quo librarius usus est codicem denuo adhibuisse; certe pluribus locis omissa emendator recte explevit neque quicquam adnotavit, quod ducat ad archetypum diversum et inde petitam lectionis varietatem. quapropter emendationes manus eiusdem (M^b) et manus secundae (M^2) eundem fere locum in crisi facienda obtinent.

Exemplaris Medicei chronicorum Prosperi tria apographa extant haec:

1. Codex hodie Romae in bibliotheca Victorii Emanuelis n. 1267, scriptus saec. XI Nonantulae (nam eadem manu scriptum folium ex Gregorii homiliis hodie insertum codici Vict. Em. n. 1372 librarios nominat Oddonem Silvestrem Sigezonem monachos Nonantulanos), saec. XVII cum aliis Nonantulanis a patre Hilario Roncati translatus est Romam in bibliothecam monasterii S. Crucis n. 33, ex qua venit in publicam (Bethmannus apud Pertzium *Archiv* 12, 396; cf. item Pabst *neues Archiv* 2, 45). post Gregorii magni homilias (f. 1—234') et Hieronymi libellum de viris illustribus cum auctario Gennadii (f. 235—259), cui subscribitur carmen: 'accipe quaesitum praesul sanctissime 'librum De numero patrum lectis de patribus actum Quo tibi summe datam nostri fa'mulaminis arram Et tu servorum nostri memor esto tuorum', sequuntur f. 260—280 chronica Prosperi. subiungitur f. 280 'adbreviatio chronicae' de sex aetatibus finiens in a. 42 Karoli magni. — Descriptum esse ex libro hodie Mediceo et Bethmannus dixit et mihi constabat collato utroque. nam et archetypi scripturae genus duplex aliquoties librarius retinuit scholiis exaratis litteris minoribus et lectio vel in minimis concordat, nisi quod passim Sessoriani libri scriptor lituris factis archetypi mendas emendavit. verba c. 38: 'Iacob . . . servivit apud Laban annis VII' librarius auxit ita: 'annis 'quattuordecim pro uxoribus et pro ovibus annis septem'.

2. Codex hodie Romae in bibliotheca Corsiniana n. 122, antea Petri Philippi Pandulfini, scriptus in membranis saec. XV (cf. Bethmann *Archiv* 12, 393). post Prosperum sequitur Eutropius cum auctario Paulli sumptus sine dubio ex eodem archetypo. — Descriptus est item ex libro Mediceo; quae in eo litteris minoribus exarata sunt, hic distinguuntur minio. evanida vel lectu difficilia aliquoties omissa sunt spatiis vacuis relictis.

3. Codex hodie Vindobonensis n. 3126, olim historiae profanae n. 477 (Endlicher catal. n. 389) scriptus in chartis saec. XV. extrema parte collata hunc quoque deprehendi descriptum esse ex Laurentiano.

Lemovicensis (Limoges) bibliothecae publicae n. 1 saec. XII aliquando fuit apud *Y*
episcopum Lodovensem (Lodève in provincia Narbonensi), ut testatur inscriptio in protocollo: *iste liber est fratris Petri Guidonis ordinis praedicatorum, quem habuit ab avunculo suo domino episcopo Lodovensi* (non *Lodonensi*, ut edidit Pontacus); deinde (teste Pontaco praef. p. 28) cum repertus esset in officina bibliopolae cuiusdam Lemovicensis, inlatus in bibliothecam collegii societatis Iesu Lemovicensis et a provinciali eius Alexandro Georgio ante a. 1604 cum Pontaco communicatus, iam adservatur, ut supra dixi, in bibliotheca publica eius oppidi (cf. *catalogue des mss. des bibl. publ. de France* vol. 9 a. 1888 p. 448). continentur eo volumine, quod totum scriptum esse eodem tempore probabiliterque adeo ab eadem manu vir peritus Henricus Omont adserit, Prosper tam decurtatus quam integer. scilicet in codicis parte priore (*Lo. Pontaci*) deficiente principio post extrema capita librorum Hieronymi adversus Iovinianum (incipit l. II c. 28 *sed de caelorum mansionibus et aeternis tabernaculis*) sequuntur

chronica Hieronymiana inscripta sic: *in hoc corpore continentur chronica Eusebii Hieronimi et Prosperi.* adsunt praefationes duae et quod raro reperitur in libris scriptis exordium (Schoene app. p. 43 seq.), in his locus praeterea in solo fortasse Freheriano libro servatus p. 44, 34 *et factum est* et quae sequuntur, sed quaternione amisso desunt et extrema pars exordii post p. 45, 17 *quem occidit Cayn* et principium chronicorum, quae iam incipiunt a. Abr. 103 verb. *Siciniorum XXXIIII.* post chronica Hieronymi, quae finiunt f. 154 in *sepultura quoque caruit,* sequuntur f. 154—164 quae Prosper addidit, de quibus (nobis *X*) infra dicetur p. 367. pars posterior, scripta, ut diximus, ab eodem librario, sed quaternionibus seorsum numeratis, praeter chronica Isidoriana proposita hic sub nomine Mileti, quae volumen finiunt, Prosperiana continet. ea integra vidit Pontacus inscripta ut ait (praef. p. 28): *chronica Prosperi Aquitanici et episcopi Regini:* iam quaternione primo amisso qui hodie primus est signatus *b* incipit a verbis c. 904 *et uoldumiano.* liber eiusdem ordinis est atque Mediceus et Spirensis (v. c. 1010 1026. 1056 cet.), descriptus fortasse pariter atque Mediceus ex Spirensi: notabilis est c. 1364, 11 archetypi lectio *ficia* servata in Mediceo manu prima, correcta in eodem a manu secunda in *fiducia* recte, in Lemovicensi male facta *officia.* consentiunt duo libri plerumque etiam in minoribus erroribus et ita invicem se confirmant; ubi discedunt, Lemovicensis plerumque Mediceo inferior est, ut c. 1064, 2 pro *partium erat* Mediceus habet *partiuierat,* Lemovicensis corruptela aucta *parti erat.* at hic illic praestat Mediceo, ut c. 1092—1094 in eo adsunt plena et c. 1328 habet *principem* recte. adhibuit librum Pontacus a. 1604 (v. p. 375), apud quem significatur *Lod.,* nec diversus est opinor quem sub nomine Sirmondiani adlegat Duchesnius a. 1636 (v. p. 375). nam apud eum quae leguntur non inventa in Chiffletiano, nobis *C* (v. p. 366), ut sunt loci c. 1375, 20 et c. 1376, 5—11, itaque ad eum quem praeterea usurpavit Sirmondianum referenda, ex nostris habent soli libri tres Mediceus Havniensis Limogiensis, quorum duos illos Sirmondus vix adhibere potuit, potuit Limogiensem eodem tempore a Pontaco usurpatum. accedit, quod verba c. 1373, 13 *intra palatii penetralia* quae ex his et primus et tertius habent, non habet Limogiensis, absunt item a Duchesnio et propterea etiam a Labbaeo, et quod c. 1371 corruptela *Theodorici* pro *Theodoris* inventa in solo Limogiensi apud eosdem redit. — Librum nostra causa missum Parisios ibi excussit amicus P. F. Girard.

Fris. Prosperiani chronici codicis saec. VIII folia duo cohaerentia intermediis amissis et multis locis hiantia vel evanida facta reperta sunt adglutinata codici olim Frisingensi n. 21 sive Monacensi n. 6221 saec. XII, iam signata n. 29022[e]: supersunt in folio priore c. 1294, 6 editionis nostrae a verbis *quae [uti navibus nesciebat]* ad c. 1310, 2 *militum dignitate,* in folio posteriore a c. 1352, 2 verb. *fuit ob cuius reveren[tiam]* ad c. 1364, 2 verb. *cogit in bellum.* repperit ea et dixit de iis Thomas in actis academiae Monacensis minoribus a. 1869 vol. 1 p. 3 et in catalogo bibliothecae edito sub n. 6221. ipsis foliis examinatis repperi librum simillimum fuisse nostris *MY,* quamquam hic illic conspirat cum aliis, ut habet c. 1306 *damnantur* cum *HAZ.* utilitas harum reliquiarum cum nulla sit, nolui in iis immorari: permulta cum desint hiatibus intercepta, de lectione fragmenti ex silentio apparatus scito non constare.

Codicis deperditi (nobis *A*) extant apographa quinque haec:

A[r] 1. Florentinus Laurentianus S. Marci 638, nobis *A*[r]; in monasterii bibliotheca fuit '151 de 18° banco ex parte orientis' (cf. Zaccaria iter litterarium p. 53; Bethmann apud Pertzium Archiv 12, 727). ad S. Marci monasterium venit cum libris Nicolai de Nicolis; is unde traxerit, nescitur, sed sine dubio hic quoque liber ex Germania Galliave in Italiam pervenit. scriptus est in membranis saeculo XI ab eadem manu totus; amissum est folium primum unum solum (nam quaterniones quinque primi numeros habent inscriptos); deficiunt item extrema. insunt haec:

q. 1 f. 2 — q. 3 f. 4′: Augustinus de mendacio (incipit a verbis c. 4. vol. 6 p. 421 ed. Maur.: 'ut eo modo falsa fides absterreat'; subscriptum: 'explicit sancti Augustini liber de mendacio').

q. 3 f. 5 — q. 5 f. 7′: 'incipit eiusdem ad Consentium contra mendacium'. finit mutilus: 'in hoc volumine disputavimus ut vix ad eius terminum' (vol. 6 p. 474 ed. Maur.) omissis verbis extremis; paginae pars reliqua vacat; subscriptio nulla.

q. 5 f. 8 — q. 9 f. 2′: Chronica Prosperiana sine nomine auctoris: inscriptio supra p. 346 relata est, subscriptum: 'expl. croñ.'

q. 9 f. 2′—3′: 'incip. epistola sancti Quodvultdeus diaconi ad sanctum Augusti'num episcopum. domino merito honorabili et vere beatissimo — sed malim 'iam gaudere dictantem quam adhuc occupare legentem. explicit' (opp. cit. vol. 8 initio una cum sequentibus).

q. 9 f. 3′— 4′: 'Incipit senis Aug. ubi se rescripsisse difficultate inngoti *(sic)* operis 'significat. dilectissimo filio et condiacono Quodvultdeus Aug. episcopus. acceptis 'litteris caritatis tuae — fac ut noverim. expl. rescriptum sancti Augustini ad 'Quodvult deus diaconum'.

q. 9 f. 4′— 5: 'Incipit alia sancti Quodvultdeus diaconi ad sanctum Augustinum 'epistola. domino merito venerabili — importunitas mereatur. explicit epistola 'sancti Quodvultdeus diaconi ad Augustinum epistola'.

q. 9 f. 5—7: 'incipit aliud rescriptum sancti Augustini ad eundem. domino sin'ceriter dilectissimo fratri et condiacono Quodvultdeus Augustinus. cum mihi 'haec scribendi offereretur occasio per Funfalem presbyterum — hi heretici 'exorti sunt'.

q. 9 f. 7 — q. 11 f. 5: 'incipiunt nomina heresium quas posuit sanctus Augustinus'. numerantur ordine ad LXXXVIIII. finit: 'quod capiti defuisset. explicit de 'heresibus liber primo *(sic)* sancti Augustini'.

q. 11 f. 5—6: 'hec vero quae sequuntur a sancto Gennadio Masiliense presbytero 'sunt posita. XC de Praedenestianis. sunt qui dicunt — expl. de his quae a 'sancto Gennadio sunt addita'.

q. 11 f. 6—8′: 'incipit de his quae a sancto Ysidoro dicuntur. I de heresi. heresis 'grece'. finit mutilus in c. LVI de Luciferianis in verbis 'et cum ipso Lucifero'.

Minio librarius verba scripsit c. 1032 *Hieronimus nascitur* et commata omnia tam textus quam adnotationum a rubra littera incipere voluit, adnotationes praeterea omnes rubra linea circumscripsit. denique quae ad religionem Christianam pertinent, rubro distinxit: ita anni passionis in margine perscripti sunt minio et iis locis qui agunt de passione, de persecutionibus, de pontificis creatione crucem (·⁙· sive + sive ×) miniatam adpinxit. — In margine exteriore quae scripta fuerunt, resecto eo multis locis mutilata sunt.

2. Florentinus Laurentianus plut. 90 sup. n. 42, nobis A^s (Bandini cat. codd. Lat. A^s
vol. 3 p. 574) scriptus est in chartis a. 1416 Constantiae a Bartholomaeo de Montepulciano Aregazzio, sicut declarat subscriptio: 'epithome finit Augustini et Orosii eius 'discipuli: finivi die VIII Februarii M°CCCC°XVI° Constantiae. B. de Montepoliciano'. quacum iungi poterit altera adscripta ad librum Colucii Salutati de fato et fortuna eodem volumine comprehensum: 'B. de Montepoliciano ante (corr. ex 'post') decendium 'scribens finii deo gratias Con. XVI Decembris MCCC *(sic)* XIIII°'. liber descriptus accurate a Bandinio quid praeterea contineat, hoc loco enumerare non attinet. Prosperianis praescriptum est 'Augustini'; sequitur vera inscriptio supra relata.

3. Florentinus Riccardianus n. 321, nobis A^t (cf. Bethmann apud Pertzium *Archiv* A^t
12, 723) scriptus est eadem manu totus in membranis saec. XV: in protocollo adnotatio legitur haec: 'facta fuit mangna Francorum clades anno M°CCCC°LXI° die XVI Iulii

'in bellum quod contra Ianuenses gerebant. quo quidem bello quinque milia triginta 'tres gladio periere'. Prospero (f. 1—32) praescriptum est litteris rubris 'Aurelii Augu'stini in istoria' sequente inscriptione vera supra relata, subscriptum 'finis istorie eccle'siastice sancti Augustini episcopi de heresibus eiusdem. deo gratias amen'. post Prosperiana continentur volumine f. 33 Hieronymi ad Damasum et huius ad illum epistulae ficticiae, f. 33—73 vitae pontificum (incipiunt: 'beatus Petrus apostolus et princeps apostolorum 'Antiochenus', finiunt in Bonifatio III verbis: 'hic fecit episcopos per diversa loca XXI et cessavit episcopatus m. X diebus X'), f. 75—90 'Benvenuti de Rembaldis de Imola 'libellus qui dicitur Augustalis ad M. Fe.' (incipit: 'optas clarissime marchio'; finit in Vincislao: 'nunc proh dolor nihil possideat nisi modicum occidentis. sed laus deo'), cui subscriptum est: 'finit feliciter libellus ... ad illustrem Nicolaum marchionem Esten'sem kl. Ianuarii intrante novo anno millesimo CCCLXXXV'. agens de Claudio citat Tacitum: 'infortunatus in uxoribus, de quorum *[sic]* una Meselina scribit Cornelius 'Tacitus'.

A^u 4. Berolinensis Cheltenhamensium 1879, nobis A^u, olim 'collegii Parisiensis socie'tatis Iesu', deinde Meermannianus n. 784 (praeterea inscriptum est extrinsecus 'Mel'chioris sum'), descriptus a Waitzio *Neues Archiv* 4, 590, chartaceus saeculi XV. principium deest defuitque iam, cum Melchior ille ei inscripsit titulum 'historie antique 'incipientes ab Abraham'; incipit iam a c. 28 *fiunt itaque.* ultimum folium quamquam et ipsum deest, chronicon integrum mansit exiens c. 1350, 4 ut reliqua similia exemplaria in verba *fecit et prodere* subscripto vocabulo *finis.* Labbaeum supra p. 354 vidimus ad oram codicis huius variam lectionem Spirensis deperditi adscripsisse. edidit autem Prosperum a. 1657 ad hunc potissimum et Spirensem.

A^v 5. Matritensis univ. *F* 63, cui subscriptum *'Milo de Carraria scripsit apud urbem 'anno MCCCCLI'* f. 1—34 (cf. Knust *Archiv* 8, 785; Ewald *neues Archiv* 6, 306). sequuntur Damasi qui dicitur liber pontificalis aliaque. inscriptio eadem atque praecedentium, quibus hic in omni re simillimus est. collatum habui a Knustio.

Libros supra scriptos cum omnes ex eodem exemplari pendere apertum sit, ut aetate ita bonitate Marcianus reliquis longe praestat. habet adnotationes non paucas quae in aliis desiderantur; habet annos passionis, quos apparet in archetypo per singula decennia adscriptos fuisse, reliquis longe pleniores; denique quae in margine librarii repetere solent uno loco excepto (c. 1142) a Marciano libro absunt. adsunt eadem in Laurentiano forma litterarum aliquatenus distincta ab ipsius auctoris adnotationibus, scilicet perscriptae sunt hae litteris minoribus, illae iisdem quibus in textu utitur librarius et possunt duo genera vel hic aliquatenus secerni. exempli causa in hoc libro c. 203 *Plato nascitur* et in textu legitur utpote auctoris et ad marginem repetitum a librario, item ad c. 290 *Cicero Arpis nascitur* et ad c. 297 *Lucretius poeta semet interficit* quod adnotatum est, librarii esse inde efficitur, quod eadem redeunt in textu pleniora. verba in Marciano recte tradita librarii recentiores saepe male corruperunt vel breviarunt, exempli causa

c. 33: quam in Aegypto Isidem vocatam] quam in egyptum vocatam A^s

c. 36: quem Serapin vocant] quem serapin solent appellare A^s

c. 298: hoc tempore claruit Pomponius A^s

c. 336 in amicitiam eius interueniente senatu redit *om.* A^s, *retinens principium* Antonius superatus ab Augusto.

c. 1238 qui mox privatus regno Gothis cohaesit] qui mox priuatur regno gothis cessit A^u, qui mox priuatur regno gothis A^t

Nihilominus deterioribus non recte careremus. nam non solum quae in Marciano

perierunt margine reseceto. illis libris adhibitis explentur, sed habent plura in eo omissa, ut c. 40. 841. 848. 955. 1243 aliaque in adnotatione mea indicata; item multis locis illo reperiuntur emendatiora, ut

c. 416 moguntiacum A^{u}, mogontiacum A^{t}, magontiacum A^{s}, mogontiacom A^{v}, maguntia A^{r}.
c. 560 civitates A^{st} *cum reliquis libris,* urbes A^{ruv}.
c. 564 conf(o)ederandam] A^{s} *et reliqui,* confederandum A^{t}, conferendum A^{ruv}.
c. 674 ob nomen dei] A^{stuv} *cum reliquis,* ob nomen christi dei A^{r}.
c. 844 mogontiacum *reliqui,* maguntiam A^{r}.
c. 841 in Thracia] inter achaia A^{u}, inter achaiam A^{t}, in achaia A^{v}, *om.* A^{rs}.
c. 1152 quia (qui A^{tuv}) superiore anno sarmatae (samarite A^{tv}) pannonias uastauerunt (-rant *C*), idem (id est A^{tuv}) consulatum antesere (c. ant. *om. C*) A^{tuv}, *in margine omnes, et C, om.* A^{rs} *et reliqui.*

Quapropter Marciani libri variam lectionem integram rettuli. Matritensem raro adsumpsi. tres alios ita adhibui ut si quid conferrent ad archetypi communis lectionem stabiliendam id apponerem. ita quibus lectionibus *A* litteram apposui, eam scito reperiri in libro Marciano accedente plerumque uno pluribusve ex reliquis. errores proprios reliquorum suppressi, qui qualis indolis sint, exempla subiecta ostendunt:

121 ioed A^{rsv}, ioaed A^{t}, ioded A^{u}.
anani A^{rsuv}, ananias A^{t}.
141 aremulus A^{rs}, aremolus A^{t}, arimulus A^{v}, aromulus A^{u}.
176 iechonias A^{rtuv}, ichonias A^{s}.
578 alexandriam A^{rsv}, alexandrinam A^{tu}.

Libri tres recentissimi A^{tuv} interpolationem sibi propriam subierunt translatam ex A^{u} in editionem Labbaei. eo pertinent inter alia haec:

c. 1010 *verba* quae usian ... substantiae *habent* A^{rs}, *om.* A^{tuv}.
ad c. 1132 *schisma secundum* A^{tuv}, *in margine omnes.*
ad c. 1237 *adnotatur annus ab urbe condita in* A^{tuv}.
ad c. 1270 *schisma tertium* A^{tuv}, *item in margine.*

Communi litterae *A* ubi adscriptae sunt notae singulares, scilicet A^{r} A^{s} A^{t} A^{u} A^{v}, in reliquis quid sit, ex silentio apparatus ne colligas.

Archetypum commune auctoris nomine destitutum fuisse Marcianus evincit. cum in eo chronica interposita sint inter Augustini libros de mendacio et de haeresibus, id quod sine dubio ad archetypum redit, alii huius ordinis libri eorum auctorem Augustinum fecerunt, unus etiam de haeresibus librum in subscriptionem intrusit. e contrario veram chronicorum inscriptionem in hoc solo librorum ordine superesse supra p. 347 ostendi. pristinam quoque libelli ordinationem hic librorum ordo reliquis accuratius servavit. in textu sane quae reperitur capitum divisio aperte librariorum est (nam Prosper si per commata cum divisit, certe ea non ita disposuisset, ut exempli gratia c. 316. 320—322. 323—327. 329 + 333 quattuor capita efficerent, ut efficiunt in libro Marciano). at quod huius ordinis proprium est, ut ad textum maioribus litteris perscriptum (certe in A^{rs}) adnotationes adiciantur maxime in margine exteriore, item in interiore non raro, in universum omnino redit ad auctoris exemplar, quamquam multis locis apographa eum ordinem male perturbatum repraesentant. hoc quoque non a librariis proficisci videtur, quod adnotationes in priore parte abundant, rarescunt in annalibus aetatis imperatoriae. quo proprie singulae pertineant, saepe in dubio positum est, cum praesertim ab ipso Prospero spatii vacantis forte vel non vacantis rationem habitam esse consentaneum sit. in loco earum constituendo unius libri Mar-

ciani ratio habita est ita, ut quo fere loco singulas adnotationes margo eius exhibeat, indicaretur numero cum littera *A* in textum relato; exempli causa adnotatio c. 20 in Marciano libro incipit iuxta versum textus *Heber vero .... Phalech autem* et sic deinceps.

Paris. 4871 Parisinus Lat. 4871 saec. XI post excerpta ex libro generationis (vide supra p. 81) f. 106 seq. Prosperi integri principium habet inscriptum ita ut supra p. 346 relatum est. finit c. 516 in verbis *therme traiane et timene* [sic] *senatus.* contuli maiore ex parte neque tamen nisi raro in apparatu libri mentionem feci, cum multa omittat, reliqua fere corrumpat. pertinere eum ad familiam eandem, cuius fuit codex *A*, ostendunt praeter inscriptionem quae adlegavi ad c. 361. 381. 388. 426. 458, neque tamen descriptus est ex ipso *A*, cum c. 381 habeat non *minus,* sed *minor.* Cletus c. 498 factus est Anacletus interpolatione huic libro propria.

H Havniensis codex n. 454 saec. XII, de quo supra p. 266 diximus in chronicis Italicis, ex Prosperi parte antehieronymiana pauca inseruit Hieronymianis ea quae loco citato indicavimus, deinde propria Prosperi exhibet ad a. usque 455 insertis quibusdam alienis desumptis ex chronicis Italicis potissimum, quae ut supra composuimus, ita hic in apparatu quoque indicantur. recensiones Prosperi qui hunc librum scripsit duas usurpavit contaminavitque. scilicet multis locis cum familia ea convenit, ad quam pertinent libri plerique, proxime inter eos accedens ad libros A^{tuv}, quibuscum communem habet interpolationem c. 1230: *ab urbe condita MCLXII;* e contrario alia communia habet cum *MY.* de contaminatione hac duarum Prosperi recensionum plenius infra (p. 375 seq.) actum est.

O Escurialensis R II 18 olim Ovetensis, scriptus saec. VII litteris uncialibus, partibus quibusdam deperditis expletus saec. fortasse VIII diligenter descriptus est a Paulo Ewald (*neues Archiv* 6, 275) et Gustavo Loewe (Hartel bibl. patr. Lat. Hisp. 1, 132 seq.). ex Prosperi chronicis integris librarius describere voluit tantummodo partem a Prospero ad Hieronymiana adiectam, sed errore coepit a fine Eusebii, leguntur que ita post itinerarium Antonini, quod finit f. 46′, chronica Prosperi inde a c. 1022 incipientia praescriptione nulla addita verbis his: *igitur Iheronimi prsr succedit auctoritas.* mox errore intellecto librarius f. 47′ post c. 1048 *ex Cesaribus Agusti appellantur* ab Hieronymianis describendis destitit spatio vacuo relicto, in quo postea manus saec. VIII scripsit excerpta quaedam ex etymologiis Isidori. omissis igitur sequentibus c. 1049—1178 a Prospero ex Hieronymo excerptis rediens ad Prosperum f. 48′—55 scripsit partem extremam chronicorum inde a c. 1179 *Arcadius Theudosi filius* ad finem auctarii eius quod dedimus in app. II, neque praescriptione neque subscriptione ullo loco apposita. subiuncta sunt Prosperianis in spatio, quod librarius primus vacuum reliquit, postea perscripta excerpta ex Isidori historia Gothorum, de quibus suo loco dicetur. librarius commata passim separavit spatiis vacuis relictis, adnotationes in margine exhibuit. librum omnium Prosperianorum antiquissimum nostra causa olim descripsit Aemilius Huebner, contulit apographum cum codice Paulus Ewald.

R Reichenaviensis sive Augiae codex hodie deperditus, ibi ubi ex apographorum consensu de lectione constat, nobis dictus *R*, in indice eius bibliothecae a Reginberto († a. 846) ante a. 842 confecto (Neugart episc. Constant. p. 548; inde G. Becker catalogi bibl. ant. p. 20; ipsum frustra quaesivi) enarratur sic: *in tertio libro habentur (1) chronica Eusebii Caesariensis episcopi et Hieronymi presbyteri et (2) Prosperi et (3) chronica Cassiodori Senatoris et (4) chronica Iordanis episcopi et (5) chronica Melliti et (6) chronica Bedae presbyteri et (7) chronica excerpta Isidori episcopi et (8) chronica brevia.* finiunt hic libri historici, sequitur pars altera chronologica: *deinde (10) notarum [rotarum* scr.*] Plinii Secundi lib. I et (11) notarum [rotarum* scr.*] Isidori episcopi lib. I et (12) notarum [rotarum* scr.*] de naturis rerum Bedae presbyteri liber [*excidisse videntur talia *et (13) de ratione computi*

eiusdem Bedae presbyteri et (16) computus] excerptus ex diversis lib. I et (18) epistolae Victoris et (19) Dionysii de ratione cycli paschalis et (21) de cyclis decennovalibus cycli XXVIII et (22) versus diversi de septem diebus et mensibus et XII signis vocabulis et (23) martyrologium per anni circulum et in antea de diversis numeris et figuris. in eadem bibliotheca codex fuit adhuc incipiente saec. XI, nam excerpta Cassiodorana quae compilator Alamannus saeculi ut videtur XI incipientis annalibus suis [1] inseruit, ex volumine Augiensi eum traxisse verisimile est et habuit item haec Prosperiana (v. c. 1182). codicem saec. XVI delatum esse Vindobonam ad Cuspinianum historiographum imperii Austriaci († 1529) colligitur ex iis, quae hic posuit ad finem commentariorum de consulibus Romanorum (Basileae 1553 fol.): *unicum habui Cassiodori exemplum quod meus Stabius* (professor matheseos Vindobonensis et historiographus imperii Austriaci ante Cuspinianum † 1522) *mihi attulit:* nam Cassiodori chronica cum per hunc solum codicem ad nos pervenerint, Cuspinianum autem constet codice eorum meliore usum esse quam qui extant ex hoc descripti, archetypum usurparit necesse est. post Cuspinianum non commemoratur. — Prosperi chronica, ut hoc libro continebantur, hodie nota sub nomine Prosperi Augustani, carebant parte Hieronymiana, perveniebant autem consularia continuo ordine ad a. 457 sequente indice regum Wandalorum ad finem regni eorum. exposuimus ad auctarium secundum consularium illorum partem Prosperianam finire in a. 445, reliqua ab eo auctore aliena esse. proficisci hanc Prosperi recensionem ex Africa, Carthagine opinor, appendix declarat. — Ad Prosperi hoc exemplar cum excerpta Cuspiniana neglegenter facta non perveniant, standum est in eo Augiensis libri apographis duobus quae sequuntur.

Mogontiacensis olim, iam Parisinus Lat. n. 4860 scriptus est excepto quat. XIII *Rp* postea inserto ab eodem librario totus inter a. 939 et 954 [2]) iussu Friderici archiepiscopi Mogontiacensis (937—954), cuius creationis librarius ille ad a. 937 mentionem fecit, obitum autem successor Guilelmus cum aliis notitiis ad a. 954 sua manu adnotavit (MG. SS. 1 p. 69 cf. 2 p. 238). in ipso libro adnotatum est f. 1′: *pertinet eccle S. Stephani in Maguntia* (de qua adnotatione ex parte erasa admonuit me olim Jaffé), item f. 85: *nota quod his temporibus reliquie prothomartiris Stephani sunt invente,* item ad a. 1480 relatio de ludis Mogontiaci factis (edita ed MG. SS. 2, 247). adhibuisse hunc codicem chronicorum scriptores Mogontiacenses Marianum Scotum c. a. 1080, scriptorem annalium Disibodenbergensium c. a. 1147 infra exponitur in praefatione ad chronica Cassiodori; item Iohannes Cochleus in dedicatione, quam editioni eorum chronicorum praemisit data III id. Nov. 1528 Mogontiaci, ait codicem reperisse se *hic in bibliotheca divi Stephani.* Mogontiaco codex venit Parisios ad Colbertum, cuius bibliothecae numerus 240 ei inscriptus est, et cum reliquis Colbertinis in publicam Parisinam bibliothecam. — Corpus historiae rerum gestarum (1—8) ad auctorum aetatem recte ordinatum et historiae naturalis et computatorium (10—23), quarum duarum partium separatio et ex forma

1) Epitomen Sangallensem vel, ut iam nuncupatur, chronicon Suebicum universale (SS. 13, 61 seq.) et chronicon id quod composuit Herimannus Contractus mortuus a. 1054 (SS. 5, 67 seq.) Henricus Bresslau demonstravit redire ad compilationem ampliorem hodie deperditam, sed in iisdem partibus tempore non multum remotiore factam adhibito aut ipso eo de quo agimus codice Augiensi aut gemello aliquo monasterii alicuius vicini. addo chronicorum Cassiodori ex scriptoribus medii aevi copiam fuisse soli auctori compilationis illius, ea autem non solum reperiri apud Hermannum Contractum, sed etiam in epitome Sangallensi: exempli causa legitur in editione Sichardiana (nam Bresslaviana hanc partem omisit) ad a. 480: *Odoacer in Dalmatiis Odiciam vicit et peremit* fere ut apud Hermannum. omnino quotquot auctores videmus apud Hermannum usurpatos esse iidem adsunt item apud Sangallensem. 2) Nihilominus librarius aliquoties usus est *a* aperta et simili *u* litterae, ut in vocabulis *BalAeus,* quod redit bis, et *Araethus,* imitans archetypum codicem Augiensem. etiam Cassiodori codex Reginensis descriptus ex eodem libro Augiensi mendis suis, ut est *daillius* pro Duillio, similem archetypi scripturam prodit.

indicis Reginbertiani supra relata et inde colligitur, quod quaternio XII prioris partis extremus in Parisino libro quattuor tantum foliis constat, compositum aliquando moderante opinor ipso Reginberto Augiae, cum repraesententur hoc apographo, quae eo volumine comprehendantur iam enarrabimus.

1 (q. I foll. 7; II. III. IV foll. octonorum; V foll. 9; VI foll. 6 prima, hodie f. 1—46′) chronica Hieronymi titulo neque ante praefationes neque post eas perscripto, spatiis tamen ad eum recipiendum vacuis relictis.

2 (q. VI foll. 7. 8. q. VII f. 1, hodie f. 47—49^{a}; quaternionis eius f. 2. 3^{r}, hodie f. 49′. 50^{r} vacant) *incipit ex chronicis Tyronis Prosperi chronicorum Eusebii temporibus praetermissis.*

3 (q. VII f. 3—10. q. VIII f. 1. 2^{r}, hodie f. 50′—59^{r}) chronica Cassiodori, de quibus dicetur loco suo.

4 (q. VIII f. 2′—8. q. IX f. 8, hodie f. 59′. 60—63. 63^{b}. 64—72) Iordanis Romana (v. ed. meam p. LIII) cum carmine quod casu ei adhaesit Honorii scholastici (l. c. p. XLVI; Riese anthol. Lat. n. 666).

5 (q. X f. 1′—5^{r}, hodie f. 73′—77^{r}) chronica Isidori sub nomine Melliti, de quibus item infra agetur suo loco.

6 (q. X f. 5′—8. q. XI foll. 6. q. XII f. 1. 2, hodie f. 77′—88^{r}) chronica Bedae maiora item infra tractanda.

7 (q. XII f. 2′. 3′, hodie f. 88^{r}. 89′) *chronica de sex aetatibus mundi* applicata Isidori chronicis minoribus et propterea in catalogo Reginbertiano ei adscripta; perveniunt ad obitum Ludovici Pii a. 840.

8 (q. XII f. 4, hodie f. 90) simile breviarium inscriptum *item series brevis de sex aetatibus mundi.* finit item in obitu Ludovici Pii a. 840. ad haec quoque suo loco redibitur.

[9 (q. XIII foll. 4 postea insertus, hodie f. 91^{a}. 91^{b}. 92. 93^{a}) annales scripti in monasterio S. Albani prope Mogontiacum editi sub titulo annalium Wirzeburgensium MG. SS. 2, 238 seq.; perveniunt ad a. 1101.]

10 (q. XIV f. 1—6, hodie f. 93^{b}′—98^{r}) *capitula libri Plinii,* excerpta ex naturae historiae l. II. III. IV. VI (cf. Detlefsen in praef. vol. 1 p. 5).

11 (q. XIV f. 6. 7. 8. XV f. 1—7, hodie f. 98^{r}—107^{r}) *liber rotarum sancti Isidori episcopi,* scilicet de natura rerum. accedunt versus *de zonis caeli* incipientes *idcirco terris,* finientes *elabitur anguis* (Vergilius georg. 1, 231—244) et notum carmen Sisebuti *quomodo terminatur terra oceano* (Riese anthol. Lat. n. 483; Baehrens poetae Lat. min. vol. 5 p. 357).

12 (q. XV f. 8. XVI f. 1—3, hodie f. 108^{r}—111′) *liber Bedae presbyteri de natura rerum.*

13 (q. XVI f. 4—10. XVII f. 1^{r}, hodie f. 112^{r}—119^{r}) *libellus Bedae presbyteri de ratione compoti cum interrogationibus et responsionibus.*

14 (q. XVII f. 1′—8. q. XVIII foll. 8. q. XIX f. 1′, hodie f. 119′—135′) *Hrabani abbatis de computo.* commentarius scriptus c. a. 820 in archetypo Augiensi non adfuit; ipse Rhabanus abbas factus est post a. 820, desiit esse a. 847.

15 (q. XIX f. 1′. 2. 3^{r}, hodie f. 135′. 136. 137) *de concordia mensium* (fasti menstrui) — *anni ab Adam iuxta Hieronimum ex auctoritate Hebraica* et *anni ab Adam iuxta LXX interpretum auctoritatem* deducta computatione utraque item ut supra ad a. 840, qui secundum computum priorem anno mundi aequatur IIIIDCCXCII — *de aetatibus animantium.*

16 (q. XIX f. 3′—8. XX f. 1. 2. 3^{r}, hodie f. 137′—145^{r}) *computus ex diversis excerptus.* vere inveniuntur computationes relatae ad annos diversos: ita f. 138

argumentum, qualiter anni ab incarnatione domini nostri Iesu Christi inveniantur scriptum sit necesse est inter a. 778 et 792. in alio quod statim sequitur legitur: *anni ab incarnatione domini anno praesenti sunt DCCXCIII.* item f. 139′ *anno praesenti dominicae incarnationis DCCCXXVIII.* item f. 142′ in *argumento ad annum mundi inveniendum* haec leguntur: *si scire cupis annos ab initio mundi, multiplica CCCXVII quindecies: fiunt IIIIDCCLV* (*IIIIDLV* cod.): *adde semper regulares IIII: adde et indictionem anni in quo computare volueris, verbi gratia praesentis secundam: fiunt simul IIIIDCCLXXI,* quo secundum computum Hebraicum antea relatum significari videtur a. 809. item f. 143: *item alia argumenta alio modo computata. si vis scire annos ab initio mundi, multiplica quindecies CCCXVIIII, fiunt $\overline{\text{IIII}}$DCCLXXXV. adde regulares IIII et indictionem anni cuius volueris, ut puta in praesenti IIdam, fiunt IIIIDCCXCI: isti sunt anni ab initio mundi.* significatur a. 839. pergitur: *si vis scire annos ab incarnatione domini quot fuerint, multiplica LIIII quindecies, fiunt DCCCX. adde regulares XII et indictionem cuius volueris anni, verbi gratia praesentis secunda est indictio, adde ad supra dictum numerum, fiunt DCCCXXIIII. isti sunt anni ab incarnatione domini.* haec igitur scripta sunt annis diversis 778/792. 793. 809. 824. 828. 839.

17 (q. XX f. 3′—6ʳ, hodie f. 145′—148ʳ) Victorii cycli paschales cum epistulis duabus praemissis et prologo.

18 (q. XX f. 6′—8′, hodie f. 148′—150′) Dionysii Exigui epistulae duae de ratione paschali.

19 (q. XX f. 8′. 9ʳ, hodie f. 150′. 151ʳ) Paschasini epistula ad papam Leonem de paschate.

20 (q. XX f. 9ʳ·ᵛ, hodie f. 151) *argumentum Aegyptiorum,* ex hoc codice editum apud Ducangium in supplemento XXIV ad chronicum paschale.

21 (q. XXI f. 1—4′, hodie f. 152—155′) cycli decennovales complectentes annos 532—1063 adscriptis adnotationibus iis quae editae sunt sub inscriptione annalium Augiensium (MG. SS. 1, 67). earum quae spectant ad a. 709. 710 cum ipsis cyclis descriptae sunt ex archetypo, adiectae reliquae ad a. usque 839 ab eodem librario post tempus, paucae posteriores a manibus diversis.

22 (q. XXI f. 5ʳ—6ʳ, hodie f. 156ʳ—157ʳ) carmina ad fastos menstruos spectantia *prima dies* (Baehrens vol. 5 p. 353 n. 6) — *primus Romanas* (Ausonius egl. 5, 2 Schenkl) — *dira patet Iani* (Baehrens vol. 1 p. 205) — *bis sena mensum* (Baehrens vol. 5 p. 352) — *primus adest aries obscuro lumine labens* (Burmann anth. 5, 40) — *respicis Aprilis aries Frixae kalendae . . . tempora pisces* (Ausonius 5, 9 Schenkl) — *hic Iani mensis sacer est* (Baehrens anth. vol. 1 p. 206) — *idcirco certis . . . . verterit ordo* (vide supra c. 11).

23 (q. XXI f. 6′—8. XXII foll. 8. XXIII foll. 2, hodie f. 157′—167. 172. 173, omissis numeris 168—171) varia spectantia ad fastos, praeterea *de unciarum* (*uentiarum* cod.) *figuris et divisionibus,* de ventis, alphabetum numerorum, numeri Graeci.

Ad Prosperum librum adhibuerunt editores operum eius Parisini a. 1711 p. 756.

Augustanus Vindelicorum n. 223 saec. XV, descriptus diligenter a Kruschio (*neues Archiv* 7, 278), antea monasterii eiusdem urbis SS. Udalrici et Afrae Benedictinorum. aut Augiensem se esse profitetur aut certe ex Augiensi descriptum praemittens indici operum quae continet verba *ex mo(na)st(erio) Augie.* post chronica Fredegariana et Reginonis haec habet: Rᵛ

1. f. 181—261 chronica Hieronymiana inscripta sic: *chronica Eusebii Hieronimi Caesariensis episcopi ad Vincencium et Galienum incipiens a tempore Abraham proten(den)s se usquae ad imperatoris Valentis interitum.*

2. f. 261—263 adhaeret sine indice laterculus consularis ab a. 378, quo Hieronymus finit, ad a. 498, qui quamquam abest a libro Parisino, vix afuit ab archetypo eius Augiensi. editur infra cum similibus laterculis.
3. f. 263—274 Prosperi pars posthieronymiana; inscriptio eadem est atque relata ex libro Parisino. ex hoc libro eam partem edidit Canisius a. 1601 in lectionum antiquarum volumine primo.

C Bruxellensis n. 5169 saec. IX antea fuit Antverpiae apud Iesuitas (signatus ibi + Ms. 12); legitur in fine: 'hic liber commodatus est R. P. Aegidio Bucherio, ab eo 'mittendus R. P. Petro Francisco Chiffletio ac deinde Antverpiam ad P. Ioannem Bol'landum remittendus.' Bucherius eius meminit de doctr. temp. (1634) p. 135. 211 citans Prosperi chronicon manuscriptum quod ipse habeat *in Rosweydi schedis repertum, sed mutilum;* etiam Miraeus (a. 1639 ad Gennadium c. 84) ait eum se vidisse inter schedas Heriberti Rosweidi. Duchesnius (v. p. 375) a. 1636 ad eum librum, quem Chiffletianum appellat, partem Prosperi posthieronymianam recensuit, adhibitis item et editionibus antea factis et codice nostro *Y*, sed hunc potissimum secutus; ita c. 1376, 4 verba corrupta in *C* non emendavit ex libro *Y*, sed suppressit. consules inde excerptos edidi ad Cassiodori chronica p. 660. codex foliorum 55 solum Prosperum continet neque umquam plura continuit; ex quaternionibus, qui novem fuerunt, deficiunt tertius (c. 309—459) et octavus (c. 1152—1326); numeros habent quinque eorum in fine adscriptos II. IIII. V. VI. VII, carent iis et primus et qui septem tantum foliorum est extremus. quaternionibus hodie amissis usus est etiamtum Bucherius citans inde adnotationes de cyclo ad a. p. Chr. 46 et 382, et cum habuerit eosdem Duchesnius et per hunc editio Labbaeana, quae hodie desiderantur c. 1166—1326 aliquatenus ita explentur. prima pagina (c. 1—9) detrita est, sed ut paucis exceptis legatur. archetypi ut videtur folio amisso desiderantur c. 1076—1091; deficiunt item ipso codice integro postrema verba c. 1376, 5—11 archetypo ibi evanido facto, unde etiam in extrema parte quaedam omissa sunt spatiis vacuis relictis. adnotationes a textu Prosperi ita distinguuntur, ut in margine indicavimus; scilicet illae aut in margine libri scriptae sunt, quod non saepe factum est, aut totae minio perscriptae (v. p. 342) sed cum potiora commata, maxime Christiani argumenti, item a miniatis vocabulis incipiant, breviuscula quaedam eorum (primum est 641 *Anthiocie quintus episcopus constituitur Heros*) item tota minio scripta sunt propter argumentum; quae facile secernenda singillatim non distinxi. a miniatis et marginalibus commatibus ut abstrahamus, ordo commatum idem fere esse invenitur quem reliqui libri sequuntur. quo autem ordine commata se excipiant, margo nostra ostendit. contuli ipse Bruxellis a. 1885 post Bethmannum.

Chronicis Gallicis Hieronymiana continuantibus, quae infra edita inveniuntur, ab a. inde 452, quo finiunt, adiecta est in libris pars extrema Prosperianorum comprehendens annos 453—455, quam ob causam appendici illi Prosperi nomen cum subscribi posset, errore praescriptum est et ita effectum, ut universa sub Prosperi vocabulo laudarentur. re considerata duae partes facile separantur, Gallica enim annos habet imperatorios, Prosper consulares eaque anni designandi differentia tres illos annos et a reliquis
D distinguit et vero auctori adiudicat. de libris infra dicetur. longe primarius est Londiniensis musei Britannici n. 16974 saec. X idem qui solus servavit chronica Marii. similem librum adhibuit Sigebertus, qui cum ipse perierit, exemplaria inde profecta parum bona omnia in Prosperianis, ubi subsidia alia multa praesto sunt, omitti potuerunt.

Isid. vr Isidori chronicorum maiorum recensio interpolata in libris plerisque attributa Augustino et Hieronymo ut suo loco postea tractabitur, ita hic monendum est consulatus Prosperianos a Gaio (c. 400) ad Vespasianum (c. 482) in eam receptos esse.

varia lectio in apparatum relata est librorum duorum Vindobonensis n. 580 (*Isid.*[v]) et Parisini n. 2321 (*Isid.*[p]).

Bruxellensis n. 1791 saec. X post Victorem Vitensem eaque, quae indicabuntur *B*
in chronicis Gallicis, ad narrationem ibi editam de imperatoribus domus Valentinianae sine inscriptione ulla adiungit chronicorum Prosperi partem posthieronymianam omissis consulum nominibus; ea incipit c. 1167 *Valente a Gothis*, finit libro mutilo c. 1342 in verbis *recipiende Cartha . . .*

Alcobaciensis deperditus, de quo dicemus ad Victorem Tonnennensem, habuit inter *Alcobaciensis*
alia Prosperum testibus Vasaeo et Pontaco. ille ex eo codice citat c. 1171 *Priscillianus episcopus de Gallatia* (ad a. 382), c. 1257 et c. 1259 *Athaulphus Gothorum rex a quodam . . . invasit* (ad a. 416), c. 1271 *secunda Aquitania* (ad a. 421), c. 1278 *Castinus* (ad a. 424), c. 1335 *secunda potestate* (ad a. 442); postea non adlegatur. Pontacus quae ex eo adfert, rettuli in apparatum (c. 1224. 1303. 1306. 1320. 1321. 1342. 1352), sed ubi ait in eo legi ad a. 403: *Eudoxia . . . columnam posita est,* dubium non est eum deceptum esse silentio Schotti: est enim comma ex Marcellino interpolatione recentissima Prosperianis inlatum. continebantur libro testibus duobus apographis, de quibus statim dicetur, Prosperi chronica posthieronymiana sub praescriptione solita *hucusque Hieronymus . . . . curavimus* nomine auctoris non enuntiato, finientia a. 445 in verbis *Valentiniano VI et Nomo consulibus,* et his subiuncta nullo intervallo appendix infra edita prima, scilicet consulatus decem a. 446—455 cum adscriptionibus et computo ad a. 455 deducto. — Ipsum librum multis locis apparet similem fuisse nostris *FP*, qui item non habent nisi partem Prospero propriam: maxime notabilis est locus de Vandalorum regno in Africa constituto c. 1321 auctus in his libris solis ita, ut archetypi communis confirmetur origo ex exemplari Africano. sed ex Alcobaciensi quae descendunt exemplaria non solum hic illic propius ad Mediceum accedunt quam libri *FP* (ut c. 1286 *emittit MZ, mittit FP*), sed habent propria cum c. 1352 tum auctarium de quo modo dixi.

Lemovicensem n. 1 supra p. 357 diximus parte priore exhibere post chronica *X*
Hieronymi f. 154—164 auctarium Prosperianum: in principio manus recens adscripsit *chronica Prosperi.* post finem Prosperianorum subscriptum est: *amen. explicit chronica Eusebii Hyeronimi presbyteri* (haec tria verba postea inducta sunt) *deo gratias amen.* usus est codice Pontacus, apud quem pars haec prior *Lo* notatur. descriptum eum esse ex Alcobaciensi veri simile est propterea quod proxime accedit ad Matritensem qui sequitur. mihi librum contulit Girard Parisinus.

Alcalensis olim, iam Matritensis univ. n. 134 saec. XIII, quo volumine quid contineatur, *Z*
plene enarrabimus in praefatione ad Victorem Tonnennensem, in ipso principio f. 1—16′ habet chronica Hieronymi cum auctario Prosperi. chronicorum Hieronymianorum, quibus praescribitur: *incipit liber chronicorum a sanctissimo Eusebio Cerasiensi* [sic] *episcopo Graeco eloquio editus et a beatissimo Iheronimo presbytero de Greco in Latinum sermonem translatus*, adsunt praefationes duae. abest exordium: ipsorum chronicorum non datur nisi epitome: *cronica ad integrum non exaramus, sed pauca ex eis tanquam flosculos prelibamus.* subiciuntur his chronica Prosperiana cum auctario sic ut modo diximus. librum totum descriptum esse ex Alcobaciensi praeter alia argumenta infra adlata etiam Prosperiana evincunt: nam quae ad ea ex Alcobaciensi citantur, redeunt fere in Matritensi. Lemovicensi Matritensis posthabendus est (v. e. c. c. 1247) nec raro hic quaedam corrupit vel etiam adiecit, ut c. 1257 verba *Gothorum rex,* c. 1259 *senioris.* — Codicem mihi contulit Ewald, locos quosdam dubios recognovit J. Bernays.

Leidensis Scaligeri n. 14 saec IX, nobis *F*, aliquando Marquardi Freheri (ad- *F*
notatum repperi inter alia in pagina extrema haec: *civitate Perigorensis Stephani sci*

eps Rodulfus. Petrus Pereg.). post chronica Hieronymi cum exordio (cuius hiatum p. 11. 31 — 16. 19 Schoen. hic liber et Lemovicensis supra p. 358 soli explent) habet f. 176—186 quae ad illa Prosper adiecit praescripto eius lemmate: *hucusque Hieronymus . . . nos quae consecuta sint adicere curavimus,* finientia in a. 445 verbis *Valentiniano VI et Nomo conss.* sequuntur f. 187 recapitulatio a fine Hieronymi in hunc locum translata (v. c. 1318) et f. 187′—190 carmen, ex quo colligitur archetypum huius librum scriptum esse sub Anastasio a Bonifatio quodam in usum Marciani et Domitiani filiorum Marini praefecti praetorio (cf. Schoene ad Euseb. praef. vol. 2 p. XI). Prosperi nomen in volumine non enuntiatur. — Similem librum ad chronica edita a. 519 adhibuit Cassiodorus: nam non solum quae ex Hieronymo excerpsit, in eum solum librum suo loco videbimus quadrare neque eum usum esse parte Prosperi Hieronymiana, sed ipsa excerpta Cassiodori Prosperiana in hunc librum potissimum conveniunt. ita Theodosio II, cuius annos Prosper c. 1283 non posuit, septem et viginti Cassiodorus cum codice *F* tribuit et c. 1280 nomina habet filiorum Placidiae quae Prosper ipse non magis videtur enuntiasse. denique computationem, quae commentarium claudit, Cassiodorum videbimus applicasse ad supra adlegatam libri Freheriani. sed aliis locis (c. 1286. 1321) exemplar Prosperi Cassiodoranum immune fuit ab interpolationibus historicis in codicem illum receptis, et pervenit omnino Prosperi exemplar Cassiodoranum ad a. 455, sicut ipse significat in institutionibus suis (supra p. 346). de simili Prosperi exemplart adhibito a Paulo diacono infra (p. 374) dictum est.

P Florentinus Laurentianus plut. 67 n. 15 chronicorum Hieronymi cum auctario Prosperi scriptus a Poggio a. 1408 teste subscriptione: *hunc librum scripsit Poggius Florentiae summo cum studio ac diligentia diebus XII Romano pontifice residente iterum Senis* (moratus est ibi Gregorius XII primum a Sept. 1407 ad Ian. 1408, deinde per eiusdem anni menses Sept. et Oct.) *cum sua curia. valeas qui legis.* Prospero subscriptum est: *hic finit Prosper post Hieronymum.* selegi hoc exemplar ex turba vulgarium simillimorum eiusdem fere aetatis, quibus cum nihil proficiamus, eos satis habui enumerare. ex iis eos, ad quos auctorem non citavi, ipse evolvi. iis qui habent interpolationes, quales composuimus in auctario sexto, asteriscum adposui.

Italia.

Caesenae

1 Bibliothecae Malatestianae plut. sin. XI n. 4, scriptus a. 1454 *pro illustri ac magnifico domino Malatesta Novello de Malatestis per fratrem Franciscum de Figino capellanum eiusdem.* adhibuit librum Roncallius.

Florentiae

2 Laurentianus plut. 67 n. 11 saec. XV, antea Petri de Medicis.

3 Laurentianus plut. 67 n. 13 saec. XV.

*4 Laurentianus plut. 67 n. 14 saec. XV.

5 Laurentianus plut. 67 n. 16 saec. XV.

6 Laurentianus plut. 89 inf. n. 5 scriptus Florentiae a. 1440 per Antonium Marii filium Florentinum civem et notarium. idem scripsit libros n. 9. 16. 59.

7 Laurentianus S. Crucis plut. sin. 19 n. 6 saec. XIV exeuntis. variam lectionem dant Zaccaria exc. litt. 1754 p. 229 et Bandini cat. 4, 137—144.

8 Laurentianus Faesulanus n. 58 saec. XV.

9 Laurentianus S. Marci 362 scriptus a. 1452 per eundem Antonium qui scripsit n. 6.

10 Magliabecchianus cl. 22 n. 3, antea Ant. Franc. Marmi, saec. XV.

Mediolani

11 Ambrosianus *C* 290 scriptus a. 1463 per Gerardum Cerasium Florentinum.

12 Ambrosianus *C* 291 scriptus a. 1422 per Rogerium Cataldum plebanum.

Neapoli

13 VI. D. 11 saec. XV. antea A. Iani Parrhasii.

Romae

*14 Vaticanus n. 241 saec. XV.

15 Vaticanus n. 242 saec. XV.

16 Vaticanus n. 243 scriptus Florentiae a. 1435 per eundem Antonium qui scripsit n. 6.

*17 Vaticanus n. 244 'Iulianus de Vitotio pro se festinanter scripsit' a. 1467.

18 Vaticanus n. 245 scriptus a. 1441.

19 Vaticanus n. 246 saec. XV.

20 Vaticanus n. 5952 saec. XV.

21 Vaticanus Palatinus n. 817 saec. XV.

22 Vaticanus Palatinus n. 818 saec. XV.

23 Vaticanus Palatinus n. 821 saec. XV.

24 Vaticanus Palatinus n. 867 saec. XV.

25 Vaticanus Urbinas n. 382 (antea 606) saec. XV.

26 Vaticanus Urbinas n. 421 saec. XV.

27 Vaticanus reginae n. 2034 saec. XV. post Prosperum sequitur *cronica Eusebii Cesariensis Pamphilii martiris contubernalis. capitulum primum de prima aetate. in principio temporis* cet. finit: *ad cuiusdam villule casam deportatus est quibus persequentibus accensus in domo communi sepultura caruit. Hieronymi presbyteri. Gothi dicuntur Suevi ubi sunt est Holandia et Selandia insulae. Vandali sunt omnino destructi, sed pars remansit circa Vandalum fluvium in Polonia. Huni in Pannonia residerunt, quae ab his nunc Hungaria dicitur. Halani in Hispaniae montanis qui Vascoli nunc narrati sunt. hucusque Hieronymus presbyter sui temporis digessit historiam.*

28 Vaticanus Ottobonianus n. 473 saec. XV.

29 Vaticanus Ottobonianus n. 604 saec. XV.

*30 Vaticanus Ottobonianus n. 643 saec. XV.

*31 Vaticanus Ottobonianus n. 743 saec. XV.

*32 Vaticanus Ottobonianus n. 749 saec. XV.

33 Romae apud Torquatum Rossi, saec. XV. antea *card. Firmani* et *coll. Capranic.* vidit Bethmann (*Archiv* 12, 411 et in schedis).

34 Romae apud capitulum S. Petri saec. XV. vidit Bethmann (*Archiv* 12, 408).

Siena

35 Bibl. publ. K. IV. 13 scriptus Romae a. 1474 per A. Campanum.

Venetiis

*36 Marcianus cl. IX n. 1, scriptus Patavii a. 1460, antea Dominicanorum S. Iohannis et Pauli.

37 Marcianus cl. IX n. 76, scriptus a. 1468, antea Morellii n. 258.

*38 Marcianus Zanettianus n. 348, antea Bessarionis.

Veronae

39 Bibl. capit. n. 26 scriptus a. 1449.

Gallia.

Parisiis

40 Lat. 4865 scriptus a. 1472 a Petro Cennino Bernardi insignis aurificis filio.

41 Lat. 4868 saec. XV.

42 Lat. 4869 saec. XV.

Rheims

43 K 759 (757) saec. XII (?) exeuntis elegantissime scriptus. numerantur anni mundi: finit *LXVII Valentiniano VI et Nono consulibus* $\overline{V}$*DCLXV.* ego

librum non vidi, videtur esse is quem adhibuit servatum eo tempore Parisiis apud Nicolaum Fabrum Pontacus (praef. p. 27), laudans elegantiam eius et annos addens ibi numerari ab orbe condito.

Hollandia.

44 Leidensis publicus n. 97 *B* saec. XV.

Hispania.

45 Escurialensis & II 3 scriptus Florentiae a. 1459. examinavit Ewald.

46 Matritensis univ., antea Alcalensis E. 2. 7 scriptus a. 1423 (Knust *Archiv* 8, 808). examinavit Ewald.

47 Valladolid n. 64 saec. XV. descriptum habui a P. Heine integrum, partem item a Knustio.

Britannia.

Londini

*48 reg. 14 C III saec. XV.

*49 Harleianus 3957 saec. XV.

50 Harleianus 3962 saec. XV.

51 add. 6923 Prosperi chronica ex variis codd. calamo exaratis recensita ab Ioh. Hindley.

52 add. 12016 saec. XV.

Oxonii

53 Bodleianus Canonicianus script. eccl. n. 98 saec. XV.

54 Bodleianus Canonicianus script. eccl. n. 193 saec. XV.

55 collegii Magdalenei n. 184 saec. XV.

Germania. Austria. Helvetia.

56 Genevensis n. 49 saec. XV.

57 Monacensis 12361 (Reitenbach 161) s. XV/XVI. deficiunt extrema.

58 Sangallensis Bibliothecae civium Vadianae; inscriptum est: *liber emendatus Ghuiglielmini Francisci Tanaglia civis Florentini quem ipse mea manu scripsi precepto Hieronymi servato IIII k. Octobris MCCCCX.*

59 Vindobonensis n. 344, antea Hohendorfianus, scriptus a. 1437 per eundem Antonium qui scripsit n. 6.

60 Vindobonensis n. 3400, antea universitatis n. 164, saec. XV. Prosper hic adest epitomatus.

61 Guelferbytanus Gudianus n. 18 scriptus Papiae a. 1461 per Wilhelmum Saxonem presbyterum.

62 Guelferbytanus Gudianus n. 152 saec. XV.

63 Guelferbytanus nov. 404, 2 folium unum singulare, pertinens ad a. 427—437.

Subieci indicem librorum quorum notitia certa mihi non suppetit, maxima certe ex parte iis quos modo enumeravi accensendorum. similia multa addi potuerunt, sed cum eiusmodi recensus parum iuvet, substiti in paratis.

San Daniele n. 10, post Hieronymum, scriptus a. 1452 (Bethmann *Archiv* 12,675 et schedae eius).

Parmae in bibliotheca ducali, post Hieronymum, saec. XV, adhibitus a Vallarsio et visus Bethmanno (*Archiv* 12,689).

Patavii in S. Antonii, post Hieronymum, saec. XV (Bethmann *Archiv* 12,665).

Ibidem in S. Iohannis in Virdiario, post Hieronymum (Tomasini bibl. ms. Patav. p. 15).

Veronae apud Saibantios sic descriptus apud Scipionem Maffeium *indice de' libri di Gius. Saibanti* (Veronae 1734. 8): 'chronicon ut creditur Prosperi cui titulus: epitoma 'quod est chronicon omnimodae historiae continens ab exordio mundi per suc-

'cessiones nomina regum gentium multarum seu consulum diversarum provinciarum. 'producitur usque ad Valentinianum iuniorem et Leonem I papam: membr. qu. 'XI saec.' Bibliotheca ea publice veniit Mediolani a. 1843.

Valenciae Hispaniae n. 112, post Hieronymum (Knust *Archiv* 8, 822).

Oxoniensis collegii omnium animarum n. 47, post Hieronymum (Coxe cat. 2 p. 15).

Ex horum librorum aliquo expressa est editio princeps Prosperi posthieronymiani curata c. a. 1475 Mediolani a Bonino Mombritio (s. l. et a.; Hain n. 6716) cum Hieronymo et Palmerio. ad eam fere redeunt errores a codicibus meis omnibus alieni, quales adnotavi ad c. 1202. 1247, 7.

Cod. Montpellierensis n. 306 saec. IX inter alia (v. *catal. des mss. des dép.* vol. 1 a. 1849 p. 3) habet fragmentum paucorum versuum incipiens: *Ex chronica Prosperi. Interea Arriani iam non occulte ut antea, sed palam et publice,* finiens *id est dissimilem substantiam confirmant.* at haec non Prosperi sunt, sed Sulpicii Severi chron. 2, 40[1]).

Restat ut agamus de Prosperianorum chronicorum epitomatoribus et compilatoribus. et epitomarum libri memorandi sunt duo Vaticanus et Matritensis.

Vaticanus Reginae n. 2077 in membranis deleticiis, quae olim continebant Ciceronis V orationes Verrinas, rescriptus est saec. VI extremo septimove incunte litteris uncialibus, sed quae passim spatio deficiente ad cursivam formam declinent (specimen dederunt Zangemeister et Wattenbach exempla codd. Lat. tab. 4). in f. 1 ima pagina priore legitur teste Bethmanno † OPFIOVC manu antiquissima. quaterniones tredecim numero sunt; primi duodecim sunt numerati. saec. XVI videtur extitisse Romae apud Achillem Maffeium: nam ipsum eum, ut contra Rossium inscr. chr. I p. LXV recte statuit Krusch *Studien* p. 79, intellegit sine dubio Panvinius in praefatione fastorum: 'apud me est 'fastorum consularium sine nomine auctor, qui a consulatu Constantii Augusti VIII et 'Galli Caes. III opus aggressus[2]) illud per consulum collegia ad XII usque imp. Iustini 'iunioris Augusti postconsulatus annum concinnavit atque singulis annis addidit diem 'paschatis celebrandum. porro autem ipsum Romae inveni in bibliotheca Achillis 'Maffei Romani civis . . . is mira vetustate venerabilis erat maiusculis litteris in membranis ante mille annos descriptus'. item in praefatione appendicis commentariorum in fastos eos: 'aliud etiam habui incerti auctoris chronici exemplum, quod a primo Con'stantini anno[2]) inchoatum usque ad Tiberii Mauricii Augusti imperium per annuos con'sules deductum est. liber litteris quas maiusculas vocant in membranis venerandae 'vetustatis scriptus est Romae: cuius mihi copiam fecit Achilles Maffeus antiquitatis 'omnis peritissimus. quem in antiqua et vetustorum codicum refertissima avita biblio'theca invenit, quam a maioribus inchoatam vir optimus idemque doctissimus Bernar'dinus cardinalis mirum in modum locupletaverat. quem tamen hic suggerere nolui, 'tum quod carptim et concise non continuata serie historiam scribat, tum quod eum 'integrum commentario secundi tertiique fastorum libri incluserim'. item in commentariis p. 409 ad a. 354 Constantio VII et Gallo III cos.: 'ab hoc anno antiquissimus . . . 'Maffeiorum codex, cuius index est *ratio* vel *computus paschae,* initium habet, qui ad 'imperium Heraclii Augusti et annum Christi DCX pertinet'. eadem repetit ad a. 379 p. 415, hic contendens fastos eos perductos esse ad Mauricii imp. consulatum, et p. 427 ad a. 566, quem ait signari p. c. Basilii XXV in libro antiquo Maffeiorum et p. 428

1) Varia lectio loci, quem descriptum accepi a Girardo nostro, collati cum editione Halmii haec est: *non*] *iam non* — *ac*] *et* — *haeresis*] *conceptae heresis* — ὁμοούσιον — ὁμοιούσιον — *ut* om. — *sed* om. — *ex his*] *etiam* — ἀνομοιούσιον. 2) Scilicet primus annus in codicem relatus est p. Chr. 354 sic scriptus: *Const. VII et Const. IIII.*

ad a. 580. 584. 592, ubi inde citat consulatus Tiberii Mauricii Phocae. in his relationibus quamquam hic illic erratum est, dubium non est Maffeianum codicem esse ipsum hodie Vaticanum. — Post Maffeium volumen testibus sigillis ei impressis 'bibliotheca S. Andrae Romae' et 'S. Andreae Romae' delatum est in monasterium S. Andreae *della Valle*, ex quo ad reginam Christinam pervenit et cum reginae libris in Vaticanam. liber secunda scriptione quae continet, haec sunt:

1. f. 1—78ʳ Hieronymi et Gennadii commentarii de viris illustribus (cf. Reifferscheid bibl. patr. Lat. 1 p. 366).
2. f. 78ʳ·ᵛ· Tractatus de Henoch et Elia. eum fortasse ineditum in auctarium quartum recepi.
3. f. 79ʳ—81ʳ *Ratio paschae,* scilicet cyclus paschalis a. LXXXIV adscriptis consulatibus a. 354—437 infra editus inter additamenta ad Victorium Aquitanum. remittitur in fine ad laterculum alium incipientem a Felice et Tauro cos. p. Chr. 428: is in codice deficit hodie in fine mutilo.
4. f. 81′—96′ epitome chronicorum Prosperianorum: praescribitur: *in nomine domini inc. cronica,* deinde f. 93′ parti Hieronymianae subscribitur: *huc usque Hieronimus, exhinc Prosper consecuta subiunxit.* partis ab Hieronymo pendentis epitome brevissima est et in aetate imperatoria consulatibus plerisque omissis redigitur fere ad indicem Augustorum: proprie Prosperiana etsi item ad compendium redacta sunt, consules in his locum suum tenuerunt. continuo ordine perveniunt consularia ad a. 466; subscriptio nulla neque ubi Prosper finit neque in fine laterculi. epitomae in hoc solo libro servatae variam lectionem dedit Mansius in annalium Baronii apparatu (Lucae 1740) f. 223—228; Roncallius in chronicis vol. 1 (1787) p. 705—720 partem posthieronymianam edidit. nos epitomen descriptam ex libro passim evanido et incredibiliter corruptam apparatui inseruimus integram, ut pro re modo ad formam variae lectionis redigeretur, modo singulis capitibus in ipso variae lectionis principio subnotaretur. additamenta in textum inserta composuimus infra in auctario quarto ibidemque continuationi a. 455—466 locum dedimus. — Capita 789—879, quatenus adsunt in epitome, repraesentantur tabula supra citata Zangemeisteriana.
5. f. 96′—98 sub titulo *incip. epitoma temporum et indiculum pascae* leguntur chronica continuata ad a. 613 edita cum Victorio Aquitano sub titulo paschalis Campani.
6. f. 99 divisio diei: *nox in octo partibus dividitur: vespera, fax, concubia, intempesta, gallicinium, conticinium, crespulum, aurora.* sequitur tabula ventorum. deinde: *a quarta usque XI b(ona) est, ab XI usque XVIII cavendum. ab XVIII usque XXVII b(ona) est, a* (*X* cod.) *XXVII usque quarta item* (*id* cod.) *cavenda est.*
7. f. 99′—100′ excerpta ex Vegetii libris de re militari, de quibus rettuli in Hermae vol. 1 p. 130.
8. f. 101ʳ (101ᵛ vacat) *inc̄ nomina heresum, quarum etiam opiniones subter adnexae ab Augustino episc(opo) in hoc volumine congestae sunt. I. Simoniani.* finit *XC Eutychianistae.* (cf. Augustini vol. 8 in. ed. Vallars.) opiniones non adsunt.

Liber descriptus est ex exemplari scripto notis iis quae in libris iuris frequenter inveniuntur, extra eos fortasse alibi non deprehensae. id ut in Vegetianis l. c. ostendi, ita ad Prosperum quoque pervenire declarant mendae hae: c. 694 *egrio* pro *e contrario* — 733 *qui* pro *contra* — 755 *post autem* (P'AT) pro *pater* et similes aliae multae.

Alcalensis olim, nunc Matritensis univ. n. 134 saec. XIII praeter Prosperi exemplar, de quo supra p. 367 dictum est, f. 24′—29 continet epitomen ex chronicis Hieronymi et Prosperi, quam descriptam habui ab Ewaldo. post titulum *item incipit cronice Eusebii Iheronimi* incipit sic: *ab Adam usque ad diluvium anni IICCXLII. a diluvio*

usque ad nativitatem Abrahe an. DCCCCXLII. a nativitate Abrahe usque ad egressu Israel ex Egipto ann. DV. primus omnis Asie exceptis Indis regnavit Ninus Belli filius ann. LII. huius XIII regni anno nascitur Abraham natione Caldeus qui vixit annos CLXXV. epitome ut hic illic amplificata, ita exilis est et male facta: explicat primum Iudaica ad excidium usque Hierosolymorum sub Tito: legitur in his *Cicero poeta nascitur,* item *Herodis XXXIII anno, Octaviani vero Augusti XLII salvator omnium nostrum dei filius deus et dominus noster Iesus Christus in Bethleem Iude ex Maria virgine nascitur secundum carnem VIII kalendas Ianuar. Sabino et Rufino consulibus.* post ea epitomator praefatus: *nunc adiuvante domino per Romanorum tantummodo regum tempora usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi et deinceps temporum seriem digeremus* redit ad Ianum et Saturnum et sic pergit, citans Vergilii locum Aen. 8, 321—323 et sub Augusto de Christo nato supra relata brevius repetens et de morte Iohannis baptistae Christique haec adnotans: *passus est Iohannes baptista duobus Geminis consulibus Rufino et Rebellione. huius* (Tiberii) *etiam XVIII anno dominus noster Iesus Christus passus est die VIII kalendas Aprilis Thiberio Augusto et Solo consulibus.* sub Constantio insertum est caput de Helena petitum ex chronicis Sulpicii Severi 2, 33. 34 [1]) et Constantinus dicitur baptizatus non ab Eusebio, ut est apud Hieronymum, sed *a Silvestro episcopo.* post excerpta Hieronymiana quae finiunt sic: *Fotinus episcopus Constantinopolitanus, a quo Fortiniana heresis exorta* (a. Abr. 2392) f. 28′ sub praescriptione: *abhinc Prosper* sequuntur Prosperiana incipientia: *Gratianus post Valentis patris obitum ann. V,* finientia in c. 1304 breviato sic: *Augustinus episcopus per omnia excellentissimus doctor post Hieronymum* (*per iherosolimum* cod.) *presbyterum anno decimo agens in episcopatum annos XXXV obiit in pace V kalendas Septembres inter impetus obsidencium Wandalorum.* haec excipit breve auctarium quod edidimus inter additamenta loco tertio perveniens a Valentiniano III ad Severi imperium a. p. Chr. 462 scriptum fortasse in Italia. Prosperi igitur exemplum, cui haec adiecta fuerunt, terminavit ante a. 455, fortasse a. 433 vel 445. clausula quae epitomen finit ex parte Isidorianis accommodata est sic concepta: *fiunt ab Adam usque a. XV Tiberii Cesaris idemque etiam XV Herodis anno, in quo dominus noster Iesus Christus predicare orsus est, anni VCCLXII, id est in prima etate seculi ab Adam usque ad diluvium anni IICCXLII* (sequuntur aetates II. III. IV. V). *in sexta, que nunc agitur a nativitate domini usque ad XV Tiberii ann. XXVIII, et a XV Tiberii anno usque ad novissimam sub Vespasiano eversionem Iherosolime ann. XLII, qui faciunt in unum ann. LXX. a secundo autem Vespasiani anno, in quo Iherosolima subversa est, usque ad extremum huius operis, id est Iulii Maioriani et extremum tempus, ann. CCCLXXXII menses IIII dies II. fiunt simul ab exordio mundi usque ad extremum huius operis, ut diximus, ann. VDCLXXXII. hoc quod computatum est quantum potuit humana diligencia assequi temporum ordinem scripsit: deus enim consilium ab humano sensu absconsum est* (*absc. est* erasum). *de die autem illa* cet. fere ut Isidorus cum amplificationibus finiens ita: *que pater posuit in sua potestate. finit.*

Inter compilatores chronicorum Prosperi primum locum obtinet ***Victorius Aquitanus,*** quem supra p. 345 vidimus paschali edito a. 457, id est biennio post emissam chronicorum editionem postremam, inseruisse laterculum consularem ex iisdem depromptum. ipsum paschale cum infra edituri simus, apparatui Prosperiano pauca tantum inde inseruimus adhibitis codicibus Gothano n. 75 saec. VII, Ambrosiano H 150 inf.

1) p. 87, 18—88, 1 Halm. lectio differt in his: *Helena mater principis Constantini] helena constantini mater — filio* om. — *cum h. a. concupisset] iherosolimam proficiscens — ydola ac t. inibi reperta contriuit — mox usa regni viribus basilicas] et basilicas catholice fidei — constituit] instituit — institerant] steterant — caelum] celo — sublatus] s. est — insolens] insolentia — est* om. — *certatim] certanti — sentiat] sentit — eandem* cod. — *sui* om. — *tunc repperta dignoque ambitu consecrata est.*

saec. IX. Lugdunensi Scal. 28 scripto a. 816. cuius generis codicem Victorius adhibuerit, dictu difficile est: lectiones *Quinto* in consulatu a. 125 et *Aquilino* in consulatu a. 162 ei communes sunt cum codice nostro *C*, item numeri et ex parte nomina quoque in consulatibus a. 161. 297. 299.

Cassiodorus chronicis scriptis a. 519 quamquam consules ab a. inde 32 p. Chr. inseruit ex paschali Victorii, in parte posthieronymiana rerum gestarum notitiam sumpsit ex chronicis Prosperi, quae quamquam integra novit (v. p. 346), ad sua chronica adhibuit exemplum Hieronymi cum auctario Prosperi simili nostro *F*, sed eo emendatiore et deducto ad a. 455, ut supra p. 368 demonstravimus. ipsa cum infra habeantur edita, in apparatum ad Prosperum potiora tantum inde recepi, interpolationibus Cassiodoranis hoc loco praetermissis.

Liberatus diaconus ecclesiae Africanae aetate Iustiniana in breviario causae Nestorianorum et Eutychianorum attulit ex chronicis Prosperi sub nomine Lucentii (v. supra p. 343) c. 1296. 1297 (v. adn.).

Paulus diaconus ad historiam Romanam compilandam ut antea Hieronymiana, ita ubi ea desinunt Prosperi chronica adhibuit ad a. usque 455 plerumque verbis ipsius retentis. ubicumque discedunt duae familiae Spirensis *(MYL^s)* et reliquorum, Paulus facit cum his (v. inter alia c. 1278 *praeclarus*, non *satis clarus*. 1286. 1327), proxime accedens ex nostris ad librum *F* (c. 1288 *acceperat* ut *FAORH:* c. 1290 *achilas* corruptum ex *arc(h)ila(s) FPAOXR;* c. 1310, 7 *per* omissum ut *FPZX:* c. 1321 sic ut legitur *FPXZ*). errat Droysenus (praef. ad Eutropium p. XLV) statuens adhibitum esse a Paulo chronica Prosperi nostris integriora, quae nulla umquam fuerunt; sed quod alibi monui in Paulianis ad auctores suos revocandis summa cautela opus esse, cum et plures docte adhibere nec sine arte aliqua commiscere soleat et secutoria et coniectaria et ornativa passim de suo addat, non inutile erit exemplis quibusdam denuo stabilire.

11, 13 [1]) cum usque ad id tempus Italia Arrianae perfidiae morbo langueret,	
post Auxentii seram mortem	*Hier. 2390:* post Auxentii seram mortem.
cum Ambrosius ex pagano iudice	*Paulinus vita Ambros. 8:* (Valentinianus) summo gaudio accepit, quod iudex a se directus ad sacerdotium peteretur.
subito apud Mediolanium divino nutu episcopus a cunctis fuisset electus	*Hieronymus l. c.:* Mediolanii Ambrosio episcopo constituto.
moxque catholico baptismate tinctus	*Paulinus l. c. c. 9:* postulavit non se nisi a catholico episcopo baptizari: sollicite enim cavebat perfidiam Arrianorum.
cumque pro fide catholica	*Prosper c. 1173:* Ambrosius episcopus multa pro catholica fide sublimiter scribit.
libros Gratiano imperatori porrexisset	*Ambrosii* de spiritu sancto l. III ad Gratianum.
ac veneratione qua debuerat susceptus esset	—
universa statim ad rectam fidem Italia repedavit	*Hieronymus l. c.:* omnis ad fidem rectam Italia constituitur.
13, 3 Honorius Gallam Placidiam germanam suam	*nomen* Gallae Placidiae *ex chronicis Italicis (v. supra p. 258 n. 1).*

1 Droysenus p. XLIV ad hoc caput a Paulo indicat adhibitum esse auctorem aliquem deperditum. duorum aliorum locorum, de quibus similiter statuit, alter de Maximo et Martino sumptus est ex Sulpicii Severi vita Martini c. 20, alter de Theodosio imperatore et Ambrosio ex hist. trip. 9, 30.

Constantio suo comiti fide integerrimo et ingenti viro iam dudum promissam magno cunctorum gaudio sociavit,	*Prosper c.* 1259: (Placidiae) nuptias Constantius promeretur. *chr. Gall. ad a. 416:* Placidia soror imperatoris Constantio conubio sociatur.
ex qua Valentinianum filium Constantius genuit, qui postea rei publicae imperium gessit	*Prosper c.* 1267: Valentinianus Constantii et Placidiae filius nascitur VI non. Iulias.
hoc in tempore foedus firmissimum cum rege Gothorum Wallia Constantius pepigit tribuens ei ad habitandum Aquitaniam Galliae provinciam eiusdemque provinciae quasdam civitates vicinas	*Prosper c. 1271:* Constantius patricius pacem firmat cum Wallia data ei ad inhabitandum secunda Aquitanica et quibusdam civitatibus confinium provinciarum.
cernens itaque Honorius ubique se Constantii virtute et ingenio seu per bella seu pacis moderatione tueri,	—
eum cunctis adnitentibus apud Ravennam in regni consortium adscivit.	*Prosper c. 1273:* Constantius ab Honorio in consortium regni adsumitur.
qui necdum septem mensibus evolutis ex hac luce subtractus est.	*chr. Gall.* ad a. 420/1: Constantio dignitas imperii ab Honorio sponte delata, qua vix octo mensibus usus interit, Valentiniano octo annorum filio derelicto.

Fraudis quamquam non recte accusabitur Paulus, non abstinuit ab amplificatione temeraria: ita in narratione modo relata locum creationis de coniectura apposuit, nec magis dubium est simili ratione in narratione de Castino 13, 6 eum adiecisse extrema: *Castinus vero tanto collega ob suam intemperantiam privatus nihil dignum in Hispaniis gessit,* item mox 13, 7 in narratione de Honorii excessu locum mortis et sepulturae non ex scriptoribus a Paulo adhibitis proficisci, cum praesertim satis constet Honorium non Romae obiisse, sed Ravennae. quod Bonifatium 13, 11 scribit patricium factum esse, posuit opinor propterea quod Marcellinus ad a. 432 eum patricium dicit.

De editionibus post ea quae supra praecepta sunt, pauca sufficient.

Princeps chronicorum Prosperi editio partem posthieronymianam solam continens emissa c. a. 1475 supra p. 371 commemorata est. eandem partem auctam additamentis futtilibus iis, quae composuimus in auctario sexto, ne fallant, repetivit Erhardus Radbolt Augustanus Venetiis a. 1483. hae editiones pendent a libris nostris *FP*. Canisium deinde supra p. 366 vidimus a. 1601 edidisse Prosperi eandem partem, qualis legitur in libro *R*ᵛ. hae editiones omnes desinunt in a. 445 ibidemque finit ea quoque, quam vir diligentissimus Arnaldus Pontacus episcopus Vazatensis una cum chronicis Hieronymianis publicavit Burdigalae a. 1604 excussis libris scriptis compluribus; nam quamquam copia ei fuit nostri codicis *Y*, qui pervenit ad a. 455, extrema haec Pontacus satis habuit commemorare (p. 789). trium tamen annorum extremorum 453—455 narratio Prosperiana ad codicem nostrum *D* dudum antea prodierat cum Sigebertianis (vide supra p. 366). totum Prosperum posthieronymianum primus edidit du Chesne inter historiae Francorum scriptores vol. 1 (1636) p. 201 'multo', ut ait 'quam in vulgatis exemplaribus emendatiorem et auctiorem ex mss. 'codicibus Iacobi Sirmondi (nostro *Y*, vide p. 358) et Petri Francisci Chiffletii soc. Iesu' (nostro *C*, vide p. 366). integra chronica primus edidit Carolus Labbaeus in novae bibliothecae mss. (Parisiis 1657) vol. 1 p. 16 seq., adhibitis, ut supra diximus, praeter editiones priores codicibus duobus, Spirensi deperdito (v. p. 353) et altero hodie servato

Berolini (supra p. 360). ex Labbaei editione descriptus est codex bibliothecae Hanoveranae XII, 704 (cf. Pertz *Archiv* 1, 467. 8, 633) eandemque omissis Hieronymianis repetivit Bouquet rer. Gall. script. vol. I p. 624 sq. has editiones quinam praeterea repetierint, philologus recte relinquet bibliographis explicandum.

Postquam libros recensuimus, dicemus de eorum nexu et utilitate.

Prosperi duae recensiones ad nos pervenerunt, quarum ad alteram pertinent codices integri operis *A* et Paris. 4871, decurtati *OR*, epitomatus *V*, alteram repraesentant codices *MY* cum Spirensi (L^8) et Frisingensi, integri operis omnes. ex utraque recensione contaminati sunt reliqui integri operis *C* cum mutilis breviatisve *DHB*, decurtati *FPXZ*. ex his cum ad editionem a. 445 emissam pertineant codices *ORFPXZ*, ad editionem a. 455 *VMY* Spirensis Frisingensis (*B* cuius editionis sit, determinari nequit), apparet ad editionum diversitatem non esse revocandam eam quae inter duas recensiones intercedit: immo editiones verisimile est non tam mutatas prodiisse quam auctas subinde adiecta continuatione, illarum autem recensionum differentias non ad auctorem redire, sed ad librarios. confirmant id excerpta Cassiodori et Pauli ad codices *FPZX* proxime accedentia, sed pertinentia ad editionem a. 455. — Iam de generibus tribus in universum exponemus, quid in quo laudandum sit vel reprehendendum. comparabuntur iam recensiones duae primariae, quarum cum neutra ab altera pendeat et ubi discedunt modo haec modo illa verum servarit, alteram utram sequi licet. agemus item de libris contaminatis ex utraque et de interpolationibus in Prosperiana aliunde inlatis.

Indicem chronicis quem Prosper praescripsit supra p. 347 vidimus servatum esse in recensione priore, scilicet in libris *A*: decurtati epitomatique eo carent, recensio posterior (*M*) uno chronicorum vocabulo se continuit.

Adnotationes a textu distinguunt libri *AOMC*, sed diverse: scilicet tam *A* quam *O* eas habent in margine perscriptas litteris minutis et versuum interstitiis angustioribus, qualiter fere in ipso auctoris archetypo eas perscriptas esse probabile est. at in codice *M* in textum admissae sunt eum, ut supra p. 357 dixi, non raro interrumpentes (c. 33. 429. 430 cet.), distinctae tamen ab eo cum litteris minoribus tum versibus a capite reductis. Bruxellensis *C* etiam hoc nomine contaminatus adnotationes raro (ut c. 39) in margine collocat, plerumque eas distinguit litteris miniatis. haec duarum recensionum differentia licet ipsa parum utilis aliquantum facit ad codicum ordines recte distinguendos et operis speciem primitivam aliquatenus restituendam.

Auctoris verba recte fere tradita habemus per duas illas recensiones invicem sese corrigentes et explentes. unicum locum offendi c. 1175 in nostris libris omnibus pariter mutilum omissis verbis *miraculorum signis* quae servavit Prosperi compilator Isidorus, nisi et ipse ea restituit coniectura. plurimis locis duae familiae discedunt in verbis et ita quidem, ut plerumque *M* cum suis YL^8 praestet, *A* cum suis *ORV* deterior sit, utramque lectionem contaminati aut coniungant aut inter eas fluctuent. Hieronymum, a quo pleraque Prosper adsumpsit, ubi comparare licet, ibi plerumque illi libri propius ad eum accedunt (c. 64. 67. 149. 440 cet.); sed aliis locis contrarium evenit (c. 114. 115. 178). retractationis vestigia cum alii loci ostendunt:

c. 179 *Massilia condita* ante (Troiae) captivitatis annum VI *secundum M*, anno XXI regni Tarquinii Prisci *secundum AV: C eandem adnotationem bis habet, ante c. 180 ut M, ante c. 182 ut A: computatio utraque deducta ex Hieronymo.*

c. 1266 concilio ... CCXIIII episcoporum *MYL^8 cum HBZXFP*, concilio ... ducentorum amplius episcoporum *AOR*.

tum maxime in haeresibus modo *M* (ut c. 689), modo et frequentius *A* (ut c. 634. 635. 636. 686) ad verbum fere convenit cum Augustino, quem Prosper expilavit. melioris ordinis archetypum in his a breviando non abstinuisse et alii loci ostendunt et maxime c. 1010 de Arrianis. aliquando adeo utraque familia ab Augustino ita discedit diverse, ut appareat utrumque archetypum perpessum esse diasceuastae retractationem.

Augustinus c. 35:	*Prosper c. 691 M:*	*Prosper c. 691 A:*
Bardesanistae a quodam Bardesane, qui in doctrina Christi prius extitisse perhibetur insignis, sed postea quamvis non per omnia in Valentini haeresim lapsus est.	Bardesanes, a quo Bardesanitae, cum aliquando in fide Christi probabilis fuerit, postea in Valentini transivit errores, quamvis non omnia ipsius sit secutus.	Bardesanes quoque alterius auctor erroris eodem tempore innotuit, in Valentini haeresim ex parte prolapsus.
Augutinus c. 69:	*Prosper c. 1026 MY:*	*Prosper c. 1026 AO:*
Donatistae . . . in haeresim schisma verterunt	in schisma divisi sunt	schisma fecerunt .... in haeresim transierunt

Mendae communes prioris familiae libris omnibus, ut c. 342 *reputavit* pro *recusavit*, raro offenduntur: passim e contrario in secunda familia tales deprehendimus, quarum quasdam apposuimus, maxime ut nexus qui intercedit inter libros *AOR*[1]) *V*[2]) et contaminatio librorum *C*[3])*DFPXZHB* ita patefiat. plerisque locis cum lectionem *M* veram esse pateat, ibi quoque, ubi per se utraque lectio admitti posset, cognita alterius familiae praestantia utra reicienda sit dubitari non potest.

226	Samnitas ML^sC *Hier.*	Sarmatas *AV*	
243	votiva ML^s *Hier.*	vetita *A*	votiva uetita *C*
336	interveniente senatu ML^s *Hier.*	interveniente senatus A^{tu}, interventu senatus A^rV	
688. 689	Titianus *M*	Tatianus *AV*	*utrumque C*
690. 691	Bardesanes . . . secutus *M*	Bardesanes ... prolapsus *A*	*utrumque C*
1034	episcopus ecclesiam tenuit Marcus *MY*	ordinatur episcopus Marcus *AO*	ordinatur episcopus Marcus qui ecclesiam tenuit *C*
1149	quae filium patris non consubstantialem dicit esse, sed similem MYL^s	cuius error est dissimilem adserere patri filium et filio spiritum sanctum *AH*	*utrumque C*
1220	maxima pars *MYHB ZXFP*	maxima parte *AOR*	
1261	Afrorum industria ac maxime Augustini episcopi scientia MYL^s	Afrorum vigore ac maxime Augustini episcopi scientia *ZXFP et sic, sed* industria *pro* scientia *AOR*	Afrorum vigore ac m. A. e. industria et scientia *B et sic, sed* industriae scientia *H*

1) Paucis locis, ubi *R* a mendis huius familiae recedit, ut 1286, 3. 1342, 7, veram lectionem librarius coniectura videtur restituisse. aliis etiam paucioribus communio erroris in familia *AORV* non ex archetypo venit, sed casu effecta est, ut c. 1238 *cessit* pro *cohaesit* quamquam habent *AOV*, in *R* est *cohaesit* vel *coesit*: item c. 1294 ex *in Sigisvultum* fecerunt *insignis vultum* AR^pO neque tamen R^v. ceterum *OR* ut instructi sunt eodem auctario, ita etiam errores communes habent sibi proprios, ut c. 1250 *regno* pro *Rheno*, c. 1298 *ab Aetio comite recepta* pro *Aetii comitis armis recepta*. 2) *V* raro contra *AOR* cum melioribus facit, ut evenit c. 1263 *cum triumpho MYHVB, triumpho AOR, triumphans ZXFP*. uno loco c. 67 *computantur* posuit pro *copulantur*, lectionem codicum Hieronymianorum corruptorum (*AP* Schoenii) secutus. 3) Exemplar familiae *A* quod librarius *C* adhibuit, nostris A^{tuv} videtur simile fuisse: certe error c. 797 *iuris conditor* pro

1286 ac recipiendum occidentale . . . imperium *MYHBZXFP, item R (cf. p. 377 n. 1)*	ad recipiendum orientale . . . imperium *AO*	
1288 acciverat *MYZXP*	acciperat *F*, acceperat *AORH*, accreverat *B*	
1294 inlatum *MHBYZXFP*	in altum *AOR*	
1304 libris . . . respondens *MHBYZXFP*	libri . . . respondens *AOR*	
1324 civitatem annona impleverit *MYCHBZXFP*	civitatem annona adiuverit *AOR*	
1329, 3 cari clarique ML^{s} *C*, clari carique *H*	clarique *AOZRFPB*, clari *X*	
4 ut dilectiores sibi faceret *MYB*	ut copulatiores sibi faceret *AOXRFP*	ut copuladilectiores sibi faceret *C*, ut copulatores lectorum sibi faceret *H*
4 in Arrianam perfidiam *MYCHB*	in Arrianam sectam *AOZXRFP*	
13 occisus *MYCB*	interfectus *AOZXRFPH*	
14 superata saevitia *MYCHBZXFP*	superitia *A mediis omissis*, superata peritia *OR hiatum explentes interpolatione*	
1339 anno . . . quingentesimo octogesimo et quinto $MYL^{s}CHBZXFP$	anno . . . quingentesimo octogensimo quarto *AORV*	
1342, 7 infelicissimae mortis *MYCHZXFP*	felicissimae mortis *AO*	
1346 saeva populatione *MYCHXFP*	saeva depopulatione *AORZ(?)*	

Capita commatave ea quae per se abesse possunt non inventa in libris Prosperi omnibus, numero non pauca, iam quatenus fieri potest hoc loco exquiremus, quaenam scripta videantur esse ab auctore praetermissa a librariis incuriosis vel breviantibus, quaenam e contrario Prosperianis addiderint interpolatores. nam in recensendo eam viam tenui, ut etiam capita non in omnibus libris inventa, sive genuina mihi viderentur sive insiticia, suis locis relinquerem, utpote re ipsis Prosperianis non inferiora et ad usum ita habiliora. in summa re duae recensiones invicem sese explent et repperiuntur multa capita maxime in parte priore in altera utra familia sola, quae Prosperi esse dubitari non potest. hoc cum margines editionis ostendant, in quibus indicavimus omissa modo in *M*, modo in *A*, exempla addere supervacaneum est. codex Bruxellensis *C* ex utraque recensione conflatus ad editionis nostrae plenitudinem prope accedit, quamquam hic illic defectus alterius utrius ad eum sese propagaverunt, ut c. 799 omittunt *MC*, c. 30. 795. 796 *AC*. e contrario solus servavit capita 571. 583, quae cum causa nulla sit cur Prospero abiudicemus, casu ex utriusque recensionis libris nobis notis videntur excidisse. sed tamen lex haec, ut Prosperi sit quod habet aut *M* aut *A*, non sine cautela aliqua accipienda est. sane cum in recensione *MY* mutatio traditorum angustis finibus sese continuerit (p. 380), quae ea familia praecipua habet, maxime haec:

iuris consultus et c. 1152 (supra p. 361) a plerisque omissum adsunt et apud *C* et apud A^{tuv}, cum absint ab A^{rs}. item omittunt c. 242 $A^{u}C$.

1191 ab Arbogaste comite *MYHB*, ab Arbogaste *AOZXRFP*.
1278 et malorum sequentium *MYL*^{s}, *om. AOZXRFPHB*.
1282 coniuente ut putabatur Castino .... praeerat *MYZXFPHB*, *om. AOR*.
1312 -1318 *computatio adest in solis libris MYH*.
1327 quorum Posidius et Novatus et Severianus clariores erant *ML*^{s}*YCH*, *om. AOZXRFPB*.
1330 barbari foederatorum desertores *MYCHBZXFP*, *om. AOR*.
1333 adversum Gothos . . . gesta *MYCHBZXFP*, *om. AOR*.
1348 ut hac sui cura . . . superaretur *MYCHZXFP*, *om. AOR*.
1373 cum ergo Heraclius sinistra omnia imperatori de Aetio persuaderet, hoc unum creditum est saluti principis profuturum, si inimici molitionem suo opere praeoccupavisset. unde Aetius imperatoris manu et circumstantium gladiis intra palatii penetralia (i. p. p. *om. Y*) crudeliter confectus est *MYH*, dum (cum *C*) ergo Aetius placita instantius repetit et causam filii commotius agit, imperatoris manu et circumstantium gladiis crudeliter confectus est *CD*, cum ergo Heraclius .... praeoccupavisset dum placita . . . agit, imperatoris manu et circumstantium gladiis crudeliter confectus est *Duchesnius coniectura omnino, sed probabili utramque recensionem coniungens*

vere Prosperi esse aut certum est aut veri simillimum. — E contrario ubi codice *M* auctior est familia deterior his potissimum locis:

1204 Hippone regio *reliqui*, Hippone *MY*.
1222 Pollentiae adversum Gothos vehementer utriusque partis clade pugnatum est *reliqui et V*, utr. p. clade *om. MY*.
1259 Placidiam Theodosii imperatoris filiam, quam Romae Gothi ceperant quamque Athaulfus coniugem habuerat, Wallia pacem Honorii expetens reddit eiusque nuptias Constantius promeretur *reliqui*, Wallia Placidiam reddit, cuius nuptias Constantius promeretur *MY*.
1267 Valentinianus Constantii et Placidiae filius nascitur VI non. Iulias *reliqui*, Const. et Pl. filius *om. MY*.
1278 ad Portum urbis *reliqui*, ad Portum *MY*.
1280 Placidia . . . orientem cum Honoria et Valentiniano filiis petit *reliqui*, Hon. et Val. *om. MY*.
1285 Exuperantius . . . inultum fuit *AO*, *om. MYRZXFPHB*.
1286 Theodosius Valentinianum amitae suae filium *AORZXPFHB*, Th. Valentinianum consobrinum suum *MY*.
1288 Castinus autem . . . potuisse praesumere *reliqui*, *om. MY*.
1289 Valentinianus ab exercitu Augustus appellatur *MYL*^{s}, Valentinianus decreto Theodosii Augustus appellatur *AOZXRFP*, Valentinianus decreto Theodosii ab exercitu Augustus (Aug. ab ex. *B*) appellatur *HB*.
1298 Aetii comitis *reliqui*, Aetii *MY*.
1336 Xystus papa diaconi Leonis hortatu *reliqui*, d. L. hort. *om. MY*.
1337 Vitericus . . . habebatur *AOZXFP*, *om. MYCRHB*.
1358 reclamante Hilaro diacono ecclesiae Romanae .... sua delatione promeret *LCH*, reclamantibus eis . . . compellerentur *MY Fris*.
1373 *loco supra citato comma* Aetius .... commotius agit *habent DC*, *om. MYH*. intra palatii penetralia *MH*, *om. YLCD*

eorum locorum quosdam, maxime c. 1285. 1288. 1358. 1373 a librario, ad quem prioris familiae exemplaria redeunt, similiter breviatos esse atque quos supra p. 377 tractavimus de haeresibus probabile est propter argumentum. in plerisque autem

Mediceum librum Prosperi textum genuinum reddere crediderim et quae altera familia consentientibus passim ex contaminatis quibusdam plus aliterve habet proficisci ex interpolatione, sed ea aequali. ita enim pleraque comparata sunt, ut facilius addi potuerint quam casu consiliove omitti, et quod Valentinianum III. Augustum factum esse prior familia ait ab exercitu, posterior a collega Theodosio, ita sibi refragantur, ut illud gratiosum magis quam verum (Olympiodorus p. 46 Mueller; Socrates hist. eccl. 7, 24) scriptum esse videatur Valentiniano etiamtum vivo, hoc cum iam non expediret de mortuo bene loqui.

Certas interpolationes in libro *M* similibusque non deprehendi praeterquam quod quae adduntur ibi c. 159 verba de senatu Romano *et rem publicam gerebant* vix sunt Prosperi, cum absint et ab altera familia et ab Hieronymo. item duobus locis c. 1366. 1368 in *M* adsunt consules de Oriente, quamquam ex ipsa forma qua referuntur intellegitur post tempus eos adiectos esse et absunt a codicibus *CD*, qui hic soli pristinam formam servarunt. minora, qualia sunt c. 1140 additum *multos* contra Hieronymum et c. 1153 *omnes Italia* mutatum non, ut debuit fieri, in *omnis Italia*, sed in *omnes Itali* fidem libri non infringunt.

Ad interpolationes in secundam familiam a manu ni fallor coaeva inlatas accedunt anni episcoporum Romanorum a Prospero adscripti, quatenus pervenit Hieronymus, a Damaso inde ab ipso non additi teste Mediceo libro, expleti autem in familia secunda. denique c. 732 qui id exemplar archetypum scripsit Victoris papae volumina, quae mediocria dicere Prosper non erubuit, pia fraude *non mediocria* perhibere maluit.

Ad reliquos libros quod attinet, *C* ut in contaminandis duabus recensionibus ceteris longius progressus est, ita ipse neque auctarium proprium habet neque sibi proprias interpolationes. id ipsum de libro *B* dicendum est imperfecto et parum utili.

Libri *FP*, item *XZ*, item *OR*, item *V* quaenam addiderint, auctaria in appendice proposita declarant. *H* quae adiecerit, ad consularia Italica supra p. 268. 298 seq. declaratum est.

ORTHOGRAPHICA.

Codicum duorum antiquissimorum, Vaticani reginae n. 2077 (*V*) epitomae saec. VI et Escurialensis R II 18 (*O*) saeculi VII orthographia cum habeat aliquam utilitatem, illius variam lectionem etiam orthographicam in apparatum recepimus, alterius libri hoc loco enarrabitur praeter ea quae ex varia lectione peti poterunt.

Consonantes.

Geminatio et ponitur et evitatur recte; *tritticum* (1324) reperitur similiter in lapide Africano (Eph. epigr. V p. 629).

b et *p*: *optinere* constanter, sed *obtrivit* (1322).

b et *v* confunduntur raro: *superuus* semper (1278. 1327. 1336) — *conibentia* (1288).

c et *g*: *neclectus* (1256).

c et *t* non permutantur: semper *Bonifatius* cet.

d et *t*: *ad* = at (1330) — *adque* semper — *Adtalus* (1254) — *superassed* (1310); e contrario *aput* (1243. 1342).

f pro *ph* passim, ut *Filogonius* (1027).

h supprimitur in principio vocabuli interdum: *abitus* (1266), *Elenopolis* (1023), *Ippone* (1204) et *Spania* pro Hispania semper; plerumque post *c* et *t*: scribitur *Alaricus, anocoreta* (1201), *Antiocia, eunucus, monacus, pasca* (1352), *Simmacus, Stilico,* etiam *nicil* (1339); item *Atanasius Bitinia, Goti* (semel *Gothi* 1240). rarius additur perperam, ut in *Habundantius* (1199), *hac* = ac (1261. 1322. 1342), *apostholicus* (1336. 1350), *Athela* = Attila, *themeritas* (1335). scribitur *Iheronimus, Iherosolima.*

m pro *n* in *volumtas* (1026. 1252).

p omissa inter *m* et *t*: *interemtus* (1292. 1330).

x, non xs: *exerere* (1252), *expectare* (1341), *extinctus* (1026).

Vocales.

ae pro *e* in *aecclesia* et *aetiam* constanter fere: etiam *nominae* (1187).

e pro *ae* et *oe* (*prelians* 1335) passim.

Agustus, Agustinus constanter.

e et *i* plerumque recte distinguuntur, ut casu primo semper est *Iohannes*.

e pro *i* in *elegentes* (1341), *mirabile* (1302), *obsedere* (1294), *trecensimus* (1034);

i pro *e* in *differentis* (1344), *dispoliatio* (1339), *intelligere* (1189. 1335).

o et *u*: *consol, consolere* cet. semper; e contrario *Theudosius, Theudorus, Theufilus*, item *diacunus* et *Agricula*, constanter omnia.

y si recte numeravi, bis tantum reperitur, semel recte in *tyrannus* (1191), semel perperam in *pyraticus* (1330): praeterea ubivis pro ea est *i*.

Wandali, Wallia constanter.

Genetivus sing. 2 in nominibus propriis finit in *i*: *Ambrosi* (1204), *Honori* (1259), contra scribitur *ingenii* (1330), *obsequii* (1330) cet.

Adsimilatio praepositionum evitatur non solum in *adfligere* (1350) et *adparere* (1342), sed etiam in *conpellere* (1353), *conponere* (1339) et in *inpietas* (1187), *inprudenter* (1335), *inpulsus* (1292).

De orthographia codicis Medicei fusius solito agam, non propter aetatem, qua eum vincunt et epitome Vaticana et liber Escorialensis et Bruxellensis quoque, sed quod hic liber inter eos quos habui solus aliquam legem regulamque sequitur, eamque puram et bonam certe in Latinis, nam talia quoque retinet, qualia sunt *adulescens*, *intellego, temptare, Vergilius*, et in summa re, si peregrina vocabula mittis, ab orthographia vere Latina non multum recedit. ea lex utrum sit aetatis vere Romanae licet morientis an Scotticae, non definio; fieri potest, ut orthographia Prosperi Laurentiani non tam ab ipso auctore incorrupta descendat quam resuscitata sit a librario quodam Bedae orthographiam probe edocto. certe barbarismi ii, qui abundant in litteratura temporis medii inter Romanae aetatis grammaticos et Scottos per saecula a sexto ad octavum, cum in universum absint a libro Laurentiano, eius generis quaedam (c. 664 *apud Lorio CM;* c. 914 *apud Tharso M;* c. 1322 *Gundichario* casu quarto) quae ibi offenduntur magis videntur relicta esse ex exemplari archetypo ab eiusmodi barbarismis minus alieno quam casu introducta. eodem ducunt quae infra adnotabuntur de differentia litterarum *b u* et *c t* ante *i* in universum recte retenta, sed ut indicia non desint eam orthographiam inlatam esse correctura. utut est, magis voluimus pendere a duce quamquam fortasse retractato quam a mero arbitrio reliquorum librorum, cum praesertim Vaticanus liber omnium antiquissimus, sed epitomatus pro fundamento usurpari nequeat. itaque ad librum Laurentianum formavi minora et quae adiaphora fere aut sunt aut dicuntur, scilicet quae diversas scripturas pariter admittunt, ut sunt *obtinere optinere, apud aput* similia, item vocabula anni et mensis aut integra aut breviata (haec enim in chronicis modo perscribuntur, modo significantur compendiis, quae per quem casum solvas, plerumque arbitrarium est), numeros modo expressos per litteras modo per notas, denique praenominum compendia, quamquam librarius iis ibi quoque usus est, ubi vera orthographia compendia non admittit (ut *G.* per se positum 414). sed ut quae in codice repperi aut vera aut certe tolerabilia admisi omnia, ita ex falsis non reliqui nisi quae constanti usu aetatis eius, qua auctor vixit, satis defenderentur. nam recognitores librorum qui supra auctorem sapiunt ut minime mihi probantur, ita multo magis improbo, qui ne quid ipsi sapere videantur, malunt errare cum nescio quo librario. erroribus quos sustuli quod gravioribus exceptis lectionum varietatem non obscuravi, paucis probabo, sed iis a quibus probari mihi cordi est. quid ita sustulerim, iam in summa re (nam plene talia exponi nec queunt neque opus est) per genera recensebo; id quod si quid video et brevius longe est et utilius quam eiusmodi adnotationibus micrologorum iactantiam imitari.

Consonantes.

geminatio raro neglegitur:
apellare 512. 711.
Brittania *constanter; retinui*
comendare 476; comorari 616.
Comodus *aliquoties, plerumque* Commodus.
consumare 110. 335, 34. 35.
Hypocrates 200.
Ypolitus 88.
oportunitas 1375, 4.
oppreserunt 399.
Priscilianus 1187 *cet.*
Salustius 1067; *plerumque recte.*
sucessus 1348.

geminatio male admittitur:
Arrianus *semper: recepi.*
dissertissimus 493. 741 *semper; rettulerunt ad* disserere *vocabulum.*
Hostillius 164.
Numma 162.
oppibus 1364.

b *et* v *non confunduntur nisi in nominibus propriis quibusdam minus obviis, ut est* Abienus 1360. 1367: *quid quod scribitur* Danuvius. *archetypum ab eo vitio non immune fuisse, sed sublatum id esse a recognitore grammatista corruptela ostendit* 1282 cohibente *pro* conivente.

cy *mut. in* qui:
Quinegius 1190.
Quirillus.

ch *pro* h *in* nichil *perpetuo.*

ci *et* ti *raro permutantur; retinentur talia quoque qualia sunt* Bonifatius, nuntius; dicio *recte plerumque.*
Laudatia 232.
mendatia 919.
Martius *rex Ancus* 169. Martianus 1361. 1363.
Seleutia 232.
Thratia 430.

f *ubi pro* ph *in codice reperitur, in vocabulis Graecis retinui* (*nisi quod* phylosofi c. 465 *ad solitam formam revocavi*), *cum possit defendi (videantur quae exposui in Hermae vol.* 11 *p.* 65 *seq.).*
sustuli Latina ad falsam analogiam formata haec:
conphoederare 564. 919, phederati 1330.
prophanitas 271.

h *in principio vocabuli male omissa:*
Adrianus *et* Hadrianus *alternant, v. ad c.* 574.
aruspex 1335.
ebdomadae: *retinui.*
Eracl- *et* Heracl- *alternant.*
Ypolitus 88.

h in principio vocabuli male addita:
habeundi 1375, 19.
Habundantius 1199.
haditus 1336 *(corr. m. 2).*
h(a)edificare 110. 180. 481. 776. 1315; *sed* aedific- *est* 381. 482. 959.
Harilas = *Arelate* 1290 *cet.*
hodor 1125.
Hostia 169; *retinui.*
heremum 1095; *retinui.*
Hireneus; *retinui.*
Hylium = *Ilium* 71.

c *pro* ch:
Calcedon - *modo, modo recte* Calchedon - cartha 587.
Stilico *et* Stilicho *alternant.*

ch *pro* c:
Macharius *plerumque: indicavi in adn.*
Machedonius *plerumque* (macedonianum 1124).
Archadius *modo, modo* Arcadius.
Itachius 1193.
Trachia: *retinui aut indicavi in adn.*

p *pro* ph:
ampitheatrum (*corr. in* amph-) 496.

r pro rh:
Renus 315, *plerumque* Rhenus.
rethor *constanter.*

t *pro* th *passim, exempli causa:*
Cartag- 274 *et alibi, non semper; retinui quod traditur.*
Corintus.
Gotus 877; *plerumque* Gothus.
termae 516.
Trax 75 *et similia; retinui aut posui in adn.*

th *pro* t:
Athlans 46.
cartha 587.
Ptholomeus *plerumque* (tholom- 241).
rethor *v. supra.*
Thyri = *Tyrii* 86.
m *in fine vocabuli neque additur male neque omittitur nisi paucis locis in adnotatione indicatis.*
n *item perraro reperitur male insertum, ut in* Athlans 46, conantibus 1336. *Numeralia in* -ensimus *ubi reperiuntur, secunda manus* n *plerumque expunxit.*
mn *mut. in* mpn:
dampnare, condempnare 356. 604. 686 *et sic semper fere* (damnatio 1358, 13).
s *et* x *non permutantur nisi in* sexcenti, *ubi* x *semper adest, et e contrario in vocabulo* Xystus, *quod saepe abiit in* Sixtus *similesve formas in adnotationem relatas omnes.*
t *fin. mut. in* d:
inquid 335, 34.
tt *mut. in* ct:
Acticus 55. 1209.

Vocales.

ae *pro* e *raro:*
Athaenae 55.
caelebrare 1352.
ecclaesia 1336.
Aeuticianus 1358.
Lacaedaemon 92.
e *pro* ae:
in casuum terminatione passim, maxime in Rome, *item* lucte 52, Argonaute 74, Roboe 117, Samarie 155, que 189, Onie 234, militie 260 *cet.*
— eus *constanter fere ponitur pro* — aeus, *ut in* Hebreus, Idumeus, Iudeus (Iudaeus *raro:* 67. 247. 306), Manicheus, Ptholomeus.
item in aliis plurimis, exempli causa:
Egyptus *et* Aegyptus *alternant.*
emulator 155.
Eneas *semper.*
etas 237.
Cesar *et* Caesar *alternant.*
cesus 221 *cet.*
Fedra 88.
Grecus *constanter: retinui.*
heresis *fere semper* (haeres- 891); *retinui.*
pre- *pro* prae- *passim.*
querere 472.
seuus.
e (ae) *pro* oe:
cepit *pro* coepit 110. 189. 1339, 11.
cetus 564.
comedia 274.
phederatus 1330.
pena 472.
prelium *vel* praelium 470. 934. 1310; *emendate* 1335. 1364.
tragued- *vel* traguaed- 275. 463.
oe *pro* e, ae *raro:*
coepit *pro* cepit 296. 932.
poenitentia 1164.
e *et* i *recte plerumque usurpantur scribiturque fere* Iohannes *casu primo,* antistes *et sic deinceps; vitia quae offenduntur perpauca, ut* i *pro* e *in* Arilatensis, Harilas — Iohannis 1282 — Treviri, *item* e *pro* i *in* Aquetanica — Bonefatius, *ex adnotatione cognosci poterunt.*
i *pro* y *passim; inter alia in his:*
Egiptus *aliquoties.*
azima 428. 478.
Babilon 199.
Bythinia *fere.*
Coribantes 56.
Dionisius *constanter.*
Hieronimus *constanter; retinui.*
Hierosolima *vel* Hyerosolima *plerumque;* -solyma *rarum* (478. 620. 887. 953. 996. 1045. 1074 cet.); *illam formam recepi.*
Ypolitus 88.
Libia 577.
liricus 308.
Micenae 91.
misterium 618.
Olibrius 1202.
Parisatis 209.

Policarpus 550 *cet.*
Scithae 559.
sinagoga 411.
Siracusae 245.
Zmirneus 550.
y *pro* i *item passim in vocabulis aut Graecis aut ad Graecum etymon male relatis, qualia sunt haec:*
phylosophya 657 (*plerumque in talibus est* -ia).
Autysidorensis 1301.
Bythinia *fere.*
Dyonisius 1091, *plerumque* Dionisius.
Hylarius *passim* (*sed* Hilarus).
Hyppo 1204.
Hypocrates 200.
Ypolitus 88.
hystoria *passim, non semper.*
Ifytus 149.
Hylium = *Ilium* 71.
Phyladelfus, Phylippus, Phylometor, Phylopator, phylosophus *fere constanter* (Philometor 266; Philippus, philosophus *aliquoties*).
Pylatus 410.
Symon *frequentius quam* Simon.
Theophylus 678, *plerumque* -philus.
Tyberis, Tyberius *saepius quam* Tiber-.
o *pro* e:
Ptholomeus *vide supra.*
o *et* u *non confunduntur. semper* epistola.

Codicis Bruxellensis (nobis *C*) saec. IX orthographia est librarii, non auctoris. adsunt vestigia aetatis melioris, ut in genetivo sing. et nom. pl. 2. decl. passim *i* pro *ii* (*tyri regi*); eodem poterit referri, quod legitur *adscribtus* — *conputans* — *aput* constanter, item in Graecis *ph* modo retenta modo *f* substituta. *ae* quoque diphthongus plerumque suum locum tenet vel secundum vitium Romanae aetatis labentis in vocabulis extremis est pro *e* (*usquae* — *quiquae* — *Graecae* adv. — *Athenae* c. 55). sed simul abundant barbarismi linguae iam collapsae, ut sunt *i* pro *y* passim — *t* pro *c* passim — *praelium* — *caepit* pro *coepit*, *coepit* pro *cepit* — aspiratio saepe male aut adiecta (*hictus* — *hodor* — *hortus*) aut omissa (*ortatur*). in varia lectione, ut par fuit, haec suppressimus omnia.

Lugdunensis Scal. 14 (nobis *F*) et aetas eadem est, et scripturae proprietas. regnant hic quoque vitia vocalium *i* et *y* commutatarum (*hieronimus, olibrius, praesbiter* cet. — *ysidorus, phylippus, Zosymus*), *c* et *t* consonantium, quamquam rarius (*patritius, pertinatia, provintia* — *bonifacius, expedicio, pacientia*), *ae* et *oe* (*praelium*), *p* inter *mt* male omissa (*interemtus, peremtus, temtare*), aspirationis perperam aut adsumptae (*anatholius, anthiocus, archadius, atthalus, protherius, thimasius, trachia,* rarius in Latinis: *herror*) aut omissae (*clearcus, symacus, stilico*), geminationis male vel admissae (*affrica*) vel omissae (*symacus*). ea similiter tractavimus.

De reliquis libris quicquam addere supervacaneum est.

PROSPERI TIRONIS

EPITOMA DE CHRONICON,

QUIBUS ET GENERATIONES AB ADAM USQUE AD ABRAHAM ET A PASSIONE DOMINI OMNES CONSULES ET QUAE CONSECUTA SINT POST FINEM VALENTIS USQUE AD CONSULATUM THEODOSII IUNIORIS XVIII ET VALENTINIANI IUNIORIS PLACIDIAE FILII VI AUGUSTORUM [sic ed. a. 445, aliae aliter] ADIECIMUS.

1 Adam cum esset annorum CCXXX, genuit Seth.

2 Seth cum esset annorum CCV, genuit Enos.

3 Enos autem cum esset annorum CXC, genuit Cainan.

4 Cainan vero cum esset annorum CLXX, genuit Malalehel.

5 Porro Malalehel cum esset annorum CLXV, genuit Iareth.

6 Iareth autem cum esset ann CLXII, genuit Enoch.

7 At Enoch cum esset ann CLXV, genuit Matusalam.

8 Matusalam vero cum esset ann CLXVII, genuit Lamech.

9 Lamech quoque cum esset annorum CLXXXVIII, genuit Noe.

10 Erat autem Noe ann D, cum genuisset tres filios Sem, Cham et Iafeth.

11 Post annos vero centum, quam genuit Sem, factum est diluvium, cum esset Noe annorum sexcentorum.

12 Ad probandam temporum fidem hae generationes ab initio retexuntur, quibus annorum adscriptus est numerus: nam Cain fratricidae posteritas non fuit digna cum dei populo computari. sed cum latius serpente peccato maxima pars bonorum conubiis se alienigenarum mulierum miscuisset, crimen inlicitae societatis diluvio meruit expiari, solo Noe iusto cum uxore et tribus filiis ac totidem nuribus ad reparationem humani generis reservato. *om. A*

M C A L V (sola nomina 1—10).

Propter inscr. vide p. 346. 1 ccxxx] tri *(reliqua evanuerunt)* C, triginta A^r 2 ducentorum quinquaginta C *enos M 3 autem *om.* A cxc] CA^s, cxl M, clxx A^r 4 uero *evanuit in* C clxx] lxx A malaleel L^s, maleleel MA 5 porro autem C malaleel L^s, maleleel MA clxu** M, centum sexaginta et quinque C *(ut saepe in similibus ante tertium, raro ante secundum numerum copula additur)* iared L 6 iared L enoch] enos M 7 enoch] CAL^sV, enos M clxu] lxu M, clx L^s 8 matusalam] C, mathusalam A, matusala MV, mathusalem L^s clxuii] cxxcuii L^s 10, 1 genuisset] CA, genuit ML^s 2 et *om.* A iaphet M 11, 1 quam] quando L^s 2 noe annorum] C, annorum noe A, annorum *(om.* noe) ML^s 12, 1 fid. temp. L^s haec C, haeae M 3 caim L^s 7 et *om.* M^a

hortatu] vigilanter occurrens nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit et ita omnes catholicos de reiectione fallacis bestiae gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam heresim apostolicus gladius detruncavisset.

1337 Per idem tempus Vitericus rei publicae nostrae fidelis *om. MYC*
et multis documentis bellicis clarus habebatur. *A^rRHB*

1338 Pax cum Gothis facta, cum eam post ancipitis pugnae lacri-
mabile experimentum humilius quam [umquam] antea poposcissent. *om. MY*

1339 Aetio rebus quae in Gallia componebantur intento Gisiricus,
de cuius amicitia nihil metuebatur, [XIIII kal. Nov.] Carthaginem dolo pacis invadit omnesque opes eius excruciatis diverso tormentorum genere civibus in ius suum vertit, nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas et sacris vasis exinanitas et sacerdotum administratione privatas non iam divini cultus loca, sed suorum esse iussit habitacula, in universum captivi populi ordinem saevus, sed praecipue nobilitati et religioni infensus, ut non discerneretur, hominibus magis an deo bellum intulisset. hanc autem captivitatem Carthago subiit anno, postquam Romana esse coeperat, quingentesimo et octogensimo et quinto. *LZXFPH*

M Y C A L O (1339, 10 hanc—12 *in margine*) *Z X R F P H B V* (1336. 1339): *Cassiodorus* (*c.* 1339): *Paulus* (*adhibuit c.* 1338 *ad h. R. l.* 13 *c.* 13, *c.* 1339 *ad h. R. l.* 13 *c.* 14).

1336 iulianus episc. inrepere conatus uitatur (*rel. om.*) *V* 1 aeclanensis] *A*, ecl. *MYCLXB*, heclenensis *Z*, hecclanensis *F*, haccl. *P*, etlanensis *H*, atelenensis *R*, celamensis *O* lactantissimus *A*, iactantissimis R^v, lactantissimis R^p 2 pelaiane *C*, pelasgiani *P*, pelegiani *R* adsertor] desertor *A* amissi] amisi *C*, amessi *FP* episcopatum *CZ* 3 correptionis R^v, correonomis *B* 4 speciem] spm H^1, spem H^2 communione *X* 5 inrepere sed] inrepens *R* his] in his *H* xystus] *YALR^{p}FHB*, xistus *M*, sistus *P*, sixtus *R^{v}OZX*, syxtus *C* 5 diaconi (diaconis *C*, dicti *R*) leonis hortatu (-tur *A*, ornatu *H*) *om. MY* 6 pestiferi *C* conantibus *M* 7 permittitur *Z* ita *om. P* de reiectione] de retectione *R*, directione *H*, deiectione *F*, defectione *P* 8 bestiae] uestigie R^v gaudere fecit] gauderet R^p superbissima *C*, superuissimam *O* heresem *F*, heresin *C* 9 gladius] gaudius O^a detruncabisset *C*, detruncasset *OP* 1337 uintericus *O*, uitricus *A^{s}ZXFP*, intricus *A^{tu}L* 2 documenti *F* bellicis clarus] *A^{tu}OZXFP*, bellicis (*om.* clarus) *L*, insignis (*om.* bell.) A^s habetur *Z* 1338, 1 eam] eis *A*, eandem *O*, eam Romani *Paulus* 2 umquam *om. MY* ante *XP* poposcisset *A* 1339 cartago capitur a uandalis anno postquam romana esse coeperat quingentisimo octogisimo quarto (*rel. om.*) *V* 1 gallia] gallias *XF*, galliis *P*, galilea *H* componebantur] gerebantur A^r(^{a}) intentio *O* gisiricus] *MAB*, ginsiricus *C*, geisiricus *FP*, geisericus *YRZX*, gesiricus *O*, gesericus *H*, gensericus *L*, ginsericus *Cass.* 2 nicil *O* metuebatur] mouebatur H^1 3 pacis] tempore pacis R^v opes] opus *C* eius] eiusque *A* 4 ciuibus] ciues R^v, *ante* diuerso *X* in ius] uerus *Z* suum] sum H^1 5 dispoliatione *AOR^{p}B*, depopulatione *P* quas et sacris] que sacris et *C* vasibus *P* 7 sed] se *F* iussit esse *LORPH* 8 ordine *C* nobilitatem R^v religioni] regioni *R* 9 infessus *B*, infestus *Z cum Paulo* magis] *L^s et rel.*, *om. M^{1}A* an] an. *M*, *om. R* 10 intulisse *RZ* hanc autem capt. carth. subiit] *MYCLHB*, cartago capitur a uandalis *V*, carthago a uandalis capta *AstOZXFP*, *om. A^{r}R* anno postquam romana (roma A^s, romanae *X*) esse coeperat (ceperat *M*, coepit *B*, ceperit *ut vid. O*) *om. A^{r}R* 11 quingentesimo et (et *om. C*) octogesimo et quinto] *MY et sic fere CL^{c}ZXFPHB cum Paulo*, dxxciii° L^s, quingentisimo octogisimo quarto *V*, ////genten//mo octuagensimo et quarto *O*, quadingentesimo (*sic*) octuagesimo quarto *A^{stu}*, *om. A^{r}R*

1340 CCCCXIII
Valentiniano Aug. V et Anatolio. a. 440

1341 Defuncto Xysto episcopo XL amplius diebus Romana ecclesia sine antistite fuit, mirabili pace atque patientia praesentiam diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aetium et Albinum amicitias redintegrantem Galliae detinebant, quasi ideo longius esset abductus, ut et electi meritum et eligentium iudicium probaretur. igitur Leo diaconus legatione publica accitus et gaudenti patriae praesentatus XLIII Romanae ecclesiae episcopus ordinatur.

1342 Gisiricus Siciliam graviter adfligens accepto nuntio de Sebastiani ab Hispania ad Africam transitu celeriter Carthaginem redit, ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendae Carthagini incubuisset. verum ille amicum se magis quam hostem videri volens diversa omnia apud barbari animum quam praesumpserat repperit, eaque spes causa illi maximae calamitatis et infelicissimae mortis fuit.

1343 CCCCXIV
Cyro v. c. cons. a. 441

1344 Theodosius imperator bellum contra Wandalos movet, Ariobindo et Ansila atque Germano ducibus cum magna classe directis, qui longis cunctationibus negotium differentes Siciliae magis oneri quam Africae praesidio fuere.

1345 CCCCXV
[1348 *AO*] Dioscoro v. c. cons. [et Eudoxio] a. 442 *om. AO*

M Y C A L O Z X R F P H B (omissi consules: finit 1342 *verb.* recipiendae cartha *seq. fol. amissis) V (plene): Cassiodorus* (*c.* 1342. 1344): *Paulus* (*adhibuit c.* 1342 *ad h. R. l.* 13 *c.* 14, *c.* 1344 *ad l.* 13 *c.* 15).

1340 aug. *om. AORV* u *om. H* 1341 diae leo papa fit *(rel. om.) V*; hoc tempore consule *(sic)* rome beatus leo est *(om. Y)* episcopus ordinatus *inter c. 1340 et 1341 ins. M (scholii forma) Y* 1 xysto] *vel* xisto *MYALOFHB*, systo R^p, syxto *C*, sixto R^vZX, sisto *P* xl amplius diebus] xlii duobus (an *add. supra r.* M^2) *M et sic videtur fuisse in V sublatum manu recenti superscripta vulgata* romanae *C* 2 antistide *R* patientia praesentiam] $A^{stu}LOZXR^vHB$, patientiae praesentiam R^pF, patientiam *M*, patiencia *Y*, patientia CA^r, patientia aduentum *P* 3 diaconis *C* quem] qui *R* inter] in *R*, intra *Z* et alb.] alb. (*om.* et) *Z*, atque aluinum R^v, atque et albinum R^p 4 retintegrantem A^r, ret(re *P*)integrande *FP*, integrande *R* retinebant *P*, detinebatur *R* quasi ... probaretur *om. R* longius] logi *C*, longe *L* 5 adductus *MY* ut et] et ** B^1, ut $OZXFPHB^2$ elegantium A^r, elegentium A^tO iudicum *C* 6 diaconus] diconus *C*, *om. AOR* accinctus *B* 7 representatus *Z* xliii] xliiii *O*, *om. B* 8 *post* ordinatur *ins.* leo qui sedit annis xxi mens. i dies xiii *H* 1342 gesericus siciliam uastat *(seq. spat. vac.) V* 1 gisiricus] *MAB*, ginsiricus *C*, geisiricus *F*, geysiricus *P*, geisericus *YXR*, gesiricus L^sO, geresicus *Z*, gesericus *HV*, gensericus L^c, ginsericus *Cass.* nuntiae *C* de *om.* R^p seuastiani *A*, sebastiano *ZXFP*, sabastiani *O* 2 spania *O* africam] fricam C^1 transitu] $MYALOXR^vB$, transitum CFP^aH^a, transitum faciente P^bH^b, transito R^p, transituro *Z* carthagine *F* 3 redit (rediit *OXFP*) ratus] reiteratus *Z* fore] fore putans *Z* peritus] penitus *MC* 4 carthagine *F* uerum (uirum *H*) .... mortis fuit *om. R* se *om. H* 5 hoste *C* uidere *O* barbari animum] barbarum animum *AZXF*, barbarorum animum *Alcobac. Pontaci,* barbarum *P*, barbaros *edd.* 7 maximae] maxime et *P* infelic.] felic. *AO* 1343 ciro *V* $\overline{u\ c}$] uoc A^r 1344 ariobinda missus a theodosio contra uandalos belli negotium differens magis siciliam praessit quam africae subueniret *V* 1 imperator *om. R* uandilos *C* ariobindo] *CFP*, ariouindo *MYOZX*, ariobinda *LV*, ariouinda *A*, ariundo *H*, ariobinde *R* 2 ansila] anaxilla L^s classe] clade *L* directis] discretis *CH*, directus *O* 3 differentis *O* 4 honori *O* affligae *C*, africa *R* fuerunt *XP*, fuerit *H*, fruere *O* 1345 dioscoro u. c. cons.] *AO*, dioscoro $\overline{u\ c}$ $\overline{cons}$ et eudoxio *R*, dioscoro et eudoxio *MYCHV*, dioscoro et eudoxio (londosio *P*) cons. *ZXFP*, dioscoro u. c. et eudoxio L^s

1346 Chunis Thracias et Illyricum saeua populatione vastantibus exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium provinciarum revertit.

1347 Cum Gisirico ab Augusto Valentiniano pax confirmata et certis spatiis Africa inter utrumque divisa est.

1348 In Gisiricum de successu rerum etiam apud suos superbientem quidam optimates ipsius conspiraverunt. sed molitione detecta multis ab eo suppliciis excruciati atque extincti sunt. cumque idem audendum etiam ab aliis videretur, tam multis regis suspicio exitio fuit, ut hac sui cura plus virium perderet quam si bello superaretur. *om. R*

1349 CCCCXVI
Maximo II et Paterio. a. 443

1350 Hoc tempore plurimos Manicheos intra urbem latere diligentiae papae Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos et oculis totius ecclesiae publicatos omnes dogmatis sui turpitudines et damnare fecit et prodere incensis eorum codicibus, quorum magnae moles fuerant interceptae. quae cura viro sancto divinitus, ut apparuit, inspirata non solum Romanae urbi, sed etiam universo orbi plurimum profuit, si quidem confessionibus in urbe captorum qui doctores eorum, qui episcopi quive presbyteri in quibus provinciis vel civitatibus degerent, patefactum sit, multique Orientalium partium sacerdotes industriam apostolici rectoris imitati sunt.

1351 CCCCXVII
Theodosio XVIII et Albino. a. 444

1352 Hoc anno pascha domini VIIII kal. Maias celebratum est, nec erratum est, quia in die XI kal. Mai. dies passionis fuit. ob cuius reverentiam natalis urbis sine circensibus transiit. *om. FP*

M (1348 *in textu*) *Y Fris.* (*inc. c.* 1352, 2 fuit, *cf. p.* 358) *CA* (*finit* 1350, 4 *in* prodere) *LOZXRFPH V* (1346. 1347. 1349. 1351): *Cassiodorus* (*c.* 1346. 1347): *Paulus* (*adhibuit c.* 1346 *ad h. R. l.* 13 *c.* 16, *c.* 1347 *ad l.* 14 *c.* 1).

1346 contra hunnos tracia uastantes exercitus de sicilia redit *V* 1 chunis] unnis *FP*, hunnis *YX*, hunis *R*, chuni *AH*, ugnis *Z*, ugni *O* trachias *CA*, thrachias *M*, thraciam *YLP* illyricum] liricum *C* populatione] depopulatione *AOZ* (?) *R* 2 siciliam *M* 3 prouincialium $A^{r(a)}$ reuertit] *MCF*, se uertit *Z*, reuertitur *ALOXRPH* 1347 et inter gesericu et ualentinianu africa certis spatiis diuiditur *V* 1 gisirico] M^b, girico M^a, ginsirico *C*, giserico R^p, gesirico *A*, geserico *OZH*, geisirico *F*, geysirico *P*, geiserico YXR^v, genserico *L*, ginserico *Cass.* autem *post* gis. *ins. ALOZXRFP* ab aug. ual.] *MYCZXFPH*, a ual. aug. *AL*, et ual. aug. *R*, ualentiniano ā *om.* a) *O* et *om. Z* 2 spatiis] partibus *A* africam *C*, africae *AO* 1348, 1 in] inde *Z* gisiricum] MA^r, ginstricum *C*, gesericum *ZH*, geisericum *YX*, geisiricum *F*, geysiricum *P*, gensericum A^uL, gericum *O* successu rerum] successorem A^r etiam] et *H*, *om. P* 2 superbientes *H*, superuenientem *C* 3 detecta] decreta *O* supplicitiis *P* 4 idem audendum (*sic CLXFP*, audiendum *MYAZ*, ad audiendum *H*) *om. O* 5 aliis] allis *C* tam *om. P* regis *om. C* suspicio] suplicio A^r exitionis fuerit *H* ut hac (*om. X*) .... superaretur *om. AO* 1349 paterno *Z* conss *add. FPX* 1350, 1 hoc tempore] huius temporis *H* plurimas R^p manicheorum *C* diligentiae] *MYCZXH*, diligentia *ALORFP* 3 oculos *O* duplicatos *Z* omnes dogmatis] omnium *A* sue *R* turpitudines] turpitudinis H^a, turpitudinem AL^e 4 et damn.] damn. *AL* prodere] perdere *H* eorundem *OZXF* 5 quorum .... imitati sunt *om. R* 6 apparuit] adparum *O* inspirato *O* urbi] urbis OZH^a 7 confessionibus] a confessoribus *Z* 8 in urbe captorum (captiuorum *X*)] in unaquaque urbe catholicorum *Z* 9 quiue] qui *Z* 10 sit] fit *H* industria *H* 11 apostolico *C* rectores *Z* sint *C* 1351 aluino *R* conss *add. FP* 1352, 1 hoc anno *om. R* pascha *post* maias *R* domini *om. R* uiiii] *YCLOZR Alcobaciensis*, uiii *MXH* kal. *om.* R^p nec .... transiit *om. R* 2 nec erratum est quia in die (*ZXH*, inde *CL*, indict̄ *M*, indicio *Y*) xi kal. mai. dies (mai. đ *M*, madii *Y*, diei dies [*pro* mai. dies] *H*) passionis (-nes *C*) fuit *om. O* 3 ob cuius reuerentiam (-tia *C*) natalis urbis (romae *ins. CL*) sine circensibus (censibus *C*) transiit *MYCLH et sic fuit in Fris.*, natalis urbis sine cercensibus fuit ob reverentiae ominicofessionis [*immo* dominicae passionis] *O in margine* (hoc anno ... cel. est *in textu*) *litteris oblitteratis*, ob cuius reverentiam natalis urbis sine circensibus fuit ob reverentiam (scilicet *ins. X*) dominicae passionis *Alcobaciensis et XZ*

1353 Attila rex Chunorum Bledam fratrem et consortem in regno suum perimit eiusque populos sibi parere compellit. *om. R*

1354 CCCCXVIII
Valentiniano VI et Nomo. a. 445

1355 CCCCXIX
Aetio III et Symmacho. a. 446

1356 CCCCXX
Callepio et Ardabure. a. 447

1357 CCCCXXI
Postumiano et Zenone. a. 448

1358 Hoc tempore Eutychiana heresis exorta est auctore Eutyche quodam presbytero, qui apud Constantinopolim monasterio celeberrimo praesidebat, praedicans Iesum Christum dominum nostrum beatae Mariae virginis filium nihil maternae habuisse substantiae, sed sub specie hominis solam in eo verbi dei fuisse naturam. ob quam impietatem a Flaviano eiusdem urbis episcopo, quia corrigi noluit, condemnatus est. sed fidens amicitia regia et aulicorum favore ab universali synodo se poposcit audiri, annuente imperatore Theodosio, qui ob huius causae retractationem omnes episcopos iussit Ephesum convenire. in quo concilio Dioscorus Alexandrinus episcopus primatum sibi vindicans absoluto Eutyche in Flavianum episcopum Constantinopolitanum damnationis sententiam tulit,

MY Fris.: reclamantibus eis qui vice sancti papae Leonis intererant, cum multi ad consensionem vi et metu compellerentur.

LCH: reclamante Hilaro diacono ecclesiae Romanae, qui vice sancti papae Leonis cum Iulio episcopo Puteolano a sede apostolica fuerat destinatus. nam cum omnes episcopi in concilio constituti vi et metu comitum vel militum, quos Dioscoro Alexandrinae urbis episcopo attribuerat imperator, compellerentur huic heresi accommodare consensum, memoratus diaconus inter tot vitae pericula constitutus voce contradictionis emissa cum in eius propter hoc

M Y Fris. C (1359 *post* 1358) *L* (ut *C*) *O Z X R F P* (*hi sex finiunt in c.* 1354) *H V* (1353—1357): *Cassiodorus* (*c.* 1353): *Paulus* (*adhibuit c.* 1353 *ad h. R. l.* 14 *c.* 2).

1353 attila bledam fratrem suum consortiumque regni perimit *(om. rel.) V* 1 attila] *YLHV*, atela *M*, athela *COX*, atthela *F*, acthela *P*, atilla *Z* chunorum] *M*, hunnorum *YCLH*, unnorum *FPX*, ugnorum *O*, hignorum *Z* bledam] *LHV Cass.*, blebam *MYZXFP Fris. cum Paulo*, bleuam *O*, bleua *C* in regno] in regnum *H*, *om. OZXFP* 2 suo *C* peremit *CH* parere] comparare M^1, comparere M^2 1354 nomo] *MYCOZXRF (in hoc puncto super* m *posito facile* nonio *legi potuit) HV*, nonio *LP* conss *add. FP* *subscriptionem libri F vide ad c.* 1318, *libri P p.* 347 1356 calepio *V* ardabore *V*, aruabure *L*, ardebure *Fris.* 1357 posthumiano *L* 1358, 1 hoc temp. eutychiana (eutichiana *C*, aeuticiana *M*) her.] her. euthiciana hoc temp. *H* eutyche] *YL*, eutiche *C*, euthice *H*, eutice *M Fris.* 4 beatae] natae *C* mariae] *YCLH Fris.*, *om. M* 6 flabiano *Fris.* 7 episcopo] eps M^1 8 amitia *Fris.* 9 audire *Fris.* 10 eius *corr. in* huius *Fris.* 11 episcopus *om. C* 12 absolute $M^a Y$ eutyche] *MYL*, euthice *H*, euticen *C*, eutice *Fris.* ep. const. *om. CH* 14 eis] eius M^a 16 multi] *Y*, in multi *M*, *deficit Fris.*

14 helaro *H* 15 leon. pap. *L* 16 pudeolano *H* 18 concilio] consilio *libri* ui et] victi *H* 19 uel] et *H* 20 urbes *C*

perniciem saeviretur, relictis illic omnibus suis latenter abscessit, ut praefato papae vel ceteris Italiae sacerdotibus, qualiter ibi catholica fides fuerit violata, sua delatione promeret.

sanctus vero Flavianus inter manus eorum, a quibus in exilium ducebatur, glorioso ad Christum fine transivit.

1359 CCCCXXII

Asturio et Protogene. a. 449

1360 CCCCXXIII

Valentiniano VII et Avieno. a. 450

1361 Theodosio imperatore defuncto et Chrysafio praeposito, qui amicitia principis male usus fuerat, interempto Marcianus consensione totius exercitus suscepit regnum, vir gravissimus et non solum rei publicae, sed etiam ecclesiae pernecessarius.

1362 Huius edictis apostolicae sedis auctoritatem secutis synodus Ephesena damnatur et apud Calchedonam celebrari concilium episcopale decernitur, ut et correctis venia mederetur et pertinaces cum heresi depellerentur.

1363 CCCCXXIV

Marciano Aug. et Adelfio. a. 451

1364 Attila post necem fratris auctus opibus interempti multa vicinarum sibi gentium milia cogit in bellum, quod Gothis tantum se inferre tamquam custos Romanae amicitiae denuntiabat. sed cum transito Rheno saevissimos eius impetus multae Gallicanae urbes experirentur, cito et nostris et Gothis placuit, ut furori superborum hostium consociatis exercitibus repugnaretur, tantaque patricii Aetii providentia fuit, ut raptim congregatis undique bellatoribus viris adversae multitudini non inpar occurreret. in quo conflictu quamvis neutris cedentibus inaesti-

---

M Y Fris. (*finit* 1364, 2 *in* bellum) *C* (1359 *post* 1358) *L* (*ut C*) *H V* (1360. 1361. 1363. 1364): *Cassiodorus* (*c.* 1361. 1364): *Paulus* (*adhibuit c.* 1364 *ad h. R. l.* 14 *c.* 3. 6).

1358, 29 fuerit] fuerat *L* 30 del. prom.] relatione depromeret *H*

1358, 31 flauianes *Fris.* 32 gloriosa *CH* finem *C* 1359 austurio *Fris.* protegene *C*, protoenes *Y* 1360 uii] uiii *L* abieno *MC Fris.* 1361 moritur theodosius leuatur marcianus (*rel. om.*) *V* 1 defuncto] *MYH*, diem functo *CL* chrysafio] *M*, chrysaphio *YL*, chrisafio *C*, crisafio *H* 2 consessione *M*[a] *post* marcianus *ins.* xluiii *Fris.* 3 regnum] imperium *Y* 4 prenecessarius *Y* *post c. 1361 ins.* romanorum xliiii regnat martianus annis ui *H* 1362, 1 huius ... secutis] martianus edicto suo secutus auctoritate sed. ap. *H* syn. ephesena (ephesina *L*) damnatur] sinodum ephesenam dampnat *H* 2 calchedonam] *C*, calcedonam *MH Fris. ex corr.* (*antea* caldonam), calchedonem *YL* celebrari] celebre *H*, caelebrare *Fris.* 3 ut *om. C* et *om. L* correptis *H* *post c. 1362* placidia defuncta est V kal. Dec. *L ex auctario Augiensi* 1363 adelfio] delfio *H*, flavio adelfio *L* (*non ex Duchesnio, sed omnino ex Pontaco, vide p. 487*) 1364 pugnarunt tunc gallis (*sic*) attila et aetius (*rel. om.*) *V* 1 attila] *YLHV*, atela *M*, athila *C et sic deinceps* auctus (autus *C*) opibus (oppibus *M*) int.] int. auct. op. *Y* 2 milia *om. H* 4 galliganae *C* 5 ut] et *MY* 6 furores *H* *post* repugnaretur *ins.* thorismotus tunc regnorum gothorum regebat *H* (*v. p. 302*) 7 patr. aet. prou.] *MYC*, prou. aet. patr. *H*, aet. patr. prou. *L* fuit] sic *C* *post* ut *inserit* tam Gothos ut diximus quam etiam Francos in auxilium qui tunc vicina Rheno obtinebant de industria vocaret: non enim tunc reges gens Francorum habebat, sed ducibus contenti erant sicque *H* (*v. p. 302*) rapti *C* 8 multitudinis *C* non inpar] nostrae partis non impar *H* (*v. p. 303*) 9 occurrit *Y* *post* occurreret *inserit* pugnatumque est in quinto miliario de Trecas loco nuncupato Maurica (maurico *H*[a]) in Campania *H* (*v. p. 302*) quamuis] quocuis *H*

mabiles strages commorientium factae sint, Chunos tamen eo constat victos fuisse, quod amissa proeliandi fiducia qui superfuerant ad propria reverterunt.

1365 [Aquileia fracta est.] *V*

1366 CCCCXXV

Herculano v. c. consule [et Sporacio]. a. 452 *om. C*

1367 Attila redintegratis viribus, quas in Gallia amiserat, Italiam ingredi per Pannonias intendit, nihil duce nostro Aetio secundum prioris belli opera prospiciente, ita ut ne clusuris quidem Alpium, quibus hostes prohiberi poterant, uteretur, hoc solum spebus suis superesse existimans, si ab omni Italia cum imperatore discederet. sed cum hoc plenum dedecoris et periculi videretur, continuit verecundia metum, et tot nobilium provinciarum latissima eversione credita est saevitia et cupiditas hostilis explenda, nihilque inter omnia consilia principis ac senatus populique Romani salubrius visum est, quam ut per legatos pax truculentissimi regis expeteretur. suscepit hoc negotium cum viro consulari Avieno et viro praefectorio Trygetio beatissimus papa Leo auxilio dei fretus, quem sciret numquam piorum laboribus defuisse. nec aliud secutum est quam praesumpserat fides. nam tota legatione dignanter accepta ita summi sacerdotis praesentia rex gavisus est, ut et bello abstinere praeciperet et ultra Danuvium promissa pace discederet.

1368 CCCCXXVI

Opilione v. c. consule [et Vincomalo]. a. 453 *om. CLD*

1369 Synodos Calchedonensis peracta Eutyche Dioscoroque damnatis. omnes autem, qui se ab eis retraxerunt, in communionem recepti, confirmata universaliter fide, quae de incarnatione verbi secundum euangelicam et apostolicam doctrinam per sanctum papam Leonem praedicabatur.

1370 Attila in sedibus suis mortuo magna primum inter filios ipsius

---

M Y C L H D (*incipit c.* 1368) *V* (1365. 1366. 1368): *Cassiodorus* (*c.* 1365. 1367 *[cf. Iord. Get. 42, 223]*. 1370): *Paulus* (*adhibuit c.* 1367 *ad h. R. l.* 14 *c.* 3. 6).

1365, 10 cummorientium *C* sint] sunt *H* eo] *MYL*, ea *C*, *om. H* 11 uictos] uictor *C* fiducia] ficia *M*[1], officia *Y* 12 *post* reverterunt *inserit* mortuusque est in eo proelio (*ins.* est *H*[2]) Theodor (*sic*) rex Gothorum, in cuius locum Thorismotus filius eius maior natu sufficitur. sicque astu Aetii (actii *H*[a]) actum, ut, dum Francos hortatur ad propria remeare, ne vacuam virorum robore sedem Attila occuparet Thorismotumque hortatur, ut sumpti honoris gloriam in sedibus regni remeans firmaret, ne a fratribus praeventus dignitate careret, solus cum suorum robore militum remanens cuncta preda et hostium spolia proprium ditat exercitum *H* (*v. p. 302*) 1366 herculano u. c. consule *C cum Vict.*, herculano u. c. consule et asparaucio *H*, herculano (hirc. *V*) et asphoracio (sporatio *MYL*) *MYLV cum Cass.* 1367, 1 athela *C* 2 pannonias *C* actio *H* 4 hostis *Y* 5 spebus] *CH*, spes *Y*, sp... *M*[1], spe ibi *vel* spebi *M*[2], spei *L* (*adhibito Spir., nam om. Duch.*) 6 disc.] dimicans disc. *H* 7 uidetur *H* uerecundiam *Y* metu *C* 8 uersione *H* saeuitia et] senitiae *H* 9 explenda] *MYCH*, expleta *L* (*om. Duchesne*) 11 reges expeterentur *C* 12 abieno *MCY* trygetio] *M*, trigetio *YCLH* 13 beatissimos *C* fretum *C* quem] quoniam *H* 14 est *om. M* fid. pr. *H* 15 summo *H* 16 sacerdotes *C*, sacerdoti *H* praesentia] praestare *H* abstinere] *MH*, abstineri *YCL* 17 danuuium] *M*, danubium *YCLH* 1368 opilione u. c. consule *CL*, c̄ opilionem uel consule (*voluit* cos. Opilione v. c.) *D*, opilione u. c. consule et uincumalo *H*, opilione et uincomalo (uincomalos *MY*) *MYV cum Vict. et Cass.* 1369, 1 synodos] *M*, synodo *Y*, synodus *reliqui* calchedonensis] chalchedonensis *C*, calcidonensis *D*, calcedonensi *Y* euthyce *C* 2 autem *om. D* 5 sanctum] spiritum sanctum *D*[a] 1370, 1 sidibus *D* magnam *CD*[b], magnti *D*[a] ipsius] eius *H*

certamina de optinendo regno exorta sunt. deinde aliquot gentium, quae Chunis parebant, defectus secuti causas et occasiones bellis dederunt, quibus ferocissimi populi mutuis incursibus contererentur.

1371 Apud Gothos intra Gallias consistentes inter filios Theodoris regis, quorum Thorismodus maximus natu patri successerat, orta dissensio est, et cum rex ea moliretur, quae et Romanae paci et Gothicae adversarentur quieti, a germanis suis, quia noxiis dispositionibus inrevocabiliter instaret, occisus est. *om. D*

1372 CCCCXXVII
Aetio et Studio. a. 454

1373 Inter Valentinianum Augustum et Aetium patricium post promissae invicem fidei sacramenta, post pactum de coniunctione filiorum, dirae inimicitiae convaluerunt, et unde fuit gratia caritatis augenda, inde exarsit fomes odiorum, incentore, ut creditum est, Heraclio spadone, qui ita sibi imperatoris animum insincero famulatu obstrinxerat, ut eum facile in quae vellet impelleret.

cum ergo Heraclius sinistra omnia imperatori de Aetio persuaderet, hoc unum creditum est saluti principis profuturum, si inimici molitionem suo opere praeoccupavisset. unde Aetius	*MY LH*	dum ergo Aetius placita instantius repetit et causam filii commotius agit,	*CLD*

imperatoris manu et circumstantium gladiis intra palatii penetralia crudeliter confectus est, Boetio praetorii praefecto simul perempto, qui eidem multa amicitia copulabatur.

1374 CCCCXXVIII
Valentiniano VIII et Anthemio. a. 455

1375 Mortem Aetii mors Valentiniani non longo post tempore consecuta est, tam imprudenter non declinata, ut interfector Aetii amicos armigerosque eius sibimet consociaret. qui concepti facinoris opportunitatem dissimulanter aucupantes egressum

M Y C L H D V (1372. 1373. 1374. 1375): *Cassiodorus* (*c.* 1373. 1375): *Paulus* (*adhibuit c.* 1373 *ad h. R. l.* 14 *c.* 15, *c.* 1375 *ad h. R. l.* 14 *c.* 16).

1370, 2 aliqua *H* 3 chunis] cunis *C*[1], chunus *M*[a], hunis *D*, hunos *H* praebent *C*[a] defectos *H* occansiones *C* 4 forocissimi *D* mutuis] metuisse *C* 5 conterentur *M*[a]*C* 1371, 1 theodoris] *MC*, theudoris *H*, theodorici *YL* 2 thorismotus *H* *post* successerat *inserit* tertioque iam anno regni sui *H* (*v. p.* 302) 3 orta] orta est *H* 4 pacis *YH* quieti a] qui etiam *C*, qui etiam a *H* *post c.* 1371 *ins.* in eius locum theodoricus confirmatur frater thorismoti iunior *H* (*v. p.* 302) 1372 c̄ aetio et studio *D* 1373 aetius et boetius occisi sunt (*om. rel.*) *V* 1 patricium *om. H* promissa inu. faedis sacr. *H* 3 di irae *H* fuit] fugit *D* 4 fomis *D* ingentore *C* 6 insincero] *LHD*, insero *MY*, incicera *C* obstrincxerat *Y*, obstrinxerat (*sic*) *M*, obstruxerat *C*, adstrinxerat *L*, extrinxerat *D* quae] quem *H*, quod *D* uellit *D* 7 impelleret] impleret *M*

11 molitiones *L* 12 praeoccupasset *LH* unde aetius *om. L*

1 dum] *C et sic, iungens hace alteri formae post* praeoccupasset *L* (*recte fortasse sic Duchesnius, sed coniectura omnino coniunctis duabus formis codicum YC, v. p.* 379), cum *D*

13 circum instantium cladiis *C* intra palatii penetralia] *MH*, *om. YCL* (*vide p.* 358) *D* 14 confectus] *MYL*, effectus *C*, interfectus est rome xi k. octob. *H* (*cf. p.* 303) boetio] *YCH*, boethio *L*, boaetio *M* praetorii praefecto] praefecto praetorio *L*, praefecto praecario *CH* 15 interempto *H* eidem] ei *D* copulauerat *D* 1374 antemio *MV* *ante c.* 1375 *inserit* his consulibus rauenna arsit *H* (*v. p.* 303) 1374 ualentinianus occiditur leuatur maximus xui kl. april. et occiditur prid. kl. iun. gesiricus intrat romam *V* 1 aetii] maeti *C* longe *C* 2 interfectores *H*[a], interfectur *D* eti amiqos (*sic*) *C* 3 sociaret *D* conceptis *D* 4 racinoris *C* au*cupantes *M*

extra urbem principem et ludo gestationis intentum inopinatis ictibus confoderunt, Heraclio simul, ut erat proximus, interempto et nullo ex multitudine regia ad ultionem tanti sceleris accenso. ut autem hoc parricidium perpetratum est, Maximus vir gemini consulatus et patriciae dignitatis sumpsit imperium.

levatur Maximus *V* XVI kal. April.

qui cum periclitanti rei publicae profuturus per omnia crederetur, non sero documento, quid animi haberet, probavit, si quidem interfectores Valentiniani non solum non plecterit, sed etiam in amicitiam receperit uxoremque eius Augustam amissionem viri lugere prohibitam intra paucissimos dies in coniugium suum transire coegerit. sed hac incontinentia non diu potitus est. nam post alterum mensem nuntiato ex Africa Gisirici regis adventu multisque nobilibus ac popularibus ex urbe fugientibus cum ipse quoque data cunctis abeundi licentia trepide vellet abscedere, [septuagesimo septimo adepti imperii die] *om. CD* a famulis regiis dilaniatus est et membratim deiectus in Tiberim sepultura quoque caruit.

et occiditur prid. *V* kal. Iun.

post hunc Maximi exitum confestim secuta est multis digna lacrimis Romana captivitas et urbem omni praesidio vacuam Gisiricus optinuit, occurrente sibi extra portas sancto Leone episcopo, cuius supplicatio ita eum deo agente lenivit, ut, cum omnia potestati ipsius essent tradita, ab igni tamen et caede atque suppliciis abstineretur. per quattuordecim igitur dies secura et libera scrutatione omnibus opibus suis Roma vacuata est multaque milia captivorum, prout quique aut aetate aut arte placuerunt, cum regina et filiabus eius Cartaginem abducta sunt.

1376 Eodem anno pascha dominicum die VIII kal. Maias celebratum est pertinaci intentione Alexandrini episcopi, cui omnes Orientales consentiendum putarunt, cum sanctus papa Leo XV kal. Mai. potius observandum protestaretur, in quo nec in ratione plenilunii nec in primi mensis limite fuisset erratum. *om. D*

M Y C (*deficit c.* 1376, 5 *in* primi) *L H D V* (1375).

1375, 5 urbem] portam *H* *ante* et ludo (edudo *MY*) *inserit* et in campo martio pro tribunali in sexto ad duos lauros residentem *H* (*cf. p. 303*) intendentem *H* inopinatis] veniente ex adverso Accilane Aetii bucillario simulque veniente Trasilane genero Aetii insperatis et inopinatis *H* (*cf. p. 303*) 7 nullus *MY* ex *om. Y* rogia *C* ultione *C* 8 accensus *Y* ut *om. M*[a] parricidium (*sic*) *M*, parricium *D* 10 *ante* sumpsit *addit* alia die xiiii k. April. *H* (*cf. p. 303*) 11 peracli publicae (tanti rei *om. in. sp. vac.*) *C* per omn. prof. *L* 12 sere *C* 13 solum] solum ut *H* plecteret *HD*, ple terit (*sp. vac. interposito*) *C* 14 amicitia *MYC*[1] reciperet *H* uxoremque] uxorem *D* 15 prohibitum *MY* paucissimos] paucos *H* 16 suum *om. M*[1] transire *om. H* coegeret *H* hac incont.] in hac cont. *D* 17 diu] diu ut *C* 18 geserici *H*, genserici *YL*, gensirico *C*, ginsireci *D*, gerisirici *M* regiis *Y* aduentum *MY* 19 habeundi lic. *M*, lic. ab. *H* 20 bellet *C* abscederet *C*, abscidere *D* septuagesimo (-gensimo *M*[a]) sept. ad. imp. die] *MYLH*, *om. CD* 21 regis *C* 23 hunc] tunc *M* 24 captiuitas] constat ciuitas *C* 25 gisiricus] gesericus *H*, gesyricus *M*, ginsericus *D*, gensericus *L*, gensiricus *C* *post* optinuit *inserit* IIII nonas Iulias *H* (*c. p. 304*) 26 liniuit *D* 27 potestati ips. essent tradita] *MY*, potestati (*sic CH*, -te *D*, -tis *L*) ips. essent tradita sibi ciuitate (-tem *C*) *CLHD* igne *LD* 28 igitur *om. H* diei *M* 29 scrutationibus *D*[1] eius] suis *H*[a] 31 cartagine *D* abducta] *YLH*, abductae *C*, abducti *D*, adducta *M* 1376, 1 pascha dominicum] cum pascha domini *H* uiii] xiiii *H* 2 orientales] or. episcopi *H*[1] 3 putauerunt *L* cum] *MY*, quam *C*[1], quum *C*[2], quod *H*, quamuis *L* xu] xlu (*ut vid.*) *M*[a] 4 in quo nec in ratione plenilunii (lunii *om. H*) nec . . . erratum] *MYH*, karitate hec in ratione pleni lupi nec in primi (*reliqua deficiunt extrema parte paginae vacante a scriptura*) *C*, *om. L cum Duchesnio*

extant eiusdem papae epistolae ad clementissimum principem Marcianum datae[1]), quibus ratio veritatis sollicite evidenterque patefacta est et quibus ecclesia catholica instrui potest, quod haec persuasio studio unitatis et pacis tolerata sit potius quam probata, numquam deinceps imitanda, ut, quae exitialem attulit offensionem, omnem in perpetuum perdat auctoritatem.

---

1) *intelleguntur epistulae a Leone ad Marcianum Augustum datae a. 453 Iun. 15 (ep. 121 Ball.), a. 454 Mai. 29 (ep. 137). a. 455 Mart. 13 (ep. 142).*

M Y L H D

57, 6 extant] ext. autem *H* 7 marcianum] astianum *H* veritatis] unitatis *H* sollicite a euidenterque *MY*, solidae euidenterque *H*, sollicitatae euidenter *L* 8 potest quod] pro qua *H* 11 perdat] *LH*, perdit *Y*, perdidit *M* auctorem *M* *subscriptionem libri M vide p. 346*

ADDITAMENTA.

I. ADDITAMENTA AFRICANA A. 446—455.

Ad editionem Prosperi chronicorum eam, quae emissa est a. 445, quattuor ex libris nostris, scilicet hi

F Leidensis Freherianus saec. IX (supra p. 367)
P Laurentianus Poggianus saec. XV (supra p. 368) cum turba vulgarium eiusdem ordinis
X Limogiensis saec. XII parte priore (supra p. 367) } descripti ex Alcobacensi deperdito
Z Matritensis n. 134 saec. XIII (supra p. 367) }

additamenta adiungunt sine dubio originis Africanae, Carthagine ut videtur conscripta, alia omnibus illis libris communia inserta Prosperianis, alia in solis libris *XZ* reperta ea continuantia ad a. usque 455. praeterea ea non reperiuntur inter Prosperiana, nisi quod additamentum ad a. 439 adiectum in Havniensem compilationem se insinuavit. additamenta in textum Prosperianum inserta prodierunt cum ipso (v. p. 375); continuationem ex codice Limogiensi edidit a. 1604 Pontacus (supra p. 375) p. 790.

1. ADDITAMENTA IN PROSPERI TEXTVM INSERTA.

Uncis quadratis comprehensa sunt Prosperi ipsius.

ad a. 435 c. 1321 [Pax facta cum Wandalis data eis ad habitandum] per Trigetium in loco [Africae portione] Hippone III idus Febr.

sic supplemento, quod in margine adscriptum fuit. male divulso libri omnes. — trigentium *P* — ippone *post* febr. *ZX* iii idus] u idus *Alcobaciensis teste Pontaco.*

ad a. 439 c. 1339 [Gisiricus, de cuius amicitia nihil metuebatur] XIIII kal. Nov. [Carthaginem dolo pacis invadit].

Praeterea et ad a. 404 consulem orientalem Aristaenetum recensio haec adiecit et laterculum episcoporum Romanorum propria interpolatione explevit additis plerumque non annis tantum, ut factum est in Prosperi recensione altera, sed item mensibus et diebus plane accurate (cf. Duchesne lib. pontif. 1 p. CCLXI), sic:

Siricius	a. XVI.
Anastasius	a. III d. XXII.
Innocentius	a. XV m. II d. XXI.
Zosimus	a. I m. VIIII d. VIIII.
Bonifatius	a. III m. VIII d. VI.
Caelestinus	a. VIIII m. X d. XVII.
Xystus	a. VIII d. XVIIII.
Leo	—

2. CONTINVATIO CODICIS ALCOBACIENSIS.

Ut in Prosperi exemplari hoc anni, quos ad Hieronymum addidit, ex ordine ab I ad LXVI numerantur, ita hic numeri ii continuantur, sed videntur a librario demum adiecti esse, cum ante a. 454 propterea, quod a solita forma recedit, numerus deficiat (v. p. 352).

446 Aetio ter et Symmacho consulibus.
447 Callepio et Ardabure consulibus.
448 Postumiano et Zenone consulibus.
449 Asturio et Protogene consulibus.
450 Valentiniano VII et Abieno vv. cc. consulibus.
451 Fl. Adelfio v. c. consule.
452 Fl. Herculano v. c. consule et qui de Oriente fuerit nuntiatus.
453 Fl. Opilione v. c. consule.
454 post consulatum Opilionis v. c.: Aetio et Studio.
Hoc anno Aetius occiditur a Valentiniano imperatore.
455 Valentiniano VIII consulatu suo.
Rex Wandalorum et Alanorum Geisericus regn̄. post mortem Valentiniani imperatoris annis XXI.

Ab urbe condita usque ad extremum huius operis fiunt anni ICCVI hoc modo:
sub regibus anni CCXL.
sub consulibus anni CCCCLXIIII.
sub Augustis et Caesaribus anni DII.
Colliguntur omnes anni usque in consulatum Valentiniani VIII Augusti a XV Tiberii anno et praedicatione domini nostri Iesu Christi anni CCCCXXVI.
A secundo anno Darii regis Persarum, quo tempore templum Hyerosolimis instauratum est, anni DCCCCLXXIIII.
Ab olympiade prima, qua aetate apud Hebreos Esaias prophetabat, anni ĪCCXXX.
A Salomone et prima aedificatione templi anni ĪCCCCXC.
A captivitate Troiae, quo tempore Samson apud Hebreos erat, anni ĪDCXXXV.
A Moyse et Cecrope primo rege Atticae anni IIVIIII.
Continet omnis canon ab Abraham usque ad tempus supra scriptum annos ĪĪCCCCLXX.
A diluvio usque ad Abraham supputantur anni DCCCCXLII.
Et ab Adam usque ad diluvium anni IICCXLII.
Fiunt ab Adam usque ad consulatum Valentiniani VIII omnes anni VDCLIIII.

---

446 et sitimindo *Z* 447 artabure *X* 449 protegene *Z* 450 ualentiniano ui et abieno consul. uu. cc. *Z* 451 delfio *X* 452 ereulano *X* quid *Z* nuntius *Z*, renuntiatus *X* 454, 1 consulatu *X* etio *Z* 2 etius *Z* 455, 2 gisericus *Z* regnat *X*, regnum *Z* 3 imperatoris *om. Z* anni *Z* *in clausula* 5 cesaris *Z* 6 consulatu *Z* a xu] uigesimo quinto *X* 9 nongenti septuaginta quattuor *X*, deccclxiiii *Z* 10 ysaias *Z* 11 ICCXXX] *scr.* ICCXX 12 mille quattuor centi nonaginta] *X*, īccclx *Z*: *scr.* ICCCCLXXXVI 13 IDCXXXV] *requiritur* ICCCCLXXXVI 14 moysen et cicrope *Z* duo milia nonem] *X*, IIVIII *Z* 15 anni *X* 18 iiccxii *Z*: *sed* X *et* XL *in eo libro non multum differunt.*

II. ADDITAMENTA ALTERA A. 446—457.

Hoc capite quae eduntur, Prosperi chronicis subiecta sunt in libris duobus:

O Ovetensi, iam Escurialensi *R* II 18 saec. VIII (supra p. 362), ubi in fine nihil desideratur, sed vacat pagina.

R Reichenaviensi deperdito, qui aetate Ovetensi certe par, fortasse superior fuit, cuius extant apographa duo:

*R*ᵖ Parisinus n. 4860 saec. X (supra p. 363). paginae extremae ima pars hic quoque vacat.

*R*ᵛ Augustanus saec. XV (supra p. 365).

Perveniunt chronica in libro Ovetensi ad a. 452, in Reichenaviensi ad a. 457: nam quod in hoc additur collegium consulum *Ardaburė et Maximiano* nullum est et fortasse ad huius continuationis auctorem delatum falso rumore. accedunt ad haec in solo Reichenaviensi additamenta quaedam ipsis Prosperianis inserta. — Utraque continuatio cum neque adnotatione ulla neque interstitio a Prosperianis dirimatur, adiectam esse ab alio auctore intellegitur collatis exemplaribus chronicorum reliquis. ex iis enim cum appareat Prosperum commentarium edidisse a. 445, extent continuationes duae, altera ad a. 455 supra relata, altera haec neque ambae ipsi Prospero attribui possint, illam finientem in a. 455 Prosperi esse confirmant testimonia Victorii Aquitani et Gennadii et Cassiodori (p. 345): quamquam altera, quatenus legitur in Ovetensi libro, propter studium in papam Leonem et Eutychianorum obiurgationem et ipsa Prospero recte conveniret. prior pars in urbe Roma videtur scripta esse poteritque fortasse adnumerari additamentis chronicorum Italicorum, de quibus supra (p. 256) egimus: posterior priori superstructa prae se fert originem Africanam. laterculus regum Vandalorum, qui posteriori adhaeret, postea edetur cum similibus.

1. ADDITAMENTA IN PROSPERI TEXTVM INSERTA

Reichenaviensis:

1168 *ad a. 378*: Theodosius ordinatur imperator a Gratiano Sirmii: ad quem Theophilus paschale scribit.

1210 *ad a. 397:* Concilium Carthaginis, ubi Ypponensis concilii statuta firmantur et inseruntur.

1213 *ad a. 398:* Eugenius occiditur. *habet ipse Prosper c. 1203 ad a. 395.*

1225 *ad a. 403:* Carthaginense concilium habitum de Donatistis.

1226 *ad a. 404:* [Honorio VI] et Aristaeneto.

1253 *ad a. 414:* [Constantio v. c. consule] et Constante.

1268 *ad a. 418:* Carthaginis concilium contra Pelagianos. *Non vidit qui hoc addidit id ipsum item relatum esse a Prospero c. 1266.*

carthãgis *R*ᵖ

2. CONTINVATIO CODICVM OVETENSIS ET REICHENAVIENSIS.

	Ovetensis.	*Reichenaviensis.*
446	1 Aetio III et Simmaco.	1 =
447	2 Calipio et Ardabure.	2 =
		alipio *R*ᵛ, alibio *R*ᵖ
	3 Eutices heresiarches Constantinopolites presbyter fretus Theodosii Augusti amicitiis conatus est non	3 Eutices heresiarches Constantinopolites presbyter fretus Theodosii Augusti amicitiis conatus est non perfectum *hominem*

perfectum in Christo hominem adserere. contra hunc Flavianus eiusdem urbis episcopus suscipiens damnatus est auctore Dioscoro Alexandrinae urbis episcopo. contra hunc autem Euticen papa urbis Leo misit episcopos et presbyteros ac diacones, qui iniuriam passos omnes catholicos nuntiantes ipsum Flavianum episcopum dixerunt inter iniurias defecisse.

1 heutices eresiarces 6 episcopus *om.* 10 hac

448 4 Postumiano et Zenone.

5 Imperator Theudosius pro defensione Euticetis heresiarchis papam urbis Leonem evocat. qui dum vellet ire et a populo prohiberetur, misit iterum episcopos et presbyteros.

2 eresiarcis

449 6 Asturio et Protogene.

asturo protegene

450 7 Valentiniano Augusto VII et Avieno.

abieno

8 Patrocinio Chrysafii cubicularii heresis nova convalescit.

1 chysafiii O^a, chrisafii O^b

9 Eodem anno Theodosius Augustus defecit Constantinopoli.

2 costatinopolim O^b, costanopolim O^a

10 et Romae Augusta Placidia.

11 Chrysafius, per quem heresis in Oriente convaluerat, fustibus caesus defecit.

1 chrisauius 2 orientem

451 12 Adelfio u. c. cons.

uic *O*

13 Marcianus adsumit imperium orientale post Theudosium sororemque eius Pulceriam coniugem sumit.

1 orientalem

---

in Christo asserere. contra *quem* Flavianus eiusdem urbis episcopus suscipiens *cum sacerdotibus suis* damnatus est auctore Dioscoro Alexandrinae urbis episcopo. contra *quem* papa urbis Leo misit *episcopum, presbyterum et diaconum,* qui iniuriam *passi* Flavianum *nuntiant in defensione catholica per* iniurias *gravissimas* defecisse.

1 herestarches R^v constantinopolitis R^p 2 prbr R^p, episcopi prespiteri R^v amicicia R^v 4 assere R^p 7 alexandriae urbis R^p 8 urbis *om.* R^p 9 prespiterum R^v 11 defensionem catholicam R^v

4 =

5 *Theodosius imperator* pro defensione *Euticetis Leonem papam urbis ad se vocat.* qui dum *ire vellet, a populo prohibitus presbyteros et diacones direxit.*

2 praespiteros R^v 4 praespiteros R^v

6 =

7 *Iterum vocati catholici audiendi.*

8 Valentiniano VII et Avieno.

abieno *R*

9 *Praevalente iterum papa Leone diriguntur ad Orientem presbyteri et diacones ad heresim confutandam.*

1 papa] a papa R^p 2 ad orientem *om.* R^p ad h. c. pr. et d. R^p

10 *et* eodem anno defecit *Theodosius Augustus.*

11 =

12 *Theodosius cum magna pompa a Placidia et Leone et omni senatu deductus et in mausoleo ad apostolum Petrum depositus* est.

13 *Nuntiatur defuncto Theodosio regnare Marcianum et Pulceriam eiusdem coniugem Augustam factam.*

2 martianus R^p pulcheria e. coniuge augusta facta est R^p

14 a quo heresiarces Eutices damnatur.

heutices

15 Flavianus licet defunctus redditur civitati Constantinopoleos.

16 Pulcheria quoque Augusta Marciani iugalis effecta.

1 purceria

17 Sacerdotes a papa Leone contra Euticen missos cum honore remittit scribens papae Leoni se hanc fidem tenere, quam ipse papa Leo conscripserat, omnes etiam damnasse cum eodem Eutice, qui eius perversitati probati sunt consensisse.

2 remittit] mittit 7 consentisse

18 Hoc tempore Attila Hunorum rex invadit Gallias. contra hunc commendans se domno Petro apostolo patricius Aetius perrexit dei auxilio pugnaturus.

1 athela ugnorum

14 a quo *damnatur Eutices et omnes eius fautores.*

1 euthyces *R*p

3. CONTINVATIO CODICIS REICHENAVIENSIS.

15 et levatus est imperator Marcianus XLVII.

16 Placidia defuncta est V kl. Decembris.

17 ordinatur imperator anno VIII.

18 Marciano et Adelfio. 451

19 Pugna facta in Galliis inter Aetium et Attilanum regem Hunorum cum utriusque populi caede. Attila fugatur in Gallias superiores.

20 Honorio et Aspere. 452

21 Iconica Marciani imperatoris Romam ingressa III kal. Aprilis.

22 Opilione et Vincomalo. 453

23 Aetio et Studio. 454

24 Eo anno occisi sunt Aetius et Boetius patricii.

25 Carthagine ordinatur episcopus Deogratias in basilica Fausti die dominico VIII kal. Novemb.

26 Valentiniano VIII et Antemio. 455

27 Valentinianus ipse occisus ad duos lauros XVII kal. Aprilis, et levatus Petronius Maximus imperator.

28 qui LXXII die occisus per urbem tractus.

29 Geisericus Romam ingressus praeda facta Carthaginem revertitur.

30 et post aliquos dies levatur in imperium Avitus.

31 Varane et Iohanne. 456

32 Constantino et Rufo. 457

33 Ardabure et Maximiano. —

(sequitur laterculus regum Wandalorum usque ad receptam Carthaginem a. 534).

15 marcianus xlu imperator regnauit annis uiii *R*p

*c. 17 om. R*p

19 attilam *R*v

21 marciamarciani *R*p

22 uincemalos *R*v, uincomalus *R*p

29 reuetitur *R*v

31 barane et ioanne *R*v

III. CONTINVATIO AD A. 462.

Servavit unus codex Matritensis univ. n. 134 saec. XIII subiunctam epitomae Hieronymianae Prosperianae alteri f. 24′—29 (p. 373).

Theodosius iunior ann. XX
[sequuntur capita ex Prospero sumpta 1297. 1304].
Placidia Honorii soror cum filio Valentiniano ann. II.
Placidus Valentinianus ann. XXX.
Petronius Maximus diebus LXXV.
Inpartius Avitus ann. I mens. III.
post ipsum mensibus XV regnum vacavit.
Iulius Maiorianus annis tribus mensib. VII.
Livius Severus simul imperator et consul.

1 iunior *in litura cod.* 3 placidius *cod.* 7 iulius] iulianus *cod.* 8 liuius] tuuus *cod.* consul] constans *cod.*

Computatio subiecta supra p. 373 relata est deducta *ad extremum huius operis, id est Iulii Maioriani* (*et* ins. cod.) *extremum tempus,* a quo excidium Hierosolymorum anno Vespasiani secundo distare ann. CCCLXXXII mens. III d. II, mundi annum esse VDCLXXXII.

IV. AVCTARIVM EPITOMAE VATICANAE.

Codex Vaticanus Reginae n. 2077 saec. VII (vide supra p. 371) epitomae chronicorum Prosperianorum quae addit, hoc loco composita sunt exceptis libellis paschalibus duobus, altero inscripto *ratio paschae* a. 354—437, altero inscripto *epitoma temporum et indiculum paschae,* quo comprehenduntur a. 464—543 adscriptis paschatis suis et ex parte adnotationibus historicis. quos duos libellos placuit edere inter auctaria ad Victorium Aquitanum. ad eos disputabitur de huius libri origine Campana.

1. ADDITAMENTA IN PROSPERI TEXTVM INSERTA.

In Prosperi textum quae epitomator inseruit pauca et exigui momenti quamquam edidimus supra cum Prosperianis uncis quadratis conclusa, placuit repetere coniuncta hoc loco. quae uncis comprehenduntur, sunt ipsius Prosperi.

c. 79: [Thola] de Isacar.
c. 89: [Iephte] Galadites.
c. 684: Pinytus Gnosiae urbis episcopus (Pinytus Cretensis *Prosper*).
c. 1125 ad a. 364: [Valentinianus] Pannonius.
c. 1214 ad a. 398: Gildo in Africa occiditur.
c. 1226 ad a. 404: [Honorio VI] et Aristaenecto.
c. 1240 ad a. 410: [Roma a Gothis Alarico duce capta] VIIII kal. Septemb.
c. 1253 ad a. 414: [Constantio] et Constante.

c. 1365 ad a. 451: Aquileia fracta est.
1366 ad a. 452: [Herculano] et Asphoracio.
1368 ad a. 453: [Opilione] et Vincomalo.

2. INDEX IMPERATORVM.

Index imperatorum a Theodosio ad Anastasium interpositus est in codice inter a. 387 et 388 epitomae. etsi prior pars ad Theodosium II usque sine dubio ex ipsis Prosperianis desumpta est et inserta propterea suis locis adnotationi nostrae, placuit hoc loco indicem exhibere ut legitur in libro.

1 Mortuo aput Viennam Valentiniano **Theodosius** XLIII, cum iam XIIII regnaret annos, regnat cum Arcadio et Honorio ann. III.
2 Quo Mediolani mortuo **Arcadius** XLIIII, cum iam regnasset an. XII, regnat cum fratre Honorio ann. XIII.
3 Mortuo Arcadio Constantinopolim **Honorius** cum Theodosio fratris filio regnat ann. XV XLV.
4 Quo mortuo **Theodosius** XLVI.
5 Cuius decreto tertio regni eius anno **Valentinianus** XLVII cum socero Theodosio ann. XXVI. quo mortuo regnat cum Marciano ann. IIII.
6 **Marcianus** XLVIII regnat post Valentinianum ann. tribus.
7 Quo mortuo **Leo** et **Maiorianus** XLVIIII regnant simul annis tribus.
8 **Severus** cum Leone regnat quinquagesimus ann. IIII. Severo mortuo regnat Leo in monarcia anno uno et cum Antemio ann. VII.
9 **Antemius** LI ann. VII.
10 **Olybrius** regnat quinquagesimus secundus menses III.
11 Quo mortuo IIII non. Novembres eodem anno, imperator fit V non. Martias **Glicerius** LIII.
12 Quo deposito **Nepus** LIIII.
13 **Augustulus** LV.
14 **Zeno.**
15 **Anastasius.**

1, 2 archadio   2, 1 cum *post* regnat *om.*   3, 1 archadio   2 xlu quadragesimus quintus   7 regnat   13 lu id est quinquagesimus quintus.   *in fine spatium vacat.*

3. AVCTARIVM AD ED. A. 455
ANNI 466.

Prospero haec addit codex nullo interstitio continuata.

1 [Valentiniano VIII et Antemio.] 455
2 [Valentinianus occiditur. levatur Maximus] XVI kl. April. [et occiditur] prid. kl. Iun.
3 [Gesiricus intrat Romam].
4 Nam Avitus in Galliis imperator efficitur.
5 Iohanne et Varane. 456
6 Avitus privatur imperio.
7 Constantino et Rufo. 457
8 Moritur Marcianus. levatur Leo et Ravennae Maiorianus V kal. Ian.
9 Leone et Maioriano. 458
10 Recemere et Patricio. 459
11 Valamer Durracium intravit.

12 Magno et Apollonio. 460
13 Severino et Gadalaifo. 461
14 Moritur Maiorianus. levatur Severus.
15 Leone Aug. et Severo Aug. 462
16 Basilio et Vibiano. 463
17 Olybrio et Rusticio. 464
18 Basilisco et Erminirico. 465
19 Severus moritur.
20 Leone Aug. ter 466

5 iohanne xxxi et uarane 9 *in margine* anno a passione dni cccexxxi 13 gudalaifo 16 bibiano 18 et *om.* *Subscriptum manu secunda:* et sequitur Puseo et Iohanne *(= a. 467)* anno ccxl *(sic)* a p. dni, *item in margine:* sed et haec quae sequitur storia usque ad Leonem iterum referet et sequitur Puseo et Iohanne: *remittimur scilicet ad indicem paschatum subiunctum, cuius consulatus incipiunt ab a. 464.*

4. DE ENOC ET HELIA[1]).

Dicitur venire Enoch et Helia praedicaturi adventum domini et diem iudicii mensibus XLII. creditur aeis de singulis tribubus excepto tribu Dan, pro qua reponitur tribu Levi XII virginum signatorum *Φ* interfectorum Christo. dies XL et quinque dilatio regni erit sanctorum, quibus est dominus in sua maiestate venturus. hic sextus millesimus annus inplevitur, sicut Danihelo Gabrihelus angelus post LXX annorum ebdomadas (*in margine manu prima:* quod est consulatu Bilisari) tam primum quam secundum ipsius declaravit adventum. denique novissimam ebdomadam dividit in Heliae tempore et verum (u rū *cod. spatio inter* u *et* r *vacante*) Christi, ut tribus et semis annis per eundem Heliam dei notitia confirmetur, de qua dicit: 'confirmavit pactum ebdo-'madis unae', et tribus aliis sub autem Christo, de quibus ait: 'et in dimidio ebdomadis 'deficiet hostia et sacrificium et erit abominatio desolationis'. unde et dominus discipulis interrogantibus de adventu respondit inter cetera dicens: 'cum viditis abominationem 'desolationis quae dicta est a Danihelo propheta stante in loco sancto. qui legit, in-'tellegat'. haec sunt venerabilis patris, que (quae *corr.*) inventa ingenii macies occupato potuit esarenti potuit extorquere sermonem. explicit.

Apocal. 7, 7; cf. I. Mos. 49, 7. — *Daniel 9, 27.* — *Matth. 24, 15.*

V. EPITOME CARTHAGINIENSIS.

Codex Matritensis 134, praeter Prosperum breviatum nobis *Z* (supra p. 367) et epitomam ex Prospero, de qua dictum est p. 372. 491, f. 41—46′ chronographiam exhibet in alio libro nullo quod sciam servatam, laudatam ex Alcobaciensi codice Matritensis archetypo a Vasaeo in annalibus Hispaniae l. I c. 4 (inde Arevalus in Isidorianis I p. 676), inscriptam *incipit cronografia sancti et doctoris summi Ysidori Ispalensis sedis episcopi.* Isidoro ea abiudicanda est neque in Hispania scripta, sed in Africa. nam in parte priore praeter res ad Iudaicam ecclesiasticamque historiam pertinentes saecularia nulla commemorantur nisi Roma condita, Vergilius natus et mortuus, denique Carthago condita anno Darii XXI.

1) Super v. adscribitur: *de duobus testibus.* — Harnackius noster, quem de hoc commentariolo consului, eum iudicat aut Hippolyti ipsius esse aut certe profectum ex secta Hippolytiana. conferendi liber eius de Antichristo et commentarius in Danielem.

capta anno post conditionem DCCXLVIII, et postea quoque, sicut ostendent infra edita, compilator ea maxime selegit quae ad Carthaginem pertinerent. denique computatio quae libellum claudit deducta est ad Trasamundi obitum a. p. Chr. 523 et adhaeret brevis notitia de postremis temporibus regni Wandalorum et de Carthagine a. 534 a Belisario recepta. illo igitur tempore libellus compilatus est et quidem fere ex chronicis Hieronymi et Prosperi et ex Rufini historia ecclesiastica, sicut satis accurate et plene indicat *prologus* quem subieci:

> Ysidorus lecturis (lectoris *Cod.*) salutem. Legenti mihi librum de temporibus, que Greca lingua cronica (crononica *C*) titulatur, consideravi viros, qui de tali re curam gesserunt, quales fuerunt, quo ingenio, quibus studiis floruerunt, quantum posteris prospexerunt, ita ut ipsum mundi transcursum quasi ante oculos situm aut stipiti corporaliter affixum in conspectu posuere legencium ipsaque diversarum gencium regna sibimet succedencia opere variato ita compte (copte *C*) ordinateque distincta, ut tanta retro currencia secula tamquam brevia capacibus et perexigua videantur. nos vero de brevi aliquid brevissimum facientes, omittentes nobis non necessaria Hebree gentis, unde usque in omnes generationes (gn̄s *C*) auctoritas sacra manavit, tantummodo tenuimus cursum ab Eusebio Cesariense maxime, ab Iheronimo cetera, a Prospero ultima in cronicis posita. hystoria autem ecclesiastica ab ipsius domini nostri Iesu Christi tempore passionis usque Constantini imperatoris religiosam confessionem et Licini persecutoris interitum item Eusebio auctore in Greco conscripta. usque Eugenii vero interfectionem et fidelissimi in Christo Theodosii victoriam inde (in *C*) Rufinus prima (p̄a *C*) transtulit in Latinum et ultima perfecit. ex utraque igitur delibantes, quantum ratio cogitationis exigit, vetera et nova tempora parvulorum deduximus in noticiam, quibus ad legendum series temporum diversarum gencium sibimet ex adverso in chronicis posita intelligendi denegat facultatem.

Praeter *chronicon* et *historiam*, ut ait ipse compilator passim, id est Hieronymum et Rufinum, quaedam adscivit ex sacris libris ipsis secundum versionem Hieronymi adsumptis etiam prologis eius, ut statim post praefationis subscriptionem: *explicit prologus* rerum enarratio incipit ita: *septem igitur veteris sacre legis editiones ubi eruditus et inquisitor ardentissimus Iheronimus se memorat repperisse, LXX scilicet, Aquile, Simmachi, Theudotionis et tres annonymas,* item in capite de Abraha posuit haec de libro Iob: *cuius librum ex duabus editionibus, Hebraca scilicet et Greca, a Iheronimo sicut et omnem auctoritatem invenimus interpretatum cum prologis suis.* praeterea si excipias Paulini vitam Ambrosii, unde quaedam ad Rufiniana adiecit, auctores nullos videtur adsumpsisse. — Totum libellum cum descriptum haberem ab Ewaldo, edere nolui: selegi ex priore parte haec:

> Manasses reg. super Iudam an. LV. is traditur Ysaiam secuisse: set in canonicis libris non habetur, in apocalipsis invenitur, ubi et catavaticum est ipsius Isaie, ubi et Manasse canticum invenitur. set quia dat omni paenitenti (petenti *C*) conpunctionem et nichil habet contra fidem, ab omnibus ecclesiis et monasteriis cantatur.
>
> [Artaxerses ... Memnon ... sub hoc rege historia, quae Hester libro continetur expleta (expletura *C*): ipse quippe est qui ab Hebreis Assuerus vocatur *(hactenus ex Hieronymo a. Abr. 1612)*]: nam si superioris Artaxersis, ut alii putant, gestum fuisset tempore, numquam de tali causa Esdras tantus scriba siluisset.
>
> *post Hieronymi de versione septuaginta interpretum adnotationem a. Abr. 1736:* hic

(Ptolemaeus Philadelphus) erat unius veri et vivi dei cultorum et quia necdum trinitatis sacramenta claruerant, ne in aliquo regis animus offenderetur, aliquanta de filio dei et de spiritu sancto LXX interpretes subtraxerunt, quae (qui *C*) ab Iheronimo in autentica Hebrea inveniuntur.

post Hieronymiana de tribus solibus simul exortis a. Abr. 1973: trinitatis in uno splendore luminis mundo iam cognitionem futuram significaverunt.

passione Christi memorata disputat de novo testamento: non dubium quod (pro *C*) Greca lingua fuerit editum preter evangelium Mathei, quod Iheronimus in bibliotheca Cesariensi litteris et verbis Hebraicis diligencia Eusebii custoditum esse dixit, in Graecam linguam Latinamque transtulit. hic Mattheus unus ex duodecim in Iudea (iudeam *C*) predicans que vidit narravit. Marcus (marchus *C*) vero Petri discipulus que a magistro audivit scripsit. Lucas (luchas *C*) similiter evangelium Pauli edidit. que utraque euangelia a magistris Petro, que vidit, et Paulo, que Christo sibi revelante cognovit et cum prioribus apostolis, ut ipse commemorat, contulit, accepta (a propheta *C*) et eorum iussu edita sunt. Iohannes vero omnium posterior iam claris mundo omnium que supra diximus euangeliis, dum Cerinthi (cherinti *C*) et Ebionitarum consurgeret dogma, qui asserebant Christum ante Mariam non fuisse, rogatus ab Asianis episcopis divinam Christi non solum nativitatem expressit, sed etiam quae (quo *C*) a Christo ante quam Iohannes Babtista decollaretur gesta sunt et a tribus superioribus pretermissa commemorat.

Telesforus septimus Romanae (rome *C*) episcopus ecclesie insigne martirium duxit: hoc historia *[Rufini 5, 6]*, nam chronica *[Hier. a. Abr. 2144]* siluit.

sub Alexandro: hoc tempore sancta Caecilia passa est.

sub Maximino: sexta persecutio facta: ab isto oculi effossi dextri et poplite sinistro diversis confessoribus inciso, ex quibus fuerunt usque ad Constantinum.

Gordianus ut fertur civis Tusdritanus. *Cf. Victor. 26; vita Maximini 14.*

de Fabiano episcopo Romae: huic praesente (presenti *C*) populo columba super caput sedit.

de persecutione sub Decio add.: qua Laurencius Romae diaconus coronatus est. septima igitur persecutio excrevit.

Babillas . . . Antiochenae ecclesiae episcopus coronatur et Fabianus subrogatur *(ex Hieronymo a. Abr. 2268)*, cuius passionis gesta ad nos usque pervenit.

de Fabiani martyrio adnotatur: hoc in cronicis *(Hieronymus a. Abr. 2269)*, historia siluit.

XXIII regni Constantini anno etiam Donatus, a quo Donatiani (donationi *C*), in Africa apparuit *(ex Hieronymo a. Abr. 2344)*, non impar Arrio: cuius heresis ortum et excessus Optatus (obtatus *C*) opere septem voluminum comprehendit.

Posterioris partis, scilicet ab initio Prosperi, subiunxi elenchum ita formatum, ut quae consentiunt cum vulgaribus vel ab iis non dissentiunt nisi omissionibus et corruptelis, simpliciter indicarentur, quae discedunt vel reperiri non potuerunt, ederentur. insunt in his Carthagine, ut dixi, compositis quaedam ad Prosperum adiecta et cum Prosperianis veris componenda.

Ab ultimo igitur anno Valentis usque ad ingressum regis Cartaginis Geiserici ann. LX.

Gratianus hoc modo cum fratre Valentiniano parvulo filio (filii *C*) Valentiniani reg. ann. VI. — *PR.* 1167

Gratianus — Orientis — *PR.* 1170

et cum multa religiose ac fortiter gesserit, a Maximo tiranno per comitem quendam interemptus est. — *RVF.* 11, 14

Iustina — ad discordiam populos *RVF.* 11, 15

qui utriusque (utrumque *C*) parcium populi fide differente (diffidente *C*) in unum conveniebant. —

Ambrosius autem — prima sortitur (fortitur *C*) *RVF.* 11, 16

adfuit tamen Theodosius — restituit *RVF.* 11, 17

igitur ad Orientem — conlapsus est *RVF.* 11, 19

tunc ille Antichristus (atichristo *C*) generis humani inimicus, qui corda regum mox fidei rudimenta suscepta nove quaestionis callida inventione subvertit (subuertat *C*), qui nihil aliter (? alide *C*) gessit nisi ut Christi ecclesias everteret (? eūet *C*), sacerdotes regna populos (populo *C*) ad fidei discordiam provocaret, homicidia adulteria et multa nefanda, que leges Romanae puniunt, regum fulti presidio sacerdotes in ecclesia publice comiterent, agnitus atque prostratus in regno Romano ulterius locum non inveniens in barbaras se transfudit nationes, apostolicum quasi testimonium proferens (proferes *C*): ad Romanos (-nus *C*) missi eramus, sed quia indignos se verbo dei iudicaverunt, conversi sumus ad gentes. vos enim digni eratis veram fidem suscipere. et omnia que de vocatione gentium scripture sancte plene sunt ad eorum personam transferentes barbarorum animas occuparunt. consueto illo inimicus auxilio, ut et populum Christianum barbarae dicioni (dictioni *C*) subiectum ad ipsum (? adi*m *C*) quasi convertens a Christo separet, et ut omnino sibi barbaros devinxissent, predicant apud se esse tantum unum deum, unam fidem, unum baptisma, ceterorum, qui ab eis foris sint (sibi *C*), debere babtismum iterari (-re *C*). quod per tanta discidia in regno Romano usque ad Theodosium, a quo de cunctis ecclesiis pulsi sunt, non sunt ausi commitere. quo futura (futurum *C*) ista perficit inimicus hodie (hodies *C*): testes sunt ecclesiae, ubi non gladio corpora, sed aqua anime iugulantur.

Apud Laudociam — fuisse perhibebat. merito huius heretici volui *RVF.* 11, 20
facere mentionem, quia sunt quidam Arrianorum, qui etiam Apollinaris (appolinaris *C*) septam et mutabilitante *(sic)* et perturbationem tribuant, qui propria sunt animae, quam se dominus habere testatur.

Theodosius — tribus *PR.* 1198

Theodosius — perimit *PR.* 1203

hoc tempore Augustinus — ordinatur *PR.* 1204

Theodosius — moritur *PR.* 1206

Archadius — XIII *PR.* 1207

Wandali — Ianuarii *PR.* 1230

Constantinus — transit *PR.* 1232

Honorius — XV *PR.* 1235

Wandali tribus annis in Gallias exemptis Ispaniam occupaverunt *PR.* 1237

Constantinus — orsum *PR.* 1243

Constantius sub Honorio magister (ĩgro *C*) milicie et consul qui *PR.* 1247.
et patricius Placidie Theodosii imperatoris filie, quam Ataulfus 1253. 1256.
coniugem habuerat, nuptias promeretur, ex quibus Valentinianus 1259. 1267.
Constanti et Placidie filius nascitur.

Constantius — adsumitur *PR.* 1273

eodem tempore — moritur *PR.* 1274

quo tempore post moritur: XIIII scilicet anno Honorii *(in marg. m. 1).* *PR.* 1276

Theodosius Archadii filius mortuo Honorio patruo suo Romanum obtinet imperium.

Theodosius Valentinianum amite sue filium Cesarem facit — factus est *PR.* 1286
atque a Placidia — recipiunt *PR.* 1288
Valentinianus (-no *C*) regno potitur Occidentis et decreto Theodosii Augustus appellatur. *PR.* 1289
gens — transit *PR.* 1295
Augustinus episcopus moritur VIII anno ante ingressum Carthaginis. *PR.* 1304
Pax (par *C*) cum Wandalis facta data eis ad habitandum per Trigetium Hippone regio (ipponie regie *C*). *PR.* 1321
Rex Geisericus — civitatibus pelleret (polleret *C*) *PR.* 1327
Valentinianus — accipit *PR.* 1328
per idem tempus IIII Hispaniae viri Archadius Probus Paschasius et Euticius — damnatus est *PR.* 1329
Geisericus (gersericus *C*) tribus annis Hippone (ypone *C*) regio exemptis Cartaginem occupat sub die XIIII kalendas Novembris omnesque — bellum intulisset *PR.* 1339
Eo tempore archidiaconus urbis Rome Leo nomine gaudenti patria Romane ecclesie episcopus ordinatur. *PR.* 1341
Cum Geiserico autem Valentiniano Augusto (-tus *C*) pax confirmata — divisa est *PR.* 1347
Colliguntur a principio mundi usque ad novissimum annum Trasamundi anni VDCCVIII hoc modo:
ab Adam usque ad Abraham IIICLXXXIIII
a nativitate Abrahe usque ad vocationem anni LXXXV
a prefato anno promissionis (-nes *C*) Abrahae usque ad exitum Israhel de Egipto anni CCCCXXX
Moyses in heremo fuit ann. XL
Iosue in terra promissionis ann. XXVII
sub iudicibus anni sunt CCLXXXVIII
sub Hely sacerdote anni XL
in regno Saul anni XL
a David usque ad transmigrationem Babilonis anni sunt CCCCLXXXV
a transmigratione Babilonis usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi anni DLXXXVII
dominus Iesus Christus hic in corpore positus annis XXXIII
a passione domini usque ingressum Wandalorum Cartagine ann. CCCCXIII.

sequitur laterculus regum Wandalorum cum similibus editus.

VI. INTERPOLATIONES PROSPERI CHRONICIS INSERTAE SAEC. XV.

Post renatas litteras Prosperi chronica Hieronymianis addita (ea enim pars sola tum vulgo nota erat) bis interpolata sunt, primum in libris scriptis non paucis saeculi XV omnibus, quos supra p. 368 in recensu eorum distinxi asterisco, item in editione principe s. l. et a. facta Mediolani c. a. 1475, ex Marcellino, cuius epitome in eius

generis libris quibusdam chronico Prosperiano subiungitur; deinde in editione altera quae prodiit Venetiis a. 1483 adhibitis pluribus auctoribus, quos tabula subiecta indicat. nobis cum futtilibus his additamentis apparatum onerare displiceret, utile visum est hoc loco ea componere auctoritate adscripta, ne fallerent deinceps, ut adhuc saepe fefellerunt.

a. 379 Ausonio et Olybrio cos.	Theodosius summa felicitate multis atque ingentibus proeliis Gothos superat et e Thracia pellit.	Iordanes Get. 27, 140.
	Longobardi ab extremis Germaniae finibus Oceanique protinus litore Scandiaque insula magna multitudine ingressi et novarum sedium avidi Iborea et Aione ducibus Vandalos primum vicerunt.	Paulus hist. Lang. 1, 2. 7 adhibito Iordane Get. 3. 16.
	Sempronius vir apprime eruditus agnoscitur.	Hieronymus vir. ill. 134, *ubi est* Sophronius.
a. 380 Gratiano V et Theodosio cos.	Theodosius cum Thessalonicae aegrotaret, ab Ascholio eiusdem civitatis episcopo baptisma suscepit.	Cassiodorus hist. trip. 9, 6.
	Procurante Gratiano, eo quod Theodosius aegrotaret, pax firmatur cum Gothis.	Iordanes Get. 27, 141.
	Synodus Patrum CL apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium spiritum sanctum deum esse negantem.	Cassiodorus hist. trip. 9, 12.
a. 381 Suagrio et Eucherio cos.	Gregorius Nazianzenus vir sua aetate eloquentissimus et Hieronymi praeceptor obiit.	Hieronymus vir. ill. 117.
a. 383 Merobaude II et Saturnino cos.	Petronius Bononiensis episcopus vir studiis et sanctitate clarus moritur.	Gennadius vir. ill. 41.
a. 389 Timasio et Promoto cos.	Langobardi eorum ducibus defunctis primum sibi regem creaverunt Algelmundum Aionis filium, qui regnavit annis XXXIII.	Paulus hist. Lang. 1, 14.
a. 390 Valentiniano IV et Neoterio cos.	Signum in caelo quasi columna pendens ardensque per dies XXX apparuit.	Marcellinus ad h. a.
	Theodosius venerabile Iohannis Baptistae caput ex vico Coslai Constantinopolim deportans septimo ab urbe lapide in basilica, quam magno sumptu in eius honorem erexerat, recondit.	Cassiodorus hist. trip. 9, 43.
a. 391 Tatiano et Symmacho cos.	Eugenius favore Arbogastis confisus imperium sibimet usurpavit.	Marcellinus ad h. a.
a. 393 Theodosio III et Abundantio cos.	Honorium pater suus Theodosius in eodem loco, quo fratrem eius Arcadium Caesarem fecerat, principem constituit, XVII ab urbe miliario, cum hora tertia tenebrae factae sunt.	Marcellinus ad h. a.
a. 396 Arcadio IV et Honorio III cos.	Terraemotus per dies plurimos fuit caelumque ardere visum est.	Marcellinus ad h. a.
	Orosius Hispanus presbyter vir eloquens et historiarum cognitor claret.	Gennadius vir. ill. 39.

a. 397 Caesario et Attico cos.	Flaccilla nata est Arcadio filia.	Marcellinus ad h. a.
	Euagrius incredibilis abstinentiae monachus et in sacris litteris eruditus apud Aegyptos habetur insignis.	Gennadius vir. ill. 11.
a. 403 Theodosio Augusto et Rumorido cos.	Eudoxiae Arcadii uxoris statua super porphyricam columnam posita est.	Marcellinus ad h. a.
a. 404 Honorio VI et Aristaeneto cos.	Eudoxia uxor Arcadii diem clausit.	Marcellinus ad h. a.
a. 407 Honorio VII et Theodosio II cos.	[Constantinus] ex infima militia ob solam speciem nominis.	Orosius 7, 40, 4.
a. 423 Mariniano et Asclepiodoto cos.	Langobardorum II. regnavit Lamissus meretricis filius annis III.	Paulus hist. Lang. 1, 15. 17. *quot annos regnarit Lamissio, nec Paulus refert nec alius quisquam.*
a. 433 Theodosio XIV et Maximo cos.	Maxima urbis regiae pars septentrionalis per dies tres continuos incensa collapsaque est mense Augusto.	Marcellinus ad h. a.
	Iohannes monachus cognomento Cassianus Massiliae insignis et facundus scriptor habetur.	Gennadius vir. ill. 61.

LIBER PASCHALIS

CODICIS CIZENSIS

A. CCCCXLVII.

Inter libros scriptos impressosque, quos episcopus Iulius Pflugk († a. 1564) gymnasio oppidi Zeitz legavit, scripto hodie numerato fol. 19, quo continetur commentarius in decretalia Bonifatii VIII, adglutinata fuerunt a bibliopega folia quaedam visa volumini etiamtum adhaerentia a. 1816 Augusto Guilelmo Cramer[1]), qui paginas tum prostantes (infra f. 1r. f. 2v. f. 3v. f. 4r.) edidit in narratione 'de fragmentis nonnullis 'vetustarum membranarum' (Kiliae 1826. 4. pp. 59; cf. eundem *Hauschronik* 1822 p. 124). post aliquot annos ex compage soluta sunt et sic descripta a Gustavo Haenel omnia. is ea edidit ita, ut paginas Cramero visas emendaret, reliquas adiceret, in annalibus Richterianis (*kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft* ann. 1 sive 1837 vol. 2 p. 756—760). anno c. 1862 folia translata sunt in bibliothecam Berolinensem, ubi prostant sub n. quart. 298. edidi ea ego in actis maioribus academiae Berolinensis anni 1862 p. 539—566. continentur iis fragmenta libri praeterea ignoti, scripti ab auctore cuius nomen latet anno p. Chr. 447, hodie noti sub nomine quod retinuimus paschalis Cizensis. egerunt de eo praeter editores Rossius inscr. Chr. I (1861) p. XCI—XCII (cf. p. LIX. LX) et Kruschius *Studien* (1880) p. 116 seq.; *neues Archiv* 9 (1884) p. 275.

Litteratura uncialis est et plane egregia, cuius specimen ego addidi editioni illi f. 1 rectam et f. 2 versam, Zangemeister et Wattenbach inter exempla codicum Latinorum litteris maiusculis scriptorum (1876) tab. 23 f. 1 rectam; huic editioni adiectae sunt in tabulis I. II folii 2 versa et folii 3 versa. scriptura saeculo, quo tractatus conscriptus est, digna compendia praeter legitima nulla exhibet, nisi semel p. 1, 11 DNS. capita separantur solito more versibus primis eminentibus, extremis non perscriptis: punctis commata separantur semel p. 1, 8 post *desit,* verba ubi dies memorantur 1, 19 III·IDVS·APRIL· et 1, 20 ·VI·KAL·APRIL· pagina in praefatione versus habet 25, in laterculo, ubi consules solos recenset, consulatus 24, ubi addit epactam et mensem paschalem, consulatus tantummodo 12, quamquam hi quoque singulos versus tantummodo occupant maioribus nimirum spatiis separati. litterae per se evidentissimae multis locis obscuratae sunt vel plane evanuerunt cum quod folia ex tegumentis detracta sunt nulla cura tum quod venena iis adhibita sunt nociva et vitiosa. adiuvit me in legendi negotio difficili Iaffé quondam noster ut amicissimus ita peritissimus. errores priorum, quos redarguunt membranae, in apparatu non adnotentur.

[1]) Cramer sic narrat: '(libros originem trahentes ex hereditate Iulii Pflugkii .... dum percurro, in 'unum incido horribilis magnitudinis librum, cui sustinendo vires vix sufficiebant ... continebat liber com'mentar. in decretalium Bonifacii VIII librum sextum tituloque carebat, incipiebat autem a verbis *quia glos.* '*i. sine recitatione legum* .... cuius claustra dum resero et tegumentum adversum evolvo, ecce obtutum figit 'ipsi adglutinata intus membranae plagula et in aversa tabula altera itidem plagula ex eodem utraque trans'sumpta libello.' haec omnia conveniunt in codicem fol. 19. quod Pertzius *Archiv* 11 (1858) p. 733 enarrans codices gymnasii Cizensis ad folia illa quattuor adnotat: *noch einige Zeilen von derselben Schrift finden sich in n. 19 und n. 33,* inspectis voluminibus missis Berolinum deprehendi non ita se habere. cernuntur in utroque volumine vestigia foliorum aliquando adglutinatorum teguminibus, iam vero detractorum; alteri volumini n. 33, quod incipit *Gregorius hoc prohemium,* quaenam folia adglutinata fuerint, ignoro.

Cum foliorum quae supersunt primum contineat praefationis finem et inscriptionem cycli primi occupantem paginam fere dimidiam, secundum cycli primi annorum LXXXIV annos primos quattuor et viginti cum epactis et mensibus paschalibus, tertium consules a. 159—191 cycli secundi et post inscriptionem cycli tertii annos eius 192—198 non additis epactis et paschalibus mensibus, quartum annos cycli quarti 365—388 additis rursus iisdem, intellegitur codicem integrum ita fere fuisse dispositum:

	[f. 1	praefatio]
	[f. 2	„]
	[f. 3	„]
q. I	f. 4	praefationis finis. Inscriptio cycli primi
	f. 5	consules a. XXIV (a. 29—52)
	[f. 6	„ „ XXIV (a. 53—76)]
	[f. 7	„ „ XXIV (a. 77—100)]
	[f. 8	„ „ XII (a. 101—112). Inscriptio cycli secundi]
	[f. 9	„ „ XLVIII (a. 113—158)]
	f. 10	„ „ XXXIV (a. 159—191). Inscriptio cycli tertii. Cos. a. VII (a. 192—198)
	[f. 11	„ „ XLVIII (a. 199—248)]
q. II	[f. 12	„ „ XXXII (a. 249—c. 280). Inscriptio cycli quarti]
	[f. 13	„ „ XLVIII (c. 281—330)]
	[f. 14	„ „ XXXIV (c. 331—364). Inscriptio cycli quinti]
	f. 15	„ „ XXIV (c. 365—388)
	[f. 16	„ „ XXIV (a. 389—412)]
q. III	[f. 17	„ „ XXIV (a. 413—436)]
	[f. 18	„ „ XII (a. 437—448). Inscriptio cycli sexti?]
		(indices paparum et imperatorum)

superesse igitur foliorum paria duo cohaerentia ambo, scilicet f. 4. 5 quaternionis primi et f 10. 15 secundi, a bibliopega ita adglutinata, ut ex binis foliis antiquis singula efficeret formae maioris.

De quaestionibus paschalibus exponere et quem locum in iis hic commentarius obtineat determinare chronicorum editori non licet, quamquam non magis licuit ei ipsum commentarium omittere, qui si plenus esset, etiam imperatorum et episcoporum Romanorum ordinem nobis traderet, nunc certe fastorum consularium reliquias proponit a reliquis eius generis monumentis non separandas. nihilominus ut ad nostras res quae spectant satis intellegantur, pauca addam de libelli argumento.

1. Cyclum antea determinatum ratione astronomica, ut inciperet a kalendis Ianuariis anni solaris incidentibus et in primum diem mensis lunaris et in Saturni hebdomadis Iudaicae primum, auctor cum iis rationibus suos calculos satisfacere non posse intellegeret, historica ratione orsus est ab anno passionis (vide p. 353).

2. Epactam Latinorum perturbatam propterea, quod cyclus LXXXIV annorum aequatione nititur tot annorum Iulianorum (= dierum 30681) cum mensibus lunaribus 1039 (= dierum 30682¼) parum accurata, huius paschalis auctor ita correxit, ut resurrectionem Christi adsignans diei Mart. 27 a. 29, lunaris mensis decimo septimo et inde procedens lunam uno die vel biduo retraheret, sed retento ipso illo cyclo a futura aberratione minime caveret.

3. Reliquas leges computationis paschalis adhuc Romae observatas videtur retinuisse non mutatas: neque enim aliter explicari potest, quod in laterculum non rettulit nisi epactam lunamque k. Ian. et primum mensis paschalis diem [1], quippe ad quos solos

1 Non recte Kruschius (p. 117) posuit paschatis diem in versibus extremis periisse marginibus recisis, cum paginae duae praefationem habentes luculenter ostendant marginem ita imminutum esse,

mutatio ab auctore proposita perveniret. tantum autem afuit, ut certam et definitam legem paschatis celebrandi in futurum stabiliret, ut teste ipso in praefatione ad paschata secundum illas leges computata ratione Latina in adnotatione poneret ubi differrent paschata Alexandrina. in unica quae in reliquiis superest geminatione, scilicet ad a. cycli 23 (quam adscripsit ad cyclum primum a. 51 pertinentem similiter ad a. 387), ad mensem paschalem VIII id. Mart. = Mart. 8 respondentem paschati Mart. 28 adnotans eius anni pascha secundum Theophilum celebrandum esse XIIII k. Mai. = Apr. 18 idque posse admitti, male apud Latinos celebrari XII k. Apr. = Mart. 21, graviter erravit, nam Alexandrinos constat ei anno pascha adsignavisse a. d. VII k. Mai. = Apr. 25, sive quod ex elementis Theophili diem Apr. 18 deduxit evitato Theophiliano vero utpote apud Latinos non admittendo propterea quod is dies fines eorum paschales egreditur, sive dissensum in paschali ab ipso adhibito sine nomine adnotatum errore ad auctorem Graecum rettulit [1].

Emendationem cycli eo tempore a Romana ecclesia usurpati neque ingeniosam neque solidam auctor direxit, ut ex praefatione apparet, ad eius tum antistitem Leonem I (a. 440—461), potestque admitti eius in paschatis annorum sequentium [2]) determinandis aliquam rationem habitam esse, quamquam eiusmodi usus argumenta certa nulla suppetunt [3]). sed neque scripsit commentarium iussu pontificis, id quod nescio quo modo Kruschius p. 117 inde collegit, quod de geminationibus laterculi auctor electionem pontificis esse ait, neque de Victoriano laterculo quae traduntur, cum laterculi huius a. 447 publicati receptione legitima, quam idem Kruschius factam esse iudicat, ullo modo conciliabuntur. eum si recepisset ecclesia Romana, eius archidiaconus Hilarus non hortatus esset post paucos annos calculatorem Gallicum insignem, ut discrepantias inter auctores partis utriusque agitatas ex professo retractaret. multo minus ipse Victorius in epistula c. 8 haec scripsisset: *plerumque sane partis utriusque sententia in unum quidem sollemnitatis huiusce diem concurrit, sed in lunae dinumeratione variatur, cumque eam Aegyptii XVI in die paschae verbi gratia numerarent, nostri eandem XVII vel etiam XVIII calculantur:* nam ipsam eam discrepantiam inter computationem Romanam et Alexandrinam tollit commentarius is de quo agitur [4]). denique ut mittamus eum vere ne pro paschali quidem perhiberi posse, cum ipsa paschata ab eo absint, episcopos Romanos saeculi quinti tenendum est neque hunc neque alium ullum paschatum canonem tamquam legitimum admisisse. nam cum secundum decretum concilii Nicaeni constaret uno eodemque die per univer-

ut in folio recto nullae litterae perierint, in folio verso binae ad summum vel ternae, itaque tot litteras, quot requirit Kruschius, nullo modo addi posse. 1) Illam opinionem ego exposui p. 560, hanc praefert Kruschius p. 111. 2) Pascha a. 444 celebratum die Mart. 26 ego in editione supra citata p. 561 dixi, cum huius paschalis regulis conveniat, abhorrere ab antiquioribus; contra Kruschius p. 110 contendit etiam secundum eas per exceptionem tolerari potuisse, recte puto, itaque non opus erit ut summus etiam ante a. 447 alium aliquem calculatorem similia proposuisse. 3) Credit Kruschius p. 128 ad hunc commentarium respicere Leonem in ep. 137 ad Marcianum Augustum d. 29 Mai. 454 directa dubitantem de paschate a. 455 Alexandrinorum, *cum a passione domini in omnibus nostris annalibus XV kal. Mai. dies legatur adscriptus*, cum quo loco conferendus est alter ep. 127 scripta a. 454 Ian. 9: *in nostris annalibus XV kal. Mai. dies apertissime a patribus nostris constitutus legitur et celebratus.* annalibus significari paschale Cizense, quippe quod ordiatur a passione et habeat praeter paschata etiam imperatorum et episcoporum ordines. hoc si verum esset, ne inde quidem sequeretur paschalem commentarium illum pro lege Romae observatum esse. sed non est verum. nam neque additis laterculis illis ex paschali libro efficitur annalis neque omnino de certo aliquo laterculo loquitur Leo, sed de computationibus monumentisque historicis omnibus, quorum sibi copia sit, eamque ipsam ob causam vocabulo annalium utitur generali neque ad laterculos solos restringendo. hoc igitur dicit ex quo pascha celebratum sit Romae in eiusmodi annis eum diem constanter observatum esse, ut ne hoc quidem ex his locis recte colligas eum adhibuisse laterculum aliquem incipientem a passione, sed tantummodo in documentis sedis Romanae nullum diem huiusce paschatis repertum esse nisi XV k. Mai. 4) Hoc cum ipse Kruschius optime perspexisset, p. 126 coniectura audaciore quam feliciore comma hoc statuit a Victorio ex exordio paschalis Cizensis in suum translatum esse, furto sane non minus impudenti quam inepto.

sum orbem a Christianis resurrectionem salvatoris celebrandam esse, secundum interpretationem autem eo tempore et receptam in Occidente et aliquatenus in Oriente quoque agnitam definitionem diei, ubi de eo dubitaretur, spectare ad pontificem ecclesiae Romanae, hoc primatus sui insigni privilegio tantum aberat ut episcopi sese privarent proposito laterculo aliquo in futurum valituro, ut e contrario statuerent paschatis diem legitime definiri quotannis per litteras pontificis Romani reliquis ecclesiis transmissas, laterculis paschalibus ad rei instructionem ita adhibitis, ut nullo eorum ipsi legitime constringerentur. eapropter tam hic canon quam Victorianus geminationes nequaquam sustulerunt, sed data opera enuntiant simul profitente utroque auctore electionem pendere a decretis annuis pontificis Romani.

Superest, ut agamus de huiusce commentarii consularibus. spatio annorum 84 × 5 = 420, quod laterculus se ait complecti, cum conveniant tam primi consules a. p. Chr. 29 Gemini duo, ad quos secundum receptam opinionem Christi passionem refert, quam paenultimi in exordio nominati Calepius et Artaburis a. p. Chr. 447, expectes cyclos quoque recte auctorem ordinavisse sic 29—112. 113—196. 197—280. 281—364. 365—448. sed secus est: nam quamquam cyclus auctori proximus recte se habet (vix enim dubium est f. 4r. inchoavisse ab eius anno primo), secundi ultimi et tertii primi consules non sunt annorum 196 et 197, sed annorum 191 et 192. praeterea antiquissimum fastorum vitium, quod supra p. 200 iam deprehendimus in fastis Constantinopolitanis, scilicet consulatus duorum Augustorum a. 161 sub diversa significatione bis numeratus, in hanc quoque tabulam irrepsit. itaque qui eam composuit fastis usus est per annos illos CCCCXX ita vitiosis, ut ficticii inessent quinque, abessent veri totidem eaeque mendae ita sese compensarent, ut ad quintum cyclum non pervenirent. errorum illorum cum unum solum deprehendamus in reliquiis nostris, de reliquis quamquam spatiis dinumeratis, ut supra proposuimus, aliquatenus coniecturae proponi possunt, eae neque certae sunt neque eorum exquisitio utilitatem haberet. hoc apparet non laterculo eo auctorem usum esse quem in consularibus Italicis et Prosperianis deprehendimus (supra p. 254), sed aliquantum praestantiore: maxime consulatus a. 29—52 in illis admodum vitiosi in his nostris recte decurrunt, nomina quoque melius formata sunt et minus corrupta quam in illis habentur. ignorantiam scriptoris produnt numeri iterationum: ita Gaium a. 41 consulem facit III pro IIII non numerato consulatu primo non ordinario; similiter Claudii consulatus a. 42 et 43 uno minuit, cum recte numerentur sequentes. consules duos Vitellium patrem II a. 43, III a. 47 et filium consulem a. 48 pro uno habens hoc anno scribit *Vitellio IIII,* qui error et ipse redit in fastis Constantinopolitanis (supra p. 220); simili ratione duos Pudentes consules a. 165. 166 et duos Orfitos a. 165. 172 et duos Rufos a. 178. 181 male confudit. imperatoris Commodi consulatus septem a. 177. [179. 181.] 183. 186. 190. 192 hic numerantur III—VIIII, scilicet connumeratis consulatibus duobus Commodi eius qui postea dictus est L. Verus a. 154. 161, quamquam hic in fastis his non appellatur *L. Aelius Aurelius Commodus,* sed brevius *Aurelius Caesar:* unde intellegitur hanc certe mendam redire ad consularium horum archetypum. similiter a. 376 consulatum primum Valentiniani iunioris male fecit senioris quintum.

Imperatorum recensum alterumque pontificum Romanorum, quos commentario se addidisse auctor ait, reliquiae nostrae non servarunt. paparum indices duo apud Prosperum interpolati alter in libris *AO* (supra p. 380), alter in libris *FPXZ* (supra p. 486) ad hunc tractatum non pertinent, quamquam aliter censet Duchesnius lib. pont. I p. XIV. nihilo minus recte fortasse coniecit egregius harum quaestionum iudex, quem litteris ereptum ante tempus lugemus, episcopus Durhamensis I. B. Lightfoot (*the apostolic fathers* Londinii 1890 vol. 1 p. 311) Romanorum episcoporum catalogos quos habemus superstructos esse indici Liberiano, continuatos deinde ad papam Leonem descendere ex hoc nostro tractatu paschali.

(desunt plura)

ut dixi, accidit. quia et in regulis festi et in cursu luna[e] pars utraque non consonat. *f. 1*

Unde cum ex iudicio venerabilium patrum Aegyptiae ad haec scientiae emineret auctoritas, ita paschalis revolutionis ordinem credidimus digerendum, ut, ubi duplicem denuntiationem opinionum diversitas facit, subnotatio nostra non desit et quid electatione tua, ad quam cuncta respiciunt, dignius videatur, ostendat.

Initium autem totius decursionis ab illo pascha duximus inchoandum, quod sua passione dominus consecravit. cuius octogensimus et quartus annus ita omnes lunares cursus in sua mutabilitate concludit, ut in id unde coeperat redeat adque ad eundem finem pari lege decurrat. quae renovatio quinquiens octogenos quaternos annos peragens quadrigentos et viginti eo anno completura est, qui Calepii et Artaburis consulatum sequetur, *p. C. 447* ut post illud pascha, quod III idus April. celebrandum est, sexti cycli exordium faciat resurrectio salvatoris, cuius dies est VI kal. April.

Huic autem collectioni paschalium dierum non solum seriem consulum conexuimus, sed etiam annos apostolicae sedis antistitum et aetates regni principum Romanorum diligentissima adnotatione subdidimus, ut quum || *(deficiunt litt. c. 14)* [te]mporibus et in lunae recur- *f. 1'* [su con]son[et, per te]stimonium quodammodo per [nos] constitu[tum] nullo de paschali successio[ne] d[ubitetur modo].

[incipit]
cyclus
[primus]

Codicis folia, scilicet quae extant, numerata sunt et versuum divisio in editione retenta. capita ut in editione distincta sunt, ita in codice separantur eminente in singulis versu primo. 1 in ita *cum priores editores versum finiant, in loco hodie evanido Jaffeus, sed dubitans ipse, videre sibi visus est* nos 8 electione *malim* 11 dus *codex* 12 ann..s *hodie cod.* 25 quum *codex mire: supra c. 3 est* cum 26 mporibus *ego*, ..r idus *Haenel errore* *post* recur *in v. extremo hiatum adnotat Haenel errore* 27 |***s(?)* o(?)n(?) ...stimonium *ego*, conson...ca testimonium *Haenel* per *potius quam* fer *ego*, feri *Haenel* 28 * con sti(?)t ? n(?)... nullo *ego*, ie constitutae sunt quod *Haenel* 29 . d.... *vacante versu extremo ego*, ne dubitatur ....is *seq. spatio vacuo Haenel* 31 cyclus *repperit Jaffé: ante et post id litterarum vestigia.*

f. 2 a. 29	. . . .		. . . .	
30	Vini*[cio et Longino]* .		. . . .	
31	. . . .		. . . .	IIII k Ap
32	. . . .		. . an	
33	. . . .		kal · Ian d V lu	
34	*[Persico et]* Vi*[tellio]* .		. . . . . lun . X	
35	. . . .		. . . . . lun · XXVI	
36	. . . .		. . . . . lun	
37	. . . .		kal · Ian . II lun	
38	. . . .		. . . III lun XXX .	mn k. .
39	G · Cae*[sare et Apronio]*		kal . . I lun XI . .	m̄n IIX k. A[pr.]
40	G · Caesa*[re II]*		. an . . lu	
f. 2 41	G · Caesare III et Saturnino		kal·Ian·d·I· lun·IIII·	mn·IIII·k·Apr·
42	Tib · Claudio et Largo		kal·Ian·d·II· lun·XV·	m̄n·XVI·k·Apr·
43	Tib · Claudio II et Vitellio II		kal·Ian·d·III· lun·XXVI·	meni non·Apr·
44	Prispo et Tauro		kal·Ian·d·IIII·lun·VII·	men·VIII·k·Apr·
45	Vinicio II et Corvino		kal·Ian·d·VI· lun·XVIII·	m̄n II id·Mart·
46	Asiatico II et Silano		kal·Ian·d·VII·lun·XXVIIII·	mn·k·Apr·
47	Tib · Claudio IIII et Vitellio		kal·Ian·d·I· lun·X·	mn·XI·k·Apr·
48	Vitellio IIII et Publicola		kal·Ian·d·II· lun·XXI·	m̄n·V·id·Mart.
49	Q · Veranio et Gallo		kal·Ian·d·IIII·lun II ·	mn III k · Apr·
50	Vetere et Nerviliano		kal·Ian·d·V· lun·XIII·	m̄n·XIIII·k·Apr·
51	Tib · Claudio V et Orphito		kal·Ian·d·VI· lun·XXIIII·	m̄n·VIII·id·Mart·
52	Sylla et Othone	Theophilus pasc·in XIIII kal·Mai·pronuntiavit, quod forte sit melius, tantum ut XII kal·Apriles, quod Latini elegerant, refutetur.	kal·Ian·d·VII·lun·VII	mn VI k·April·

(desunt folia quattuor)

f. 3 a. 159	Quintillo	et Prisco
160	Bradua	et Varo
161	Antonino IIII	et Aurelio Caesare
—	duobus	Agostis

f. 2 pagina recta tota fere evanuit. Haenel, qui eam vidit minus corruptam, in ea legit haec:

a. 34	. . . . lun . XI . mn . . .
35	. . . . lun . XXV . mn . . .
36	. . . . Mart . d . VII . lun . XVI . mn . . .
37	. . . . . kal . . . .
38	. . . . . kal . . . . lun . XXX . mn . k .
39	. . . . . x, ca . . kal . . . . lun . XI . m̄n . XII . ka .
40	. . . . . G . Caesa . . . . XXIII . mn . VI .

43 meni *cod., non* mens, *ut legit Haenel* 44 *scr.* Crispo 50 neruiliano *Cramer, superest* neruili.] 52 sylla et othone *Cramer, superest* syll lun uii] *immo* lun u, *cf. a. 388* 160 *scr.* Vero 161 *b* agostis *Haenel, iam fere evanuit*

162 Rustico	et Aquilino
163 Laeliano	et Pastore
164 Macrino	et Celso
165 Orphito	et Pudente
166 Pudente II	et Polione
167 Varo III	et Quadrato
168 Aproniano	et Paulo
169 Prisco	et Apollonari
170 Cethego	et Claro
171 Severo	et Herenniano
172 Orphito II	et Maximo
173 Severo II	et Pompeiano
174 Gallo	et Flacco
175 Pisone	et Iuliano
176 Polione	et Apro
177 Commodo III	et Quintillo
178 Orphito III	et Rufo
179 Commodo	et Vero
180 Praesente	et Cordiano
181 Comm	et Rufo II
182 Mamertino	et Rufo
183 ‖ Commodo VI	et Victorino f. 3
184 Marullo	et Aeliano
185 Materno	et Bradua
186 Commodo VII	et Glabrione
187 Crispino	et Aelano
188 Fusciano	et Silano
189 duobus	Silanis
190 Commodo VIII	et Septimiano
191 Aproniano	et Bradua

Incipiunt consules cycli tertii

192 Commodo VIIII	et Pertinace
193 Falcone	et Claro
194 Severo	et Albino
195 Tertullo	et Clemente
196 Dextro	et Prisco
197 Laterano	et Rufino
198 Saturnino	et Gallo

(desunt folia quattuor.)

162 et] ET *cod.* 167 *ante* Varo *scr.* Vero *in margine* ⊢⊣ 179 *scr.* Commodo IIII 180 *scr.* Condiano 181 COM *cod.*: Commodo *Haenel dubitans: scr.* Commodo V 187 *scr.* Aeliano.

f. 4	365 Valentiniano et Valente conss	kal Ian d		
	366 Gratiano et Dagalaifo	kal·Ian·d·I·	lun·II	
	367 Lupicino et Iovino	kal·Ian·d·II·	lun·XI	
	368 Valentiniano II·et Valente II	kal·Ian·d·III·	lun·XX	
	369 Valentiniano·np·et Victore	kal·Ian·d·V·	lun·V	
	370 Valentiniano·III·et Valente	kal·Ian·d·VI·	lun·X	
	371 Gratiano·II·et Probo	kal·Ian·d·VII·	lun·X	
	372 Modesto et Arintheo	kal·Ian·d·I·	lun·VII	
	373 Valentiniano·IIII·et Valente IIII	kal.Ian·d·III·	lun·X	
	374 Gratiano III·et Equitio	kal·Ian·d·IIII·	lun·XX	
	375 post conss·Gratiani III et Equitii	kal·Ian·d·V·	lun·XI	
	376 Valente·V·et Valentiniano V	kal·Ian·d·VI·	lun·XX	
f. 4'	377 ‖ Gratiano IIII et Merobaude	kal·Ian·d·I·	lun·IIII·	mn·IIII·k·Apr·
	378 Valente·VI·et·Valentiniano II	kal·Ian·d·II·	lun·XV·	mn·XVI·kal·Apr·
	379 Ausonio et Olybrio	kal·Ian·d·III·	lun·XXVI·	mn II non·Apr·
	380 Gratiano·V·et Theodosio	kal·Ian·d·IIII·	lun·VII·	mn·VIII·kal·Apr·
	381 Syagrio et Eucaerio	kal·Ian·d·VI·	lun·XVIII·	mn·II·id·Mar
	382 Antonino et Syagrio	kal·Ian·d·VII·	lun·XXVIIII·	mn·k·Apr
	383 Merobaude II et Saturnino	kal·Ian·d·I·	lun·X·	mn·k·Apr·
	384 Ricomere et Clearcho	kal·Ian·d·II·	lun·XXI·	mn·V·id·Mar
	385 Arcadio·et Bautone	kal·Ian·d·IIII·	lun·II·	mn·k·Apr
	386 Honorio np·et Euodio	kal·Ian·d·V·	lun·XIII·	mn·XIIII·k·Apr·
	387 Valentiniano III·et Eutropio	kal·Ian·d·VI·	lun·XXIIII·	mn·VIII·id·Mar
	388 Theodosio II et Cynegio	kal Ian·d·VII	lun·VI·	mn·VI k·Apr·

366 GALAIFO (DA *superscr.*) *codex* 372 ARANTHEO (I *superscr.*) *codex* 377 MEROBAVDE *Haenel*,]MEROBAV hodie cernitur 378 UALENTINIANO II·KAL·IAN·D·II·LVN *Haenel*, UALENTINIANO// KAL·IAN·D·//UN cernitur 383 LVN X[I] *codex*, LUN·XI *Haenel* K·APR] *requiritur* XI·K·APR 385 K·APR·] *requiritur* III·K·APR 388 CYNIGIO (E *superscr.*) *codex* LVN·UI] *requiritur* LVN·U, *cf. a.* 52 *in fine signum* —

POLEMII SILVII

LATERCVLVS

ANNI CCCCXLIX.

ACCEDUNT

I. NOTITIA GALLIARUM.

II. DE NOMINIBVS GALLICIS.

LIBRI ADHIBITI

IN TOTO LATERCVLO

P = Bruxellensis n. 10615—10729 saec. XII

IN LATERCVLO PROVINCIARVM

B = Bambergensis E. III. 14 saec. XI
O = Oxoniensis coll. Magd. n. 14 saec. XIV
V = Vaticanus n. 341 saec. X
9 = Albigensis n. 29 saec. VIII
10 = Parisinus n. 4808 saec. X
18 = Monacensis Frisingensis n. 6243 saec. VIII

68 = Parisinus n. 2123 saec. IX
72 = Monacensis Palatinus n. 10291 saec. XVI
73 = Oxoniensis Canonic. misc. n. 378 saec. XV
74 = Parisinus n. 9661 saec. XV
75 = Vindobonensis n. 3103 saec. XV
(72–75: descripti ex deperdito Spirensi saec. IX.)
79 = Caroloruhensis n. CIII saec. IX

IN NOTITIA GALLIARVM

1 Coloniensis n. 212 saec. VI
2 Caroloruhensis n. CIII saec. IX
3 Berolinensis Phillipps. n. 1745 saec. VII
4 Parisinus n. 1452 saec. X
5 Parisinus n. 12097 saec. VI (cum Paris. 11479)
6 Veronensis n. 52 saec. VIII
7 Coloniensis n. 186 saec. IX
8 Sangallensis n. 397 saec. IX

9 Albigensis n. 29 saec. VIII
10 Parisinus n. 4808 saec. X
11 Parisinus n. 1451 saec. X

12 Bernensis n. 26 A saec. VIII
13 Bernensis n. 645 saec. VIII
14 Berolinensis Phillipps. n. 1743 saec. VIII
15 Berolinensis Phillipps. n. 1749 saec. X
16 Florentinus Laurent. Libr. n. 1814 saec. X XI
17 Lugdunensis Voss. fol. n. 12 saec. X
18 Monacensis Frisingensis n. 6243 saec. VIII
19 Parisinus n. 1454 saec. X
20 Parisinus n. 1458 ex. I saec. IX
21 Parisinus n. 3842 A saec. X (non collatus plene)
22 Parisinus n. 4280 B ex. I saec. X
23 Parisinus n. 5001 saec. XI
24 Parisinus n. 9631 saec. XII
25 Parisinus n. 13657 saec. XI
26 Parisinus nuper empt. n. 1460 saec. X
27 Vaticanus reginae n. 982 saec. X

28 Bernensis n. 451 saec. X
29 Parisinus n. 14743 saec. XIV (cum Lugd. Voss. oct. n. 24)
30 Parisinus n. 15009 saec. XII
31 Vaticanus reginae n. 728 saec. XIV

32 Bruxellensis n. 6439—6451 saec. X
33 Parisinus n. 3837 saec. IX
34 Parisinus n. 13403 saec. IX
35 St. Omer n. 697 saec. X

35A Chartres n. 193 saec. XI
36 Einsiedlensis n. 357 saec. XII
37 Leidensis Scal. n. 70 saec. XI
38 Londiniensis Cott. Claud. C. VI saec. X
39 Mediolanensis Ambros. A 46 inf. saec. X
40 Montispessulanus n. 280 saec. XIII
41 Parisinus n. 12445 saec. X (cum Par. 11889)
42 Vaticanus Palat. n. 1357 saec. XIII
43 Vaticanus reginae n. 1896 saec. XI

44 Florentinus Laur. n. 30, 21 saec. XIV
45 Leidensis Voss. quart. n. 124 saec. XV
46 Mediolanensis Ambrosianus Gronovii (quatenus editio recedit a Schottiana n. 66)
47 Parisinus n. 4800 saec. XV
48 Vaticanus n. 4496 saec. XV
49 Bernensis n. 208 saec. XIII

50 Montispessulanus n. 3 saec. XII
51 Parisinus n. 1458 ex. II saec. XII/XIII
52 Parisinus n. 6186 saec. XIV
53 Romanus Casanatensis B. III. 1 saec. XIII
54 Vaticanus reginae n. 905 saec. XIV
55 Londiniensis Cott. Faust. A VIII saec. XIII
56 Parisinus n. 4909 saec. XV

57 Parisinus n. 1458 ex. III saec. XII XIII
58 Parisinus n. 3839 A saec. X
59 Parisinus n. 4375 saec. XII
60 Parisinus n. 4955 saec. XIV

61 Boulogne n. 115 saec. XII
62 Parisinus n. 14314 saec. XII
63 Vaticanus n. 631 saec. XIII
64 editio Aldi a. 1518
65 Sangallensis Tschudianus n. 663
66 editio Schotti a. 1600

67 Monacensis n. 396 saec. X

68 Parisinus n. 2123 saec. IX
69 Parisinus n. 4280 A saec. X

70 Parisinus n. 4280 B ex. II saec X

71 Monacensis n. 794 saec. XV
72 Monacensis n. 10291 saec. XVI
73 Oxoniensis Canon. misc. n. 378 saec. XV
74 Parisinus n. 9661 saec. XV
75 Vindobonensis n. 3103 saec. XV

76 Bruxellensis n. 495—505 saec. X
77 Einsiedlensis n. 191 saec. X
78 Eporediensis n. 74 saec. X
79 Caroloruhensis n. CIII manus secunda, saec. IX
80 Coloniensis n. 106 saec. IX
81 Monacensis n. 3860 A saec. X
82 Novariensis n. 30 saec. X
83 Parisinus n. 3843 saec. X
84 Parisinus n. 3852 saec. X
85 Vaticanus n. 1338 saec. XI
86 Vaticanus Palatinus n. 578 saec. IX/X
87 Sangallensis n. 671 saec. IX (cum apogr. Baluzii)
88 Vindobonensis n. 11857 saec. XVI
89 Turicensis Simleri
89A Guelferbytanus Weissenburgensis n. 3 saec. X

90 Burdigalensis Duchesnii
91 Friburgensis n. 8 saec. X
92 Parisinus n. 2449 saec. X
93 Parisinus n. 3838 saec. X
94 Parisinus n. 16252 saec. XIV
95 Parisinus n. 16897 saec. XII
96 Parisinus nuper empt. n. 2253 saec. X
97 Vaticanus reginae n. 1127 saec. X

98 Florentinus Laur. Libr. n. 1554 saec. XII
99 Vaticanus n. 630 saec. XI
100 Leidensis Voss. fol. n. 96 saec. X
101 Laon n. 403 saec. XII

Silvius is qui, ut chronica Gallica ad a. 438 referunt, *turbatae admodum mentis post militiae in palatio exactae munera aliqua de religione conscribit* quique ab Hilarii Arelatensis defuncti a. 449 vitae scriptore inter eius amicos itemque inter eius temporis claros auctores nominatur[1]), fuit, ut vidit Tillemontius (*mém. pour l'hist. eccl.* 15, 134), Silvius Polemius (sic enim omnino scribendus pro *poltmius* quod est in codice) qui scripsit eum quem edimus laterculum. direxit eum post alia scripta ante transmissa, ut in praefatione significatur, ad Eucherium, scilicet ad eius nominis episcopum Lugdunensem aequalem Hilarii et Silvii virum non ignotum inter scriptores rerum sacrarum. quem locum Silvius tenuerit post civilia officia deposita, ignoramus, quamquam probabile est ad statum ecclesiasticum eum se dedisse[2]). non magis de loco ubi scripserit constat, nisi quod ex iis quae praecedunt apparet eum quoque vixisse in Gallia. rerum Gallicarum cura etiam in chronicis hic illic elucet, ut Probum adnotat Gallis vineas habere permisisse, Magnentium et Decentium natione fuisse Francos. scripsisse se Postumiano et Zenone consulibus, id est a. p. Chr. 448, auctor in fine laterculi principum adnotavit, sed addit in extremo opere completis ab urbis exordio mille ducentis annis iis consulibus tamquam primum annum incipere Asturio consule, significans ita postremus omnium saecularia urbis, scilicet vera duodecima. edidit igitur libellum incipiente anno 449 consule de Oriente, qui fuit Protogenes, nondum in Galliis publice nuntiato, imperantibus Theodosio II in Oriente, in Occidente Valentiniano III, quorum natales in fastis posuit, tum cum Galliae Romanae praesidebat Aetius, temporibus Attilanis, biennio ante proelium Catalaunense.

Ad exemplum chronographiae a. 354 supra editae, quam ipsam similemve necesse est habuerit, Silvius sibi proposuit fastos menstruos denuo edere adiectis ad singulos dies adnotationibus fastisque adiungere quae ad communem usum pertinere viderentur: id quod ita perfecit, ut mutationem temporum et ingruentem rerum publicarum et privatarum ruinam hic libellus Christiano status antiqui odio et ipsa sua exilitate luculenter repraesentet. sustulit auctor ex fastis litteras diebus praescriptas tam nundinales quam hebdomadarias et lunares relictis solis dierum vocabulis vulgo usurpatis, id quod potissimum significat in exordio scribens delevisse se laterculi antiquioris indicia supputatori difficilia et minus doctis obscura; praeterea in tabulis quoque compendia nulla posuit, natales non significans prima littera, sed vocabulum perscribens. delevit item vestigia religionum paganarum, divi vocabulum, ferias nuncupatas a numinibus abolitis

1) Vita Hilarii (inter opera Leonis ed. Ballerin. vol. 2 p. 317 seq. c. 11: *ubi instructos supervenire vidisset* (Hilarius) . . . *se ipso celsior apparebat, ut eiusdem praeclari auctores temporis, qui suis scriptis merito claruerunt, Silvius Eusebius Domnulus* (cf. Sidonius ed. Luetjohann p. 124 *admiratione succensi in haec verba proruperint non doctrinam, non eloquentiam, sed nescio quid super homines consecutum.* 2) Is ad quem Eucherius Lugdunensis narrationem misit de passione Agaunensium martyrum (Ruinart acta mart. p. 274; Migne vol 50 p. 827) episcopus qui videtur fuisse Octodurensis, in libris scriptis aliis Silvius dicitur, in aliis Salvius, neque scimus, utra lectio vera sit.

Neptunalia, Saturnalia, Volcanalia similiaque retentis iis quae originem suam minus distincte prae se ferrent, ut sunt lavatio, cara cognatio, parentatio, regifugium, quinquatria, Pelusia, lupercalia, etiam Carmentalia, Quirinalia, Terminalia, substituitque pro illis aliquot ex feriae Christianorum. manserunt accesseruntve dies ludorum; item ad senatum qui pertinent dies sessionum legitimarum et magistratuum creandorum; mensium nomina Attica Macedonica Aegyptiaca Iudaica vel, ut ait in praefatione, *vocabula mensium quibus apud diversas gentes dicuntur;* origines vocabulorum quae fastis propria sunt; de die captae urbis et de feriis ancillarum tum institutis adnotationes fabulosae admodum sumptae ex nescio quo auctore deperdito [1]); denique quae abest a menologio antiquiore indicatio ventorum pluviarumque per anni tempora sumpta ex tabula anni rustici, qualem habet Columella l. 11 c. 2. nos cum in hac sylloge menologio Polemiano non magis locum dederimus quam Philocaliano (cf. supra p. 48), editis scilicet cum fastis reliquis aetatis melioris in primo volumine corporis inscriptionum Latinarum, de eo quae diximus sufficiunt. hoc loco res nobis est cum additamentis ad exemplum laterculi antiquioris a Silvio quoque ad suum adiectis.

In praefatione Silvius ipse declarat, quid omiserit ex additamentis veteris laterculi et pro his quid substituerit. imagines mensium, quas ibi vidimus laterculis eorum in foliis versis interpositas fuisse, significat hic abesse, ubi dicit *in alternis* inter menses *foliis* commentariis suis locum se dedisse. omisit item imagines planetarum (supra p. 42), *dierum formas depingere* se negans et in vocabulis dierum pro nominibus *stulte* apud *gentiles* usurpatis flagitans numerationem feriarum ad septenarium numerum utpote magis Christianam. omisit item planetarum imaginibus adiunctam indicationem dierum horarumque noxiarum communium bonarum (supra p. 42), nimirum quia *nulla hora mala erat aestimanda, quoniam deus universe bona constituit.* signa quoque zodiaci (supra p. 47) suppressit, utpote *vana veterum profanorum arte conficta.* reliquas quoque imagines, quas splendidus ille laterculus aevi Constantiniani proponit, auctor Gallicus saeculi quinti omnes abiecit, simplicibus scribens et pauperibus. additamenta ab ipso ad laterculum adiuncta in praefatione quae enumerat, eorum pars periit; quid fuerit in libello et quid inde hodie supersit, index subiectus declarat.

I	enumeratio principum cum tyrannis.	Nomina omnium principum Romanorum (inter Ian. et Febr.).
II	enumeratio provinciarum Romanorum.	Nomina provinciarum (inter Febr. et Mart.).
III	enumeratio spirantium: quadrupedum, volatilium, natantium.	Nomina cunctorum spirantium: quadrupedum, volucrum, eorum quae non moventur, colubrarum (inter Mart. et Apr.) insectorum sive reptantium, natantium (inter Apr. et Mai.).
IV	ratio quaerendae lunae festique paschalis.	(deficiunt inter Mai. et Iun.).
V	enarratio fabricarum urbis Romae.	Quae sint Romae (inter Iun. et Iul.).
VI	poeticae fabulae.	(deficiunt inter Iul. et Aug.).
VII	series Romanae historiae breviter conclusa.	Breviarium temporum (inter Aug. et Sept.).
VIII	stridores animantium.	Voces variae animantium (in archetypo fortasse inter Sept. et Oct., iam inter Nov. et Dec.).

1) Narratio de nonarum Caprotinarum origine similiter traditur et apud Plutarchum Cam. 33 (cf. Rom. 29; Polyaenum 8, 30) et apud Macrobium sat. 1, 11, 37 seq., dies captae urbis praeterea apud solum Plutarchum Cam. 30. Graecum auctorem cum Silvius adhibere non potuerit, Latinum secutus sit necesse est deperditum.

IX pondera sive mensurae.	Nomina ponderum vel mensurarum (in archetypo fortasse inter Oct. et Nov., iam post Dec.).
X pedes metrorum omnium.	deficiunt (fuerunt fortasse inter Nov. et Dec.).
XI sectae philosophicae.	deficiunt (fuerunt fortasse post Dec.).

Non continuit igitur se Silvius in additamentis cum menologio re coniunctis et usum eius adiuvantibus, id quod vidimus fecisse chronographum anni 354: immo eruditionis tenuitatem aequat multiplicitas, secutus in utraque re eius aetatis consuetudinem. similiter is ipse, ad quem Silvius menologium misit, Eucherius secundum librum instructionum ad filium Salonium digessit, *opus variaturus*, ut ait, *singula quaeque per species suas dividens ac titulis suis subdens*, agens ita quindecim titulis *de Hebraeorum nominum interpretatione — de variis vocabulis — de expositione diversarum rerum — de gentibus — de locis — de fluminibus vel aquis — de mensibus — de sollemnitatibus — de idolis — de vestibus — de avibus vel volantibus — de bestiis vel reptilibus — de ponderibus — de mensuris — de Graecis nominibus.* neque supervacaneum erit, cum praesertim per eiusmodi tamquam corpora commentarii quidam minores non inutiles ad nos pervenerint et maxime ad provinciarum laterculos, de quibus infra agendum est, eorum notitiam iuvet paravisse, hoc loco componere quae parata habemus de huiusmodi collectaneis in codicibus nostris aut servatis aut certe indicatis. eius generis videtur fuisse sylloge codicis Vindobonensis n. 181 saec. VIII inscripta sic: *in nomine dei summi incipit cosmographia feliciter cum itenerariis suis et portibus et ex fastibus Romanorum et consolum nominibus et diversis, sine quo nemo prudentium esse potest,* quamquam in volumine hodie mutilato post cosmographiam et itinerarium Antonini quid fuerit ignoratur. pleniorem eius generis syllogen olim continuit codex Parisinus 4859 saec. X proponens in principio laterculum hunc[1]).

(1) cronica Eusebii et Hieronimi[2]).
(2) consolaris.
(3) ermineumata illustrium auctorum.
(4) pars quaedam de expositione veteris testamenti.
(5) opusculum Euceri de nominibus et sermonibus.
(6) de locis.
(7) de fluminibus.
(8) de mensibus.
(9) de sollempnitatibus.
(10) de idolis.
(11) de vestibus.
(12) de avibus vel volantibus.
(13) de bestiis.
(14) de ponderibus.
(15) de mensuris.
(16) de Graecis nominibus.
(17) de variis vocabulis.
(18) de expositione diversarum rerum.
(19) de nominibus quae subsecuntur.
(20) de gentibus.
(21) itinerarium a Burdigala usque Hierosolimam.

[(5)–(20)] = Eucherii instructionum l. II (Migne vol. 50 p. 811 seq.).

1 Numeros a librario adscriptos post chronica I–XXXI omisi, quoniam is versus magis numeravit quam opuscula. 2) Post Hieronymiana sequitur f. 192 *ordo plenarius succedentium sibi temporum ab Abraham usque in consulatum Valentis VI et Valentiniani II per annos IICCCXCV* incipiens sic: *Abraham cum esset annorum C genuit Isaac,* finiens: *Valentinianus an. XIII m. V. continet itaque omnis canon*

(22) de gentibus Sampso de opus (opusculis *m. 2*) domini Ieronimi.
(23) de fluminibus.
(24) de mensibus.
(25) de Hierosolyma relatio cuiusdam simplici sermone composita.
(26) situs provinciarum.
(27) de verbis Gallicis.
(28) de provinciis Italiae.
(29) de provinciis Galliae.
(30) de sanctis Hierosolimorum locis.

quorum hodie praeter chronica non superest nisi libellus primus fastos consulares continens. — Eiusdem corporis aperte formati in Gallia (c. 21. 27. 29) fortasse in Aquitania Burdigalae (c. 21) partem posteriorem habet codex Parisinus 4808 saec. IX [1]), scilicet opuscula haec:

1 (= 21). Itinerarium Hierosolymitanum.
2 (= 22). *de gentibus.* incipit *Gomer in genesi*, finit *de Sem prosperitate* [sic] *procedunt.* Eucherii instructionum l. 2 c. 4 (vol. 50 p. 816 Migne).
3 (= 23). *de fluminibus.* incipit *Geon fluvius*, finit *sacerdotes lavabant.* eiusdem libelli c. 6 (Migne l. c. p. 818).
4 (= 24). *de mensibus.* incipit *Nisan in libro Hester*, finit *Maresuan octavus.* eiusdem libelli c. 7 (Migne l. c.).
5 (= 25). tractatus incipiens *civitas Hierusalem habet portas XII* [2]), scilicet Theodosii libellus de terra sancta (ed. Gildemeister Bonnae a. 1882).
6 (= 29). notitia Galliarum.
7 (= 27). *de verbis Gallicis* (vide infra app. II).
8 (= 28). laterculus provinciarum.

Eius corporis vestigia alibi quoque offenduntur. itinerarium Hierosolymitanum (c. 21) qui praeter codicem Parisinum modo laudatum solus [3]) exhibet Veronensis 58 saec. VIII, et ipse laterculum alterum Gallicanum habet nec dubitari potest libellum illum per hoc corpus nobis servatum esse. id ipsum obtinet de tractatu de verbis Gallicis edito in auctario secundo in libris excepto uno Vindobonensi tradito nobis una cum laterculis duobus. — Affinium collectaneorum denique, quae reperiuntur in codice Vindobonensi 89 saec. IX, olim Salisburgensi (cf. Endlicher cat. n. CCCII: gramm. Lat. ed. Keil vol. 5 p. 567) indicem subieci.

incipit interpraetatio diversorum vocabulorum. Mammona . . . incendentes. excerpta ex Eucherii supra citato libello c. 2 *de variis vocabulis.*

item expositio diversarum rerum. Mandragorae . . . stadium octava pars mille passuum.
de his quae translata de Greco non sunt. Sferotes . . . genotafia simulacra.
} excerpta ex Eucherii l. c. c. 3 *de expositione diversarum rerum.*

de gentibus
de fluminibus
de nominibus mensuum
} *Eucheriana supra relata ex Parisino* 4808 *abbreviata.*

an. IICCCXCV secundum Ierominum. Incipit secundum Severum. sequuntur quae sub eodem titulo leguntur apud Schoenium vol. 1 app. p. 36 ad Sedeciam usque; reliqua desunt. 1) Quae praecedunt cosmographia et itinerarium scripta saec. XII et Iulius Honorius saec. VI ad hanc syllogen non pertinent. in textu quae enumerantur omnia eadem manu saec. fere IX scripta esse auctor mihi est Henricus Omont. 2) Edidit eum ex eo libro Anatolius de Barthélemy *revue archéologique* vol. 10 (1864) pp. 108—112. in Parisino eo quod adscriptum est: *sic v(etus) c(odex) s̄ de Hierosolima relatio cuiusdam simplici sermone composita,* remittit ad similem indicem supra relatum ex Parisino 4859 c. 25. 3) Excerpta inde extant praeterea in cod. Sangallensi 732 saec. IX (v. Gildemeister l. c. p. 7).

de Iudaicis sollemnitatibus. annus iubeleus . . . silvestres homines. ex Eucherii l. c. c. 8 *de sollemnitatibus* et c. 9 *de idolis.*

de Grecis nominibus. theos deus . . . . parabola similitudo ex Eucherii l. c. c. 15 similiter titulato.

de mensuris. sequuntur tabulae duae infra p. 549. 550 editae.

item de mensuris. anfora mod. III . . . sextarius in liquidis. ex Eucherii libelli citati c. 14 similiter inscripto.

item de ponderibus. sequitur tabula infra p. 550 edita, deinde excerpta ex Eucherii c. 13 similiter inscripto: *talentum . . . . dicimus aureus quattuor.*

de mensuris terrarum. sequitur laterculus infra p. 550 editus.

de nominibus Gallicis. tractatus is quem codices supra memorati habent similiter inscriptum, sed breviorem; editus est infra in auctario II.

Silvius ad eius generis corpus quod elaboravit num similia antiquiora sola adhibuerit an praeterea meliores auctores adierit, determinari non potest. in breviario temporum adhibita sunt Eutropii breviarium et chronica Hieronymi; alia autem descendunt ex scriptore, cuius nobis copia non est [1]). in laterculo imperatorum quae narrantur quamquam passim prope accedunt ad Victoris Caesares et quae sub eodem nomine fertur epitomen, neutrum librum ipsum auctor videtur usurpavisse. nos Silviana hoc loco edimus omnia omisso, ut supra dictum est, menologio cui adhaerent.

Superest ut exponamus de codice qui unus Silvium ad nos propagavit et de editionibus.

Scriptus liber, a quo pendemus, saeculi XII, ex bibliotheca cardinalis Nicolai Cusani (1401—1464), quam is legavit hospitali in vico Cues prope Berncastel a se fundato, ante a. 1643 inter alia multa congesta ad acta sanctorum edenda pervenit in collegium Iesuitarum Antverpiense, unde translatus in regiam Bruxellensem ibi prostat signatus n. 10615—10729. inter miscellanea quae continet multa et varia [2]) libellus legitur n. 10691—10695 f. 93. 95 [3]) non servata laterculi forma continuo scriptus litteris minutis et quibusdam locis evanidis et dubiis. inde praefationem aliaque pauca in actorum sanctorum vol. 1 (Ian. 1 praef. gen. p. XLIII) a. 1643 edidit Bollandus, deinde a. 1717 (act. sanct. Iun. VII p. 176—184) menologium adiunctis quibusdam excerptis Henschenus. ego postea ad apographum non optimum Bruxellis mihi missum menologium inserui volumini 1 (1863) corporis inscriptionum Latinarum, reliqua edidi in actorum maiorum societatis Saxonicae vol. 2 (1857) p. 231—277 adiecta, postquam codicem ipse inspexi, in eorundem actorum vol. 3 (1861) p. 694—696 textus antea editi castigatione. iam denuo prodeunt miscellanea Silviana corpori chronicorum inserta codice secundis curis a me recognito Bruxellis.

Orthographia codicis solita est saeculi duodecimi; *ae* et *oe* diphthongi constanter fere abierunt in *e, y* saepe, in *tyrannus* constanter, in *i, ti* ante vocalem in *ci,* erratur in geminatis consonantibus, ut *Salustius, Affrica* et sic deinceps. talia ut omisi, ita alia multa non utiliora in apparatum rettuli, cum codex quo utimur unicus sit.

1) Ohnesorge *über den Anonymus Valesianus* Kiliae 1885 p. 78 (quod probatum ivit Silvium pendere ab origine Constantini supra p. 1 seq.), certis argumentis nullis defenditur; inter utrumque scriptorem quae conveniunt, sunt inter communia omnium. 2) Ut Silvii laterculum, ita etiam codex hic unus servavit P. Annii Flori commentarium 'Vergilius orator an poeta', quem inde in lucem protulit Theodorus Oehler mus. Rhen. vol. 1 (1842) p. 302. de Ciri Vergiliana catalectisque eiusdem libri dixerunt Aemilius Grosse in annalibus Fleckeisenianis a. 1869 p. 275 et Aem. Baehrens poet. Lat. min. 2 p. 13; de Manilio Ellis in noctium Maniliarum praefatione p. X; de Sidonianis Luetjohann in praef. p. XXI; de scriptis gromaticis Hertz et Blume in editione gromaticorum vol. 2 p. 47: hic haec ait descripta esse ex codice olim Fuldensi, iam Vatic. Palat. 1564. plenum indicem, quem hoc loco proponere supervacaneum est, sistit catalogus editus p. 263. 3) Folium interpositum 94 apographum est praecedentis recens et erroribus plenum. apographum menologii manu Harduini servat bibliotheca Parisina n. 11478 f. 44.

POLEMII SILVII LATERCVLVS.

DOMINO BEATISSIMO EVCHERIO EPISCOPO SILVIVS.

Laterculum quem priores fecerunt cum difficilibus supputatoribus indiciis notatum legissem, ne minus doctis esset obscurior absolutione, positarum in eo rerum significationem mutavi et apud te potissimum, a quo mea omnia pro eo qui inter nos est amoris studio comprobantur, digestum direxi. laetificabor iudicio tuo, si eum tibi placuisse cognovero.

Quae in eo sunt.

Menses singuli cum vocabulis suis, quibus apud diversas gentes dicuntur, et in alternis inter eos foliis enumeratio principum cum tyrannis; provinciarum etiam Romanarum; spirantiumque quadrupedum volatilium natantium; ratio quaerendae lunae festivique paschalis; nec non urbis Romae fabricarum enarratio; poeticae fabulae; Romanae historiae breviter conclusa series; cum stridoribus animantium; ponderibus sive mensuris; vel metrorum omnium pedibus; ac sectis filosoficis continentur.

De diebus.

Dierum necessum non fuit formas depingi, quia sibi omnes qualitate consimiles sunt, neque ut stulte gentiles locuntur nomina designari, quoniam nullius rei nisi septenarii propter revolubiles ebdomadas numeri, sicut scriptura caelestis edocuit, appellatione censentur. in quibus non ita modus certus horarum est, ut valeat a quocumque monstrari, quia quod nequit dividi, non possumus computare. quarum, etiamsi oculis subiacerent, nulla mala erat aestimanda, quoniam deus universa bona constituit. quod qui esse credit aliter, in eo a quo cuncta sunt non credit.

De signis.

De signis nihil est quod dicatur, quia non sunt, etiamsi dicantur. quis enim facies terrestrium singulorum aliquando inter astra conspexit? quorum, quoniam longe post mundi ortum vana veterum profanorum arte conficta sunt, mentio relinquenda est.

De anno.

Annus primum decem mensum fuit, qui trecentos et quattuor dies habebat, licet, ut auctores plurimi prodiderunt, apud Aegyptios quattuor, apud Arcades tribus, apud

Codex 1 poltmei 2 latercolus 4 prioris difficelibus suppucatioribus: *malim* supputatori *re* supputationi 6 *ser.* ad te eo] tius 11 folis 12 nanancium (t *supra*) *ser.* festique 13 pascalis 14 stridoribus] triumphatoribus 15 ac] ae contenentur 17 furmas 19 revolubelis 20 cinsentur 21 nequid 23 esse non credit 26 terrestruum 27 confecta sunt *add.* P^b 30 prodederunt archades

Acarnanes VI mensibus computatus fuisse referatur. post a Numa rege Romanorum secundo inter Decembrem et Martium Ianuarius et Februarius fertur adiectus, ut trecentis quinquaginta quattuor diebus atque duodecies luna renovata, quae vicenis novenis et semis vicibus cursum suum efficit, inpleretur. postremo additi sunt decem dies, atque ob quadrantem, quod per quadriennium dies unus iunctus crescit, quarto anno, quem bisextum vocamus, inseritur. cuius initium cum Aegyptiis qui nonas idusque non norunt mense Septembri, cum Graecis Novembri, Martio cum Iudaeis habetur. nos calendarum rationem secuti a Ianuario, cuius ante dies octo et sol ad celsiorem tramitem surgens recurrit et quod est amplius dominus et deus noster dei filius Iesus Christus corporaliter natus est, ordiemur.

Codex 1 carnanes; *cf. Solinus 1, 31. 36 et Macrobius sat. 1, 12, 2.* 3 post annum a rege Romanorum secundum 2 iauinarius 3 quinquaginta et quatuor atque] quos renouat aque vicinis novenis et simis 4 effecit et inpleritur dies] diebus 5 ob *om.* quadriennum 7 cum] et cum *Graeci menologii cum sint proprie Syri more solito (cf. Ideler chronol. 1 p. 431), auctor erravit: nam Asiani quidem annum incipiunt a mense Dio sive Novembri, Syri autem ab Hyperberetaeo, id est ab Octobri* 8 calendorum 9 recurret ihesus

I.

NOMINA OMNIVM PRINCIPVM ROMANORVM.

1 Anno septingentesimo et decimo ab urbe condita primus Gaius Iulius Caesar socer Pompei ex dictatore imperatorem ipse se fecit.

2 Quo occiso in curia post quadriennium Lepidus, Antonius et Octavianus, sororis supradicti Caesaris de filia nepos, triumviri constituti sunt. de quibus Lepido mortuo, cum Antonium Cleopatrae reginae maritum navali proelio devicisset, Octavianus praedictus primum dictus Augustus quinquaginta et VI annis imperium solus obtinuit.

3 Sub quo Gaius et Lucius Caesares varia mortis sorte perierunt.

4 Huic successit Tiberius eius privignus ex Livia, quam praegnantem superstite viro eius Domitio idem Augustus coniugio suo iunxerat.

5 Gaius Caligula Germanici filius occisus a Chaerea.

6 Claudius Gai patruus paterque Britannici.

7 Sub quo Camillus tyrannus primum factus in Syria est.

8 Nero Aenobarbi et Agrippinae filius, qui quinto decimo anno ipse se ferro, cum ob scelera sua et dedecora, quibus genus humanum omne superavit, a Romano populo ad poenam quaeritur, occidit.

9 Sub quo Vindex et Clodius tyranni fuerunt.

10 Galba cum Pisone occisus.

11 Vespasianus.

12 Titus filius Iudaeae gentis subactor.

13 Domitianus frater eius, qui primus Flavius nominatus dominum se dici iussit, occisus a Stephano.

14 Sub quo tyrannus Antonius fuit.

15 Nerva ex praefecto.

16 Traianus Ulpius.

17 Hadrianus Aelius.

18 Antoninus Pius.

19 Sub quo in Oriente tyrannus Cassius fuit.

20 Verus.

21 Marcus Aurelius.

22 Commodus filius occisus.

23 Pertinax occisus.

24 Iulianus occisus.

25 Severus Afer.

26 Sub quo Pescennius et Albinus ex Caesare tyranni fuerunt.

27 Geta filius Severi occisus a fratre.

1, 1 orbe *P* 2 imperatore *P* 2, 1 in curia *iuxta versum finientem in* ex dictato *in margine suppl. P* octonianus *P* sorore *P* 2 nepus *P* 4 octonianus *P* quinginta *P* 4, 1 theberius quam prignante superstetit *P* 5 gaius gaicola caligola *P* occisus caereia *P* 6 paterquem *P* 7 siria *P*; *fortasse scr.* Illyrico *vel, quod proposuit Gutschmid mus. Rhen. 17, 326,* Istria 8, 1 aenobardi *P* agripine *P* 2 huminum omnes 3 *cf. Eutropius 7, 15:* cum quaereretur ad poenam 10 bisone *P* 12 inde *P* 13, 1 dominus *P*; *cf. Eutropius 7, 23:* dominum se et deum primus appellari iussit 17 helius *P* 18 antonius *P* 19 sub quo] *immo sub Marco* casius *P* 21 aurilius *P* 22 filius occisos *P* 26 poscennius *P* 27 zeta *P*

28 Antoninus Caracalla frater praedicti,
29 Macrinus cum Diadumeno filio occisi.
30 Antoninus Heliogabalus occisus.
31 Sub quo Marcellus Caesar et Sallustius, Uranius, Seleucus atque Taurinus tyranni fuerunt.
32 Alexander.
33 Maximinus cum filio occisi.
34 Sub quo duo Gordiani in Africa tyranni fuerunt.
35 Balbinus, Pupienus occisi.
36 Gordianus occisus.
37 Philippus cum Philippo qui primus factus est Christianus.
38 Sub quo Iotabianus tyrannus in Cappadocia fuit.
39 Decius cum Herennio filio occisus in pugna Gothorum.
40 Sub quo Priscus in Macedonia et Valens Romae tyranni fuerunt.
41 Hostilianus cum Volusiano Caesare.
42 Aemilianus.
43 Valerianus captus a Persis aput eosdem defecit.
44 Gallienus praedicti filius cum Salonino et Licinio filiis occisi.
45 Sub quo Ingenuus Sirmii et Regalianus ibidem; Viennae Postumus, Laelianus et Marius ex fabro; Macrinus quoque, Quietus et Odaenathus in Oriente, vel Aureolus in Italia tyranni fuerunt.
46 Claudius in bello Gothico occisus.
47 Quintillus occisus.
48 Aurelianus occisus.
49 Sub quo Victorinus, Vabalathus et mater eius Zenobia, vel Antiochus, Romae

---

28 antonius *P* 29 diadomino *P* 30 antonius *P* 31, 1 macellus *P*: *cf. Victor epit. 23:* hic Marcellum, qui post Alexander est dictus, consobrinum suum Caesarem fecit salustius *P*; *tyranni hi cum pertineant non ad Elagabali imperium, sed ad Alexandri, intellegi videtur socer Alexandri, pater igitur uxoris eius Sallustiae Barbiae Orbianae Macrinus ab ipso Caesar factus, deinde insidiis detectis interemptus teste Dexippo apud biographum c. 49* Uranius: *cf. Zosimus 1, 12 sub Alexandro: οἱ στρατιῶται περιῆγον Ἀντωνῖνον εἰς βασιλείαν· ἐπεὶ δὲ .. φυγῇ κατέστησεν ἑαυτὸν ἀφανῆ καὶ Οὐράνιος δέ τις ἐκ δουλείου γένους ἀναρρηθεὶς cet.; Syncell. p. 674 Bonn. 1: Οὐράνιος δέ τις ἐν Ἐδέσῃ τῆς Ὀσροηνῆς αὐτοκράτωρ ἀναγορευθεὶς καὶ κατὰ Ἀλεξάνδρου τυραννήσας διαφθείρεται ὑπ' αὐτοῦ. ἡνίκα καὶ Πέρσας . . . Ἀλέξανδρος ἐξώθησεν. p. 675: μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Οὐρανίου τοῦ τυράννου. diversus ab hoc, fortasse filius eius videtur esse is cuius extant nummi aurei inscripti* C. Iul. Aur. Sulp. Ura. Antoninus *(Froehner annuaire numismatique 10 a. 1886 p. 189), in his aureus inscriptus* saeculares Augg. *pariter atque Philipporum cusus a. p. C. 248 et coloniae Emisae annum habentes Seleucidarum 565 = p. Chr. 253/4. ad eum fortasse pertinet Zosimi locus 1, 38 sub Gallieno: ἐπαναστάντων αὐτῷ (Gallieno) . . . Αὐρεόλου καὶ Ἀντωνίνου* Seleucus: *praeterea ignotus* Taurinus: *cf. Victor ep. 24 sub Alexandro:* Taurinus Augustus effectus ob timorem se Euphrate fluvio abiecit 34 gordiani] gorgianus *P* 35 babienus popienus *P* 36 gorgianus *P* 38 iotabian *P*; *cf. nummi (Cohen méd. des emp. 5*[2] p. 183): M. F. Ru. Iotapianus; *Zosimus 1, 20. 21; Victor Caes. 29* 39 herinnoo (?) *P* pugna gothorum] pugnatorum *P* 40 Priscus: *cf. Victor Caes. 29 cet.* Valens: *cf. Victor l. c. cet.* 41 *post* Hostilianus *in ed. pr. inserui* Gallus, *inseruitque* Trebonianus *Gutschmid l. c.; sed videtur auctor errasse cum Eutropio 9, 5:* mox imperatores creati sunt Gallus Hostilianus et Galli filius Volusianus, *confundens Hostilianum Decii filium et Trebonianum Gallum patrem Volusiani* 41 uolustiano *P* 42. 43 emilianus cum ual. *P* 44 galliaenus praedicasti filius *P* cum Salonino (salonio *P*) et Licinio filis: *varie admodum nomina efferuntur etiam in nummis titulisque (cf. C. I. L. VIII p. 1051; III S. n. 6956. 6956 cet.)* 45, 1 ingenuos *P* laelianus] laebanus *P* 2 ex fabro] *Gutschmid l. c.;* et fabro *P*: *cf. vita trig. tyr. 8:* Marius ex fabro ut dicitur ferrario macrinus] *immo* Macrianus *testibus nummis, nisi ipse auctor errarit* odinatus *P* aurealus *P* 47 quintilius *P* 48 aurilianus *P* 49, 1 uabalathus] bala *P*: *pro* bala et *commendat* babalat *Gutschmid l. c.* anthiochoro(*vel* a)me ili issimus *esse in P post meam iteratam et Aemilii Grossii quoque loci inspectionem iam satis constat; quid subsit, intellexit Gutschmid l. c.: scilicet deiecta Zenobia Palmyrae imperium arripuit Antiochus*

Felicissimus, duo Tetrici pater et filius, qui se eidem dederunt et post purpuram iudices provinciarum facti sunt, sive Faustinus Treveris tyranni fuerunt.

50 Tacitus.

51 Florianus frater eius occisus.

52 Probus, qui Gallis vineas habere permisit.

53 Sub quo Saturninus, Proculus et Bonosus tyranni fuerunt.

54 Carus in Perside fulminatus.

55 Carinus filius occisus.

56 Numerianus frater praedicti.

57 Sub quo Iulianus tyrannus fuit.

58 Diocletianus et Maximianus, sub quibus primum Romanum imperium divisum est; hi primi sponte regnum deposuerunt.

59 Sub quibus Achilleus in Aegypto, Carausius et Allectus in Britannia tyranni fuerunt.

60 Constantius et Galerius.

61 Sub quibus Maximinus et Severus Caesares fuerunt.

62 Constantinus Constantii filius, a quo Crispus Caesar ex eo natus occisus est, et Maxentius uxoris suae frater. sub quo Alexander fuit tyrannus, socerque ipsius Maximianus cum imperium resumpsisset, et Licinius sororis suae maritus, qui Martinianum et Valentem Caesares sibi fecerat, cum Licinio filio Thessalonicae pariter extincti sunt. ab hoc imperatores Christiani esse coeperunt.

63 Vel Calocaerus Cypro tyrannus fuit, sive Dalmatius, frater illius de matre alia, de quo nati sunt Gallus et Iulianus qui imperavit, factus est *Caesar, Hanniballianus frater praedicti factus est* rex regum gentium Ponticarum.

64 Constantinus filius Constantii occisus.

65 Constans frater praedicti vitae infamissimae occisus.

66 Constantius frater praedictorum.

67 Sub quo Magnentius et Decentius ex natione Francorum, Nepotianus etiam Romae, sive Silvanus in Gallia tyranni fuerunt, et Gallus consobrinus suus Caesar, quem ipse iussit occidi.

68 Iulianus.

69 Iovianus.

70 Valentinianus.

71 Valens frater eius incensus a Gothis.

72 Sub quo Procopius Antiochiae tyrannus fuit.

73 Gratianus Valentiniani filius. sub quo Maximus et Victor eius tyranni filius tyranni fuerunt. Lugduni occisus est.

74 Valentinianus praedicti frater Viennae laqueo vitam finivit.

---

testibus Zosimo 1, 60. 61 et titulo Palmyreno C. I. L. III S. 6727, Achilleus appellatus in vita Aureliani c. 31; Felicissimum procuratorem monetae inter tyrannos reliqui auctores non referunt 3 iudicis *P* fau*tinus *P*: *cf. Victor Caes. 35:* Tetricus, cum Faustini praesidis dolo corruptis militibus plerumque peteretur, Aureliani per litteras praesidium imploraverat 52 que *P* haberi *P* 53 bonosius *P*[1] 58, 1 dioclisianus *P*[b], dioclisidnus *P*[a] primum *om. P*[a] 2 hii sponte] exponte *P* 59 achileus *P* britania *P*[a] 60 constantinus et gallerius *P* 61 sub *om. P* maximus *P* 62, 1 constancii *P*[b], constantini *P*[a] 3 cum] cui *P*, qui *Gutschmid* et] ea *P* maritinianum *P* 4 cesares fuerunt sibi fecerunt *P* licino *P* tessalonice *P* 63, 1 calocelus sipro *P* frater illius] *immo* fratris illius filius, *nisi auctor ipse erravit* de quo] *non de Dalmatio fratre Constantini Magni, sed de tertio fratre Constantio nati sunt Gallus et Iulianus; erravit auctor* 2 caesar h. fr. pr. factus est *om. P; cf. origo Constantini c. 35 (supra p. 11):* Annibalianum regem regum et Ponticarum gentium constituit 64 filius constancii *P*[b], filius constantini filius *P*[a] 67, 1 decensius *P* romae] pro me *P* 2 suos 69 ieuianus *P*[a], iouinianus *P*[b] 72 procobius anthiocie *P* 73, 1 ualentiniani] ualentinianius *P* tyr. filius] tyr. filii *P* 2 lucduni *P*

75 Theodosius a Gratiano factus Augustus.
76 Sub quo tyrannus Eugenius fuit.
77 Arcadius filius Theodosii.
78 Honorius frater praedicti.
79 Sub quo Gratianus et Constantinus, bisque Attalus, Constans, Maximus atque Servatus, Marcus, Magnus et Maximus, Iovinus, Sebastianus ac Victor tyranni fuerunt.
80 Constantius.
81 d. n. Theodosius praesens Augustus.
82 d. n. Placidus Valentinianus.
83 Sub quibus Iohannes tyrannus extinctus est et a quibus cum d. d. matre Placidia, uxore Eudoxia Augustis nunc imperium possidetur.
84 Quod Postumiano et Zenone viris clarissimis consulibus adnotavi.

75 theodocius *P* 76 fuit *om.* P^a 77 archadius *P* 79, 1 Gratianus: *cf. Zosimus 6, 2* Constantinus: *cf. Zosimus l. c. cet.* athalus *P: et a. 409 et a. 414* Constans: *cf. Zosimus 6, 4 cet.* Maximus: *cf. Orosius 7, 42, 4 cet.* Servatus: *ignotus* 2 Marcus: *cf. Zosimus 6, 2* Magnus: *Magnus Maximus et Flavius Victor cum sub Theodosio I non recenseantur, errore huc videntur esse translati* Maximus *alter: cf. Marcellinus ad a. 422 al.* Iovinus: *cf. Hydatius ad a. 419 cet.* Sebastianus] sebassianus *P: cf. Hydatius l. c.* Victor: *vide supra* 81 d. n̄.] dni n̄ *P* 82 d. n̄.] dn. n̄. *P* 83, 1 iohannis P^b, et (?) iohannis P^a

II.

NOMINA PROVINCIARVM.

Laterculum provinciarum imperii Romani CXII, quot numerabantur anno p. Chr. 449, menologium Polemii Silvii nobis servavit, neque tamen in eo pendemus ab unico eius menologii quod hodie superest exemplari scripto saeculo XII, sed inventum in antiquiore postquam vir doctus nescio qui saeculi septimi opinor laterculum eum copulavit cum altero episcopiorum Gallicanorum, gemini eius laterculi exemplaria plurima facta sunt, quorum in additamento I, quod Gallicanum laterculum exhibet ad codices recensitum, index reperitur. hoc loco ea tantum adferentur, quae ad provinciarum laterculum proprie pertinent. scilicet primum indicabuntur codices ex coniunctis cum Gallicano optimi: deinde agetur de huius laterculi forma interpolata, quae per gradus crevit. extat enim recensio interpolata et ipsa, a qua pendent rursus interpolatione aucta formae duae, altera aut profecta a Paulo diacono aut certe ab eo usurpata, altera quae continetur corpore Spirensi formato saeculo nono.

Inter codices, qui provinciarum laterculum exhibent coniunctum cum Gallicano,
9 plenum et purum illum sistunt duo Albigensis n. 29 saec. VIII et simillimus Parisinus
10 n. 4808 saec. X. ex decurtatis corruptisve, quorum ingens copia est, utilitas autem
79 nulla, ne notitia eorum aliqua deesset, selegi tres Caroloruhensem n. CIII olim Augien-
18 sem, ad quem laterculus hic adiectus est manu saec. IX, et Monacensem olim Frisingensem n. 6243 saec. VIII, quo cum primum Polemium edidi uti potui beneficio Halmii
68 quondam mei, et tertium Parisinum 2123 saec. IX. de omnibus infra ad laterculum Gallicanum exponetur.

Recensionis interpolatae formae primitivae unum exemplum mihi innotuit admodum
V corruptum id et mutilum quoque codicis Vaticani n. 341 saec. X [1]). laterculus titulatus ibi *de diversis provinciis* habet interpolationes communes tam formae Paulinae quam formae Spirensis, cum utrique propriae ab eo absint.

Formarum duarum ex modo dicta derivatarum exempla extant plura. videamus
O primum de Paulina. codices duo Oxoniensis collegii Magd. n. 14 saec. XIV (ex-
B posuit de eo Pauli *neues Archiv* 1, 161 seq.) et Bambergensis E. III. 14 saec. XI (egit

1) Continentur eo libro Hieronymi liber locorum et nominum Hebraeorum — alphabeti Hebraei interpretatio (Hieronymus vol. 3 p. 729 Vall.) — *de ponderibus sancti Ieronimi* (vide infra p. 551) — *item de mensuris* (vide ibidem) — *de decem nominibus quibus apud Hebreos vocatur deus* (Hieronymus l. c.) — synonyma varia — *de nomine provintie* cum definitionibus tribus Ambrosii Hieronymi Augustini — laterculus de quo agimus inscriptus *de diversis provinciis* deficiens folio evulso in verba: *provintiae ponti sunt VIII pontus polimachus* — post hiatum excerpta quaedam Isidoriana, quibus interponuntur laterculi duo alter imperatorum finiens in Iustino I (passim in libris inventus edetur infra), alter paparum finiens in Hadriano II (867—872) et Iohanne VIII (872—882). definitiones illae tres provinciae vocabuli sunt hae: *De nomine provintiae. Ambrosius ait: provintia hoc est in tribus: in una lege, in una lingua, in uno dominatu. Hieronimus ait: provintia est ubi unus modus* (*m'o* cod.) *viget et unus dominatus. Augustinus* (nomen a manu prima in litura) *in libris de urbe dicit: certa provintia est quae habet X civitates et unum regem et tres minores potestates sub se et unum episcopum aliosque minores iudices X, ad quorum iuditium omnes causae civitatum referantur et si causae difficiles oriantur* (corr. ex *oriuntur*), *ad omnium vel ad trium iudicum iuditium referendae.* similia leguntur in epistula pseudoisidoriana, quae data esse fingitur a Pelagio II († 590) ad synodum Constantinopolitanam (Mansi 9, 904; Hinschius Pseudo-Isidorus p. 724): *scitote certam provinciam esse, quae habet decem vel undecim civitates et unum regem et totidem minores potestates sub se et unum episcopum aliosque suffragatores decem vel undecim episcopos iudices, ad quorum iudicium omnes causae episcoporum et reliquorum sacerdotum ac civitatum causae referantur, ut ab his omnibus iuste consona voce discernantur, nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab his qui iudicandi sunt appellatum.* de his, quae videntur ficticia omnia esse, iudicium esto apud eos qui in Isidorum subditicium inquirunt.

de eo diligentissime Waitz *Archiv* 9, 673—704), libellum provinciarum inseruerunt compilationi historicae complexae ea quae sequuntur opera ita, ut omissis multis, aliis additis transferantur omnia tamquam in linguam diversam genio saeculi accommodatam.

1. Pauli diaconi epistula ad Adalpergam historiae eius Romanae praemissa.

2. Victori quae tribui solet epitome historiae Romanae ab initio ad Gratianum. in Bambergensi titulo caret, Oxoniensis praescribit: *historia de imperio et gestis Romanorum secundum Eutropium.*

3. Laterculus provinciarum. praescribitur in Oxoniensi: *incipit prologus de divisione mundi terrarum et provinciarum.* in Bambergensi: *in nomine domini Ihesu Christi incipit breviarium de singulis causis que in hoc codice continentur, in primis de partibus mundi, id est de Asia Europa et Affrica et de nominibus terrarum et de provinciis earum* cum iis quae infra afferentur; utraque praescriptio librarii est qui codicem scripsit. contra auctoris compilationis sunt quae sequuntur in utroque libro a me descripta ex Oxoniensi: *Maiores nostri, id est antiqui sapientes, diviserunt totum mundum in tres partes et easdem partes nominaverunt Asyam, Europam et Affricam. deinde partes diviserunt in provincias, sicuti est una provincia a Roma usque in Sylerem fluvium*[1]). *provincias diviserunt in regiones: regio est unum regnum: deinde regiones in villas, hoc est quod una queque* [sic] *terra habet diversas villas. villas diviserunt in territoria. territoria dicimus que pertinent ad fundos unius cuiusque hominis. deinde territoria in agros, id est campos. campos diviserunt in centurias, centuria autem est campus ducentorum iugerum. iuger dicitur spacium campi, quantum unum par boum in die arare potest, et habet in longitudine pedes ducentos quadraginta et in latitudine pedes centum viginti. iugera diviserunt in climata. climata quoque sunt, que ex omni parte sexaginta pedes habent. deinde climata in actus. actus quadratus est qui ex omni parte pedes centum viginti habent. et actus minimus est qui habet in latitudine pedes quattuor, in longitudine pedes centum et quinquaginta. actus diviserunt in perticas. pertica autem dicta est a portando quasi portica. et omnes mensure sunt in corpore hominis, ut palmus, pes et passus, sola pertica portatur et habet duos passus, hoc est pedes X. perticas diviserunt in passus. passus habet pedes quinque. deinde passus in gradus. gradus enim habet cubita duo. gradus diviserunt in cubita et cubita in palmos. palmus est qui fit ex quattuor digitis extensis. palmos diviserunt in digitos et in uncos.* haec sunt fere Isidoriana etym. 15, 15; ex adsumptis aliunde verba *regio est unum regnum* redeunt ad praescripta p. 524 adn. 1 relata modo dicti codicis Vaticani. ipse qui sequitur provinciarum libellus inscriptus est in Oxoniensi *nomina provinciarum,* in Bambergensi titulo caret.

3. Exordia Scythica infra edita in auctario historiarum Isidori adhaerente narratione de excidio Troiae et condito ab Aenea Lavinio, cuius ibi prima postremaque reperiuntur edita. inscriptio, quae ad totum opusculum pertineat, in neutro codice reperitur: argumentum aliquatenus indicavit Bambergensis librarius post supra relata sic pergens: *secundo de regno Assyriorum et quis primus aput eos regnum tenuit. tercio de gente Scitharum que fuerat de genere Magog et ipse Magog fuit filius Iafet. quarto de Amazonibus qui fuerunt de predicta gente Scitharum.*

4. Pauli historia Romana a principio ad finem (16, 23) ita epitomata, ut praecedentibus de Aenea continuetur. quapropter Bambergensis librarius in argumento indicando eius non meminit. adest ubi Eutropiana finiunt subnotatio Pauli (cf. Droysen in praef. ad Eutropium p. XXXII. 379 seq.).

1) Cf. Paulus hist. Lang. 2, 17 quaeque dixi ego *neues Archiv* 5, 92.

5. Gesta Francorum similiter epitomata, indicata in argumento Bambergensi post supra relata sic: *quinto de exordio Francorum et imperio eorum* (cf. Krusch scr. Meroving. 2 p. 232).

6. Iordanis libelli duo rerum Romanarum principio mutilus et Geticarum (v. ed. meae praef. p. LI. LII). ad illum videntur pertinere quae in argumento Bambergensi post supra relata sequuntur sub eodem numero quinto: *de exordio Romanorum et imperio eorum.*

7. Pauli historia Langobardorum indicata in argumento illo sic: *sexto de exordio Longabordorum et regnorum eorum* (cf. script. rer. Lang. p. 41).

Qui sequuntur libri in Oxoniensi Einhardi et monachi Sangallensis, in Bambergensi de Alexandro magno varii et Bedae historia ecclesiastica cum et differant neque in argumentum Bambergense admissi sint, a compilatione de qua agimus videntur aliena esse. sed ut rem absolvam, iungendi sunt duobus illis, quatenus ad hanc chronicorum syllogen perveniunt, libri duo alii, Vaticanus n. 1984 saec. XI[1]) et Vaticanus Urbinas n. 961 saec. XIV[2]), qui cum reliqua supra enumerata non habeant, partes tertiam et quartam et septimam eadem ratione immutatas[3]) proponunt, id quod demonstrabunt exordia Scytharum infra ad Bambergensem librum et duos Romanos edita et pervenit item in universum ad libros Paulinos, quamquam eorum epitomae in Vaticanis codicibus similes magis sunt quam eaedem[4]). compilationem eam Waitzius in egregia illa Bambergensis libri enarratione ostendit conscriptam esse c. a. 944 in Italia inferiore, fortasse Neapoli, nec recte Droysenus l. c. opposuit nomen Landolfi sagacis, qui scripsit c. a. 1000, in Vaticano 1984 praescriptum esse Paulinis; nam etsi inde efficitur Vaticani librarium Landolfi opus novisse, ad ipsam compilationem Landolfiana non adhibuit neque librorum a Landolfo adiectorum epitome apud eum reperitur. et quomodocumque de auctore statuas, usus est is Pauli diaconi non solum libris editis, sed etiam collectaneis habentibus complura in libros illos non recepta[5]), puta historiarum a Paulo scriptarum periculis autographis servatis fortasse aliquamdiu Casini in monasterii bibliotheca redeuntque ita quodammodo haec ad saeculum octavum extremum. nam primum copia compilatori fuit dedicationis Paulinae ad Adalpergam scriptae, quam praeter ipsum, qui interpolavit, forma genuina non habent nisi codices pauci iique duodecimo saeculo recentiores omnes; adhibuit igitur historiae codicem nostris omnibus pleniorem et meliorem. deinde, ut alibi ostendi[6]), ut apud Paulum ipsum in historia Langobardorum inveniuntur excerpta quaedam licet rara ex Festi vocabulario ab ipso breviato, ita similia quaedam adsunt in additamentis propriis eius operis recensioni Bambergensi, quae et ipsa proficisci non possunt nisi ab eodem

1) Dixerunt de libro Papencordt *Geschichte der Vandalen* p. 400 seq. et H. Droysen praef. Eutropii p. XXXIII. folia 1—6 principium historiae Romanae Pauli ad 2, 27 *civitatem Siciliae* continentia a glutinatore adiecta sunt. notitia urbis Romae quae sequitur (Jordan *röm. Topographie* 2 p. 3) et catalogus quidam imperatorum Romanorum cum adiunctis alienis ad compilationem de qua agimus non magis pertinent. post hiatum, in quo finis catalogi eius et principium exordiorum periit, sequuntur ea quae supra recensita sunt. 2) Praecedit cosmographia Ravennas (ed. Parthey praef. p. VI) ab hac compilatione aliena. 3) Pauli historia Langobardorum abest ab Urbinate; in Vaticano (ut responderunt quaerenti mihi amici Romani) finit f. 166' mutila 6, 55 p. 184, 20 in verbis *ad perticas.* post interpositam glutinatoris arbitrio historiam Apollonii Tyrii manu diversa scriptam f. 191 seq. supplentur quae desunt usque ad 6, 58 p. 186, 25 *ciuitatem construxit;* extrema desunt. quae subiciuntur scripta manibus diversis etsi versantur in rebus Langobardicis aetatis posterioris, a compilatione ea de qua agitur aliena sunt. 4) Quomodo differant, ostendit specimen apud Droysenum p. 379—395. 5) Pendere ex similibus collectaneis cum additamenta in codice Vaticano n. 1860 scripto a. 1313 ad Eutropium adscripta tum recensionem historiae Romanae Pauli a Landolfo c. a. 1000 curatam ostendi *Neues Archiv* 5, 100 seq. itaque propter additamentum quoddam tam apud Landolfum repertum quam in codice Bambergensi (Droysen p. XXXIV) non statuemus huius scriptorem usum esse Landolfianis, sed utrumque id traxisse ex adnotationibus Paulinis. 6) *Neues Archiv* 5, 99 seq.

Paulo[1]. denique quod nostra praesertim interest et cuius causa nos haec latius solito tractavimus, *catalogus provinciarum Italiae*, quem Paulus ait se usurpasse hist. Lang. 2, 20 et unde excerpta pro re copiosa dedit l. 5 c. 14—27, is ipse est, quem compilatio ea de qua agimus proponit[2], scilicet qualem eum exhibet forma inter interpolatas antiquissima libri Vaticani n. 341: id quod infra demonstravi adnotans ad laterculum quae respondent apud Paulum. ordinem hic mutavit, quoniam in rebus narrandis casu incidens in Venetiam quinto loco positam provinciam inde orditur. sed provinciae omnes eaedem sunt et quod pro sedecim catalogi ponit duodeviginti, rem confirmat, nam Valeriam et Nursiam ab Aemilia separans refellit eos qui tres eas regiones unam provinciam esse dicunt, nempe ita catalogum interpretatus, similiterque in Alpibus Cottiis et Apenninis a catalogo se significat recedere. sed de his infra exponemus.

Alteram formam interpolatam laterculi Polemiani profectam pariter ex ea, quam exhibet Vaticanus 341, sed diversam ab ea, quam repraesentant libri *BO*, iam enarrabimus. ex archetypo corporis cuiusdam *X* fluxerunt exemplaria duo *YZ* hodie deperdita, sed quorum extant apographa plus minus plena, eo coniuncta et ad aetatem quoque aliquatenus definita, quod sola servarunt nobis Dicuili librum de mensura orbis terrae scriptum a. p. C. 825[3]. ex altero nobis *Y* scripto saeculo nono decimove descendunt codices duo saeculi X[4] Parisinus 4806 et Dresdensis D 182[5], sed qui cum ex infra recensitis huiusce corporis partibus non contineant nisi cosmographiam (1), itinerarium (2), Dicuilum (4)[6], ad nostram rem non pertinent. contra in exemplari altero, nobis *Z*, adservato quondam Spirae in bibliotheca ecclesiae cathedralis, nobis noto per apographa infra recensita saeculi XV vel XVI, ipso scripto sine dubio pariter saeculo aut nono aut decimo, continebantur opuscula argumenti varii ea quae iam enarrabuntur.

1. Cosmographia incipiens *lectionum pervigili* (Riese geogr. Lat. min. p. 71—103), dicta hodie plerumque Iulii Caesaris sive Pseudo-Aethici, derivata potissimum ex Iulii Honorii cosmographia (quam servavit nobis unus codex Parisinus 4808, scilicet ea pars eius quae scripta est saec. VI litteris quadratis), ad nos pervenit non per Spirensem librum solum: extat certe alter liber Vindobonensis n. 181 saec. VIII itaque Spirensi antiquior et immunis ab hiatu eo, in quo secundus orbis mensor Didymus (p. 72, 18—21 Riese) ex Spirensi excidit. saec. XV folio evulso cum abessent a Spirensi et huius commentarii extrema inde a verbis *in lato milia LXXX* (p. 102, 21 Riese) et tractatus sequentis exordium, eius libri apographa non contaminata hoc defectu distinguuntur. libri numero multi, qui eo hiatu non laborant, sed non habent Didymum, quamquam

1) Potest addi commentarium de exordiis Scytharum descendere videri, ut suo loco demonstrabitur, ab exemplari hodie Laurentiano 66, 40 scripto fortasse Casini; quod si non ipsum, certe archetypum eius Paulus adhibere potuit. 2) Exposui rem et Polemium edens in actis maioribus societatis Saxonicae vol. 2 (1857) p. 249 et C. I. L. vol. 5 (1882) p. 810 et *neues Archiv* 5 (1880) p. 84 seq. catalogum provinciarum Italiae Matritensem (scr. rer. Langob. p. 188), quem Waitzius statuit a Paulo adhibitum esse, ego ostendi (l. c. p. 87) excerptum esse ex Paulinis, demonstravitque nuper Waitzii obiectionibus (*neues Archiv* 5, 417) respondens C. Neff (l. c. 17, 204). eiusdem catalogi alterum exemplum reperitur in codice Cavensi n. 3 saec. X eo, ex quo veniunt annales Cavenses (MG. SS. 3, 185), finiens folio evulso mutilum p. 188, 38 verb. *Apenninas et.* 3) Originis ex volumine *X* tamquam notae sunt interpolationes quaedam itinerarii communes apographis tam nostri *Y*, scilicet Parisino et Dresdensi, quam nostri *Z* Spirensis (Seeck in Hermae vol. 9, 228), exempli causa quod ibi 25, 2 ad *Unuca* vocabulum adscriptum est in omnibus iis *vel Utica,* scilicet in margine positum Parisini libri, ut sine dubio legebatur in *X*, in textu tam in Dresdensi quam in Spirensibus omnibus. 4) Hos libros non proficisci ex Spirensi praeter supra n. 3 adlata ostendunt loci complures itinerarii in iis recte traditi, interpolati autem in Spirensis exemplaris apographis omnibus (Seeck praef. ad not. dign. p. XI). 5) Idem erit codex servatus aliquando apud Chr. Gottl. Schwarzium professorem Altorfensem teste catalogo edito p. II p. 11 n. 30. 6) Enumerant quae iis continentur Parthey et Pinder in praef. ad itinerarium p. XII. XVIII. Dresdensis nulla habet nisi tria illa opuscula missa scilicet libri parte posteriore a bibliopega adiuncta, Parisinus praeterea minuta quaedam omnino a librario adiecta.

possunt pendere a Spirensi etiamtum integro, magis crediderim redire ad archetypa diversa. neque enim Spirensis librarii culpa Didymus omissus videtur esse, sed antiquioris.

2. Itinerarium quod dicitur Antonini tam provinciarum quam maritimum scriptum imperante Diocletiano, quod in Spirensis apographis non contaminatis propter defectum modo memoratum incipit a verbis *rationem quod Mercurius dicitur* p. 2, 1 Parth., praeter Spirensem etiam habent Escorialensis R II 18 saec. VIII et Vindobonensis modo citatus aliique libri non ex Spirensi derivati. adsunt in Spirensis apographis additamenta aetate Constantiniana ad itinerarium adiecta, quae absunt a recensione vetustiore (Parthey et Pinder praef. p. XXXIII).

3. Septem montium urbis Romae et aquaeductuum eius recensus conscripti adhibita Notitiae urbis appendice editi sunt infra p. 544 (I).

4. Dicuili librum de mensura orbis terrae scriptum a. p. C. 825 praeter libros saeculo XV et XVI descriptos ex Spirensi servant soli codices duo saeculi X Dresdensis D 182 et Parisinus 4806, quos modo vidimus proficisci ex libro Spirensi gemello.

5. Notitia episcopiorum Galliarum exhibebatur in Spirensi forma ei libro propria, scilicet ut inciperet a provincia Alpium Graiarum et Poeninarum.

6. Provinciarum imperii Romani laterculus is de quo agimus, ad formam antiquiorem interpolatam et ipsam aucta interpolatione recensitus.

7. Commentariolum de urbis Romae montibus (qui laterculus a supra memorato diversus est), portis, viis non repertum quod sciam in ullo libro nisi quem constat descriptum esse ex Spirensi, formatum paucis aliunde adsumptis ex Festo a Paulo diacono epitomato, editum est infra p. 544 (II).

8. Tractatus *de rebus bellicis* aetatis incertae (cf. Köchly et Rüstow *griechische Kriegsschriftsteller* vol. 1 p. 414) editus cum Vegetio a Stewechio (a. 1607, app. p. 83—102) praeter descriptos ex Spirensi libro in aliis quod sciam non reperitur. quando scriptus sit, ignoratur; sed doctrinae Vegetianae non multum cedit et sine dubio antiquae aetatis est, etsi extremae, non medii aevi.

9. *Altercatio Hadriani Augusti et Epicteti philosophi*, incipiens: *primum est, quid sit mundus*, finiens in quaestione Hadriani *Quid sunt parasiti?* (edita apud Orellium opuscula Graecorum vet. sententiosa et moralia vol. 1 p. 250 seq.; cf. Fabricius bibl. Graeca vol. 13 p. 563) versio est interrogatorii quod inscriptum est *Σεκούνδου τοῦ Ἀθηναίου γνῶμαι*, sed aucta multis additamentis. tractatus fraude sine dubio antiqua refertur ad Hadrianum et Epictetum ideo fortasse, quod biographus illius c. 16 eum ait cum Epicteto vixisse *in summa familiaritate* et posteriores Epictetum scribunt mortuum esse imperante Marco (Zeller *Philosophie der Griechen* 3, 1³ p. 738).

10. Notitia regionum urbis Romae (Jordan *röm. Topographie* vol. 2 p. 1 seq. 539 seq.) exhibetur forma antiquiore, quam supra p. 77 diximus prodiisse videri a. p. Chr. 334. eadem forma cum reperiatur in codice Vindobonensi n. 162 saec. IX, libri recentiores numero multi non pendent ex uno Spirensi, sed redit ad eum praescriptio formata sic: *urbs quae aliquando desolata nunc praeclarior piissimo imperio restaurata Roma*, sub qua picta est Roma sedens cum adscriptione: *annona urbis Romae*.

11. Notitiam regionum urbis Constantinopolis (ed. Seeck cum Notitiis dignitatum p. 227 seq.; Riese geogr. Lat. min. p. 133 seq.) scriptam imperante Theodosio II item praeter apographa Spirensis libri sistit idem liber Vindobonensis n. 162 adiecta praefatione in Spirensi praetermissa.

12. Laterculus exhibens gradus cognationum, qualem codices breviarii Alariciani multi proponunt (edidit plura exempla Haenel ad legem Romanam Visigothorum Lipsiae 1849 in fine), ex apographo Spirensis Monac. 794 aere expressus est a Boeckingio in corpore

iuris anteiustiniani Bonnensi vol. I p. 173. Spirensis laterculus proxime accedit ad Haenelianum desumptum ex codicibus Bernensi n. 263 saec. IX, Lugdunensi Voss. fol. n. 114 saec. IX, Vaticano reginae n. 1048 saec. X, Parisino n. 4409 saec. X. errore Max. Conrat (*Geschichte der Quellen des römischen Rechts* vol. 1 p. 318; cf. suppl. p. 1 seq.) hanc stemmatis formam adiudicat saec. XI exeunti.

13. Notitiam dignitatum in partibus tam Orientis quam Occidentis scriptam sub Honorio notum est a nobis legi solius libri Spirensis beneficio.

Corpus id de quo agitur, nobis *X*, ubi quaerimus quo loco et quo tempore et quibus copiis adhibitis confectum sit, locum aliquatenus determinat notitia Gallicana: scilicet quod in exemplaribus his omnibus neque in alio ullo incipit a provincia Alpium Graiarum et Poeninarum, inde iure colligemus in eius regionis oppido aliquo compilatorem vixisse: nam quominus inversionem ordinis legitimi ad Spirensis codicis *(Z)* librarium referamus, obstat inscriptionis condicio ita corrupta, ut non possit non translata esse in Spirensem ex archetypo [1]. — Aetatem definit, ut supra dixi, libellus Dicuilianus scriptus in Hibernia a. 825 et receptus non solum, ut supra vidimus, in exemplar Spirense, sed in alterum quoque gemellum, a quo pendent Parisinus 4806 et Dresdensis, et propterea rediens ad archetypum omnium *X*. non fuisse id ipso Dicuilo multo recentius declarant apographa sumpta inde saeculo decimo. quibus copiis instructus compilator syllogen formaverit, supra ad singula capita exposuimus. adhibuit sine dubio corpora similia vetustiora, quale id est ex quo descendit codex Laurent. 89, 67 saec. X [2] habens ex supra recensitis cosmographiam (1), itinerarium (2) [3], montes et aquaeductus (3), regiones urbis Romae (10). sed item copia ei fuit libellorum hodie per eum solum servatorum, inter quos eminet Notitia dignitatum cum suis picturis. libellos quos recepit plerosque adhibitos esse forma non optima supra vidimus in cosmographia et in itinerario et vel maxime in provinciarum catalogo, neque id mirabimur in auctore saeculi noni, cui item aptus est gradus cognationum laterculus adsumptus videlicet ex codice aliquo breviarii Alariciani, nec minus apta inscriptio supra relata Notitiae urbis Romae recordans ni fallor imperii Romani restaurationem Karolingicam. ipse suo Marte quid addiderit, difficile est a traditis distinguere; de montibus portis viis urbis Romae commentariolum alibi non rediens si est ipsius, ut potest esse, Festum adhibuit a Paulo diacono breviatum, eodemque videtur ducere, quod quae ad libellum provinciarum de suo adiecit, ad eiusdem Pauli historiam Langobardorum tam prope accedunt, ut inde adsumpta esse videantur. quapropter exemplar quod servavit libelli provinciarum posthabendum est non solum puris, sed etiam interpolatis, qualia adhibuit Paulus et post eum is de quo supra diximus collectaneorum eius compilator.

Exemplaria corporis Spirensis, quae quidem laterculos duos Gallicanum et provinciarum habeant [4] et extent, innotuerunt haec.

1) Scilicet quod praescribitur *in dei nomine incipiunt adnotationes provinciarum urbium Grecarum et Pinnarum vel Gallicanarum cum privilegiis suis* contaminatum est ex titulo libelli aliunde testato: *adnotatio provinciarum atque urbium Gallicanarum cum privilegiis suis* et ex praescriptione regionis decimae: *in provincia Alpium Graiarum et Poeninarum.* 2) Perverse Car. Pertzius (Ethic. p. 64) censet Spirensem descriptum esse ex libro eo ne in lectionibus quidem proxime accedente ad Spirensem (Parthey et Pinder praef. itin. Antonini p. XXXIV). interpolationes quoque Notitiae urbis huic libro insertae (v. Jordan forma urbis p. 47) absunt ab exemplaribus eius derivatis ex Spirensi. nec maiore cum probabilitate alibi (l. c. p. 57) cosmographiam existimat venisse in Spirensem ex Parisino 4807 saec. IX exeuntis. 3) Cosmographiam et itinerarium supra p. 528 vidimus item coniuncta exhiberi in antiquissimo Vindobonensi 181. plura in eo libro non fuerunt; descriptus ex archetypo in fine mutilo desinit p. 479, 9 in verbis *Londinio mp. XXI* et vacua remanet pagina quae sequitur; deinde qui librum emendavit addidit quae in fine desiderabantur. 4) Excerpta ex Notitia Dignitatum sumpta a. 1427 ab Antonio Angeli de Aquila, servata in cod. Cheltenhamensi n. 16397 nuper edita sunt cura Henrici Omont (*mém. de la soc. des antiquaires de France* vol. 51 a. 1891 p. 225). item laterculis carent Vaticanus n. 3715 (Böcking *über die Not. Dign.* p. 34. 38) et Giessensis n. 946 (Böcking in ed. N. D. Occ. p. 131). liber Neapolitanus IV. D. 22 B descriptus apud Pertzium Ethic. p. 48

73 1. Oxoniensis Canonicianus Lat. misc. n. 378, antea Morellii (cf. Morelli bibl. ms. Graec. et Latin. vol. I Bassani 1802 p. 370 seq.; Parthey et Pinder in praef. ad itin. Ant. p. XXVI; Car. Pertz Ethicus p. 68; de Boor in Hermae vol. 9 p. 222; Oxon. catal. pars III p. 719) subscriptionem habet eam quae sequitur: *exemplata est hec cosmographia que Scoti dicitur cum picturis ex vetustissimo codice quem habui ex Spirensi bibliotheca anno domini MCCCCXXXVI mense Ianuario, dum ego Petrus Donatus dei pacientia episcopus Paduanus vice sanctissimi domini Eugenii pape IIII generali Basiliensi concilio presiderem.* eam scriptam esse ab ipso Donato satis constat itaque, si est ab eadem manu quae librum exaravit, qua de re ambigitur, eum quoque Donatus scripsit. eodem ducit locus Notitiae Occ. c. 40, 31 in hoc libro ita emendatus, ut dubitari non possit adiecta proficisci ex archetypi inspectione diligentiore (Seeck l. c. p. 225). subscriptioni subiunctus est tractatus (Riese geogr. Lat. min. p. 7—14) inscriptus sic: *demensuratio provinciarum quae non erat in praecedenti codice, sed de antiquissimo libro excepta:* utrum scriptus esset a manu eadem an ei altera succederet, in re praesenti dubitabamus. sequitur Cyriaci Anconitani notitia tam Graece quam Latine perscripta de septem miraculis mundi exarata manu Cyriaci ipsius. is Donati amicus ut in codicem aliquando Donati, hodie Berolinensem Hamiltonianum n. 254 sua manu quaedam rettulit[1]), eiusdem librum hunc quoque similiter locupletavit.

2. Monacensis n. 794, olim Petri Victorii (Boecking l. c. p. 11; Parthey et Pinder l. c. p. XXIV; Pertz l. c. p. 68; Seeck in Hermae vol. 9 p. 223) habet et ipse subscriptionem Donati et dimensurationem provinciarum et Cyriaci commentarium de septem miraculis sine dubio descriptus ex Oxoniensi.

3. Parisinus *nouv. acquis.* n. 1424, antea *Francisci Soderini cardinalis Volaterrani episcopi Hostiensis* mortui a. 1524 (Cam. Jullien *note sur un manuscrit de la Notitia Dignitatum* in *mélanges d'archéologie publ. par l'école française de Rome* a. 1887 p. 284 seq.). adsunt subscriptio Donati et dimensuratio provinciarum.

4. Parmensis liber (Böcking *über die Not. Dign.* p. 38) mea causa Romam missus ibique examinatus ab Huelseno, scriptus est saec. XVI iussu Fulvii Ursini, qui subinde emendavit et post Donatianam subscriptionem subiecit sua manu: *hactenus Maphei liber.* hic igitur codex est, quem intercedente Io. Vinc. Pinellio Pancirolius ad Notitiam Dignitatum adhibuit[2]). sed continet apographum derivatum omnino, ut lectiones quoque ostendunt, ex codice Oxoniensi non omnia quae adsunt in exemplari Donatiano: absunt tam dimensuratio provinciarum quam is de quo agimus provinciarum laterculus. recepimus nihilominus, ne quis in futurum in eo aliquam spem ponat.

5. Matritensis bibl. nat. Q. 129 (Knust apud Pertz *Archiv* 8, 791; Parthey et Pinder l. c. p. XX; Pertz Ethicus p. 65). adest dimensuratio provinciarum. cave credas Pertzio codicem descriptum esse ex Spirensi integro etiamtum; immo expletus est ex libro diverso et in exordio itinerarii et altero loco (itin. Anton. p. 82 v. 3 Wess.; cf. Parthey et Pinder p. XXXIV).

74 6. Parisinus n. 9661 (suppl. Lat. 671), antea Lamoignoni (Letronne Dicuil Paris. 1814 p. 30; Boecking ed. p. II; Pertz Ethicus p. 67; Parthey et Pinder l. c. p. XXIII), Guerardi in Not. Gall. codex *Y*. Non inest dimensuratio provinciarum nec venit ex apographo Donati (Seeck l. c. p. 225).

7. Parisinus n. 5285 *E* olim Bigotianus (Böcking not. dign. ed. p. II), saec. XVII vel XVIII descriptus est ex Parisino 9661.

quaedam videtur habere derivata ex Spirensi, sed laterculi nostri duo, qui adsunt, non videntur inde proficisci. ipse eum non evolvi, nec magis vidi exemplar Cheltenhamense n. 6747.

1) Vide quae dixi de eo codice *Jahrbuch der preussischen Kunstsammlungen* vol. 4 p. 76.

2) Pancirolius Not. Dign. (Genevae 1623) p. 3. archetypum Romae apud Maffeios versavit etiam Pierius Valerianus. alterum exemplum Pancirolius accepit a Friderico Madrucio. Maffeianum et Madrucianum num sint inter ea quae supra recensentur, ignoratur.

8. Vindobonensis n. 3103 (Endlicher n. 332), antea Salisburgensis 18*b* (non 18*c*: 75
Boecking ed. p. III non recte; Parthey et Pinder l. c. p. XXVI; Pertz Ethic. p. 69; Seeck l. c. p. 221), scriptus *anno domini 1484.* verisimile est secundum ea quae dicentur sub n. 9 eum aliquando fuisse in bibliotheca capituli Spirensis una cum archetypo libro.

9. Vindobonensis n. 3102 (Endlicher n. 331), antea Salisburgensis 30*b* (non 18*c*) (Boecking ed. p. II non recte; Parthey et Pinder l. c. p. XXV; Pertz Eth. p. 69; Seeck l. c. p. 222) descriptus est iussu Bernardi Kleselii episcopi tum Tridentini ex libro eo qui praecedit, ut ostendit quod in huius voluminis folio primo legitur: *librum hunc satis incorrectum incorrecte eciam* (*eci* vel *ecc* cod.) *est iussu nostro transcriptum ex antiquo exemplari reperto in bybliotheca capitul[a]ri Spirensi, dum ibi essemus cum serenissimo rege Ferdinando etc. in conventu imperiali anno 1529. Bern. episcopus Trid.*

10. Monacensis Palatinus n. 10291 (Foeringer *Bairische Annalen, Litteratur* 1835 72
p. 501 seq. quem commentarium non vidi; Boecking ed. p. I; Parthey et Pinder l. c. p. XXIII; Pertz Ethicus p. 67; Seeck l. c. p. 218) scriptus, ut indicatur sub imagine urbis Romae (supra c. 10), a. MDXLII, cum praescriptione inter a. 1544 et 1551 facta: *hic liber, cui titulus itinerarium Antonini, ad verum atque archetypum exemplar descriptus illustrissimo principi ac domino domino Othoni Henrico comiti Palatino Rheni utriusque Bavariae duci etc. tanquam antiquitatis amatori atque indagatori studiosissimo a venerabilibus ac honestis cathedralis ecclesiae Spirensis decano atque canonico dono missus est* (quae sequuntur affert Seeckius l. c.)

11. Romanus Barberinianus n. 809 (Boecking *über die Not.* p. 17; Parthey et Pinder l. c. p. XXV; Pertz Ethic. p. 67; Seeck l. c. p. 220) descriptus est ex Monacensi 10291 (Seeck l. c. p. 296).

12. Monacensis n. 4013 sive Augustanus Ies. 13, Peutingeri n. 37 (Parthey et Pinder l. c. p. XXV; Pertz Ethicus p. 70). librum qui emendavit, Peutinger puto, adhibuit id ipsum exemplum quod descripsit librarius.

13. Venetus Marcianus X, 88, olim Ambrosii Contareni, postea Thom. Ioh. Farsetii (Morelli *biblioteca manoscritta Farsetti* a. 1771 p. 36; Pinder et Parthey l. c. p. XXVI; Pertz Ethicus p. 69) continet cosmographiam, itinerarium, Dicuilum, laterculos duos Gallicanum et provinciarum imperii, tractatum de montibus portis viis.

14. Vindobonensis n. 12825 (suppl. 14), antea Iesubrunensis (Pinder et Parthey p. XXVIII; Pertz Ethicus p. 54).

15. Vaticanus Ottobonianus n. 643 saec. XV post Iulium Honorium continet laterculum provinciarum imperii Romani aperte ductum ex Spirensi. sequitur tractatus de montibus portis viis urbis Romae. reliqua opuscula in Spirensi reperta a codice absunt.

Ad codicis Spirensis lectionem determinandam selegi ex libris his quattuor Oxoniensem, Parisinum n. 9661, Vindobonensem n. 3103, Monacensem n. 10291, reliquos sprevi. illos omnes sumptos esse ex ipso archetypo Seeckius (Hermae vol. 9 p. 225) demonstravit adlata loci Notitiae in archetypo evanidi horum quattuor librorum lectione ita diversa, ut nullus ab alio ex tribus pendeat.

Crisis libelli nititur cum eo exemplari corporis Polemiani quod superest tum eo, quod adhibuit is qui eum cum laterculo Gallicano contaminavit, id quod reliquis perfectius repraesentant libri nostri 9. 10, minus bene n. 18. 68. 79; denique tertio quod adhibuit interpolator is, a quo proficiscuntur tam Vaticanus *V* quam denuo interpolati Paulini *BO* et apographa codicis Spirensis deperditi. tria haec exemplaria eiusdem iuris videntur esse; nam quod primum et secundum Pont. 1 consentiunt in errore *polemiacus*, cum tertii pars altera veram formam *polemoniacus* habeat, inde non licebit efficere illis duobus subesse archetypum commune, cum ea possit re-

dire ad coniecturam (v. adn.). in secunda familia codices duo 9 et 10 pares habendi sunt (Afr. 3 *Byzacium* verum habet 10 contra 9, Illyr. 11 *Suaria* et Pont. 5 *Paflagonia* 9 contra 10), deteriores autem propria bona nulla habent et cum errent fere cum 10, ab huiuscemodi libro pendere videntur. in tertio ordine, quem interpolationum (memorabilis est praeter Italicas inserta in Britannia provincia Orcadum infra p. 534) et errorum (v. inter alia Gall. 2. 3. 16, Ill. 4. 5, Thrac. 4, Or. 8. 9) communio a reliquis separat, modo Spirenses verum servarunt (ut Afr. 3 *Byzacium,* Thr. 5 *prius*), modo libri *O* et hoc inferior *B* (ut Afr. 7 *terras intrat,* Thr. 3 *Moesia inferior,* quod recte retinuerunt, mutatum in Spirensibus in *Moesia superior* non simplici errore, sed propterea quod Ill. 6 uterque ordo ex Moesia superiore errore inferiorem fecit), modo uterque ordo veri partem (Aeg. 2 *Augustalis* Spirenses, *tamnis* vel *iamnis BO* pro *Augustamnis*). inter utrumque ordinem tamquam arbiter est *V,* quatenus pervenit nec errores habet sibi proprios, stans cum parte meliore.

De ipsius laterculi aetate quae ad priorem editionem exposui, hoc loco repetere nolui, quoniam de eo solo non adsumptis cum reliquis similibus indicibus Veronensi, Rufii Festi, Notitiae dignitatum, Hieroclis tum testimoniis apud rerum scriptores et in actis conciliorum servatis recte agi non potest, disputatio autem ad eum modum instituta chronicorum editionis terminos egreditur. quam ob rem sufficiet paucis comprehendere, quae de indice Silviano post curas meas posteriores et aliorum multas et varias iam pro exploratis mihi videntur posse haberi.

Distinguendae sunt ni fallor in Silvii indice partes Occidentis et Orientis. Occidentis provinciae in eo recensitae ad tempus quo auctor scripsit recte quadrant neque ullo loco errores in iis deprehenduntur; inter Orientales e contrario non paucae desiderantur ante a. 449 constitutae et quae referuntur passim inveniuntur vitiatae.

Partes Occidentis sive Silvii dioeceses quattuor primae (nam Britanniam eo tempore a barbaris occupatam propterea videtur posuisse loco extremo) ad amussim concordant cum reliquis aetatis supparis testimoniis, praesertim cum Notitia dignitatum. dubitationem sola Valeria movet[1]). eam a Diocletiano nomen traxisse pariter atque eiusdem nominis provinciam Illyricanam inde colligemus, quod iustam causam eius vocabuli ex posterioribus imperatoribus nullus habuit, et vere mentio eius fit cum in constitutione data a. 399[2]) tum in Notitia Dignitatum eiusdem fere aetatis[3]). sed tamen in titulo dedicato a. 400 Valeria ita praeteritur, ut nulla tum fuisse videatur[4]), et praeteritur similiter in constitutionibus a. 364[5]) et 413[6]). itaque ne Polemius quidem errore eam omisit; immo nomine magis quam re videtur extitisse, in forma, qualem exhibet Notitia, separata a Piceno, plerumque autem eidem praesidi commissa et propterea in provinciarum recensu saepe praeterita. quod binae dioeceses tam Italiae quam Galliae coniunguntur, in similibus quoque laterculis passim redit.

Secus est in Oriente sive in dioecesibus Silvianis Illyrico (quod ab a. inde 437 totum fuit sub imperio Constantinopolitano) Thracia Asia Oriente Ponto Aegypto. de

1) Tuscia suburbicaria, quae memoratur a. 458 (nov. Maioriani 9, 1), et annonaria, cuius meminit continuator Marcellini ad a. 538, quando constitutae sint, ignoratur; evenisse id ante a. 418 ex constitutione C. Th. 11, 28, 12 colligi non potest. 2) C. Th. 9, 30, 5 ad vicarium urbis Romae: *pastores Valeriae vel Piceni.* 3) Occ. 19 inter provincias decem quae sunt sub dispositione vicarii urbis Romae extremum locum obtinet Valeria sub praeside. in libro quoque coloniarum p. 228 *provincia Valeria* certe secundum codicem Palatinum suum locum obtinet. 4) Eum (C. I. L. VI, 1706) Foronovani ponunt praesidi *cuius ope .. instauratam .. tota se Piceni et Flaminiae provincia gratulatur.* Flaminiam et Picenum ad a. usque 350 cum constet sub eodem praeside fuisse, deinde divisa esse, aut dedicatio in latere scripta a. 400 non pertinet ad inscriptionem anticae, sed ad sublatam antiquiorem, aut eo anno ad antiquam ordinationem extra ordinem reditum est et provinciae duae eidem praesidi commissae habitae pro una eademque. utut est, Valeriam hic praeteriri eo magis offendit, quod Forum novum eius ipsius provinciae finibus comprehendebatur. 5) C. Th. 9, 30, 1. 6) C. Th. 11, 28, 7.

duobus vitiis ambigi non potest: Galatia provincia relata est apud Silvium non ad Pontum, sed ad Asiam et provinciae duae Thraciarum Haemimontus et Scythia bis referuntur et sub suis nominibus in dioecesi Illyrici et in sua dioecesi sub nominibus Thraciae secundae et Scythiae inferioris. deinde ex provinciis Orientis, quas habet Notitia Dignitatum, absunt a laterculo Silviano non minus duodecim: in Illyrico Macedonia salutaris et Dacia mediterranea; in Ponto Galatia salutaris, Cappadocia secunda, Armenia secunda; in Oriente Arabia, Palaestina secunda, Palaestina salutaris, Phoenice Libani, Syria salutaris, Cilicia secunda. id ut aliquatenus excusarem, in priore editione Silvium contendi laterculum antiquiorem exhibuisse scriptum c. a. 386, eatenus recte, quod pleraeque ex provinciis omissis inter eas quas Notitia habet recentissimae sunt et ex parte certe constitutae ab Eutropio exeunte saeculo quarto[1]). sed de ipsa re erravi neque ad unum annum omnia redigi possunt quae habet laterculus. Aemilia et Liguria coniunctae etiamtum a. 385 (C. Th. 2, 4, 4) apud Silvium separantur. adsunt provinciae duae Arcadia et Honorias formatae non ante a. 384 Honorii natalem, probabiliter postquam Augustus creatus est a. 393. e contrario Cappadociae secundae et Armeniae secundae meminit constitutio a. 386 (C. Th. 13, 1, 11). inter duos scopulos nullum est effugium. provinciarum Orientis denominationes novae imperatoriae cum sine dubio multo magis etiam in Occidente celebratae sint quam reliquarum provinciarum novarum ordinatio, habemus in partibus Orientis laterculum provinciarum formatum saeculo medio quarto, postea autem hic illic neque tamen constanter emendatum. *L'auteur de la Notice* — peritissimi Tillemontii verba sunt (*hist.* 5, 699) — *vivoit en Occident, et ne savoit pas trop l'état où estoit l'Orient*: ei iuvenis contradixi, hodie subscribo.

Ordo provinciarum per singulas dioeceses neque ad locorum situm applicitus est neque ad dignitatis praesidum gradus, quamquam solet laterculus incipere a provinciis quae habent civitates primarias, ut in Africa a proconsulari, in Oriente a Syria coele.

Ad additamenta adiecta ad laterculi provinciarum dioecesin Italicam eatenus attendendum est, quatenus ea exhibet codex Vaticanus 341 saec. X legitque, ut supra vidimus, exeunte saeculo octavo Paulus diaconus; nam postea addita vel a Paulo ipso vel a scriptore codicis Spirensis non multum posteriore eius aetatis doctrinam non superant. vetustior ille interpolator saeculi sexti opinor septimive quamquam laterculum nequaquam ita formavit, ut suae aetatis statum perfecte repraesentaret (nam neque Tusciam habet bipertitam et reliquit tam Raetias duas quam insulas tres in Italia separatas ab ea sub imperatoribus Constantinopolitanis), tres provincias quas addidit Valeriam Nursiam Alpes Apenninas ex ordinatione quam ipse novit videtur inseruisse. scilicet Iustinianus quique post eum regnarunt quomodo Italiam ordinarint quamquam parum notum est, hoc ex Gregorii magni libris potissimum apparet provinciarum numerum ita auctum esse[2]), ut separarentur olim coniunctae, Calabria ab Apulia, Lucania a Bruttiis, Valeria locum suum reciperet[3]), denique nova accederet provincia Nursia[4]). tertia

1) Cf. Claudianus in Eutropium 2, 585: *ne quid tamen orbe reciso venditor amittat, provincia quaeque superstes dividitur geminumque duplex passura tribunal cogitur alterius pretium sarcire peremptae.* 2) Errant qui contendunt (Car. Diehl *études sur l'administration Byzantine* p. 22) provinciam apud Gregorium aliter usurpari atque usurpatur aetate meliore ponique posse pro territorio civitatis. unicus locus quo se tuentur dial. 4, 22 (= scr. rer. Lang. p. 539): *iuxta in hac provincia, quae Sura nominatur,* referentes eum ad Soram, si quid video corruptus est legendumque *supra*, cum paulo ante nominetur *Valeriae provincia.* 3) Eius Gregorius passim meminit dial. 1, 4. 10. 11. 12. 3, 20. 22. 4, 21. ep. 10, 1: neque alia est *provincia Marsorum* dial. 4, 23, cum Marsi municipium finibus Valeriae comprehendatur (grom. p. 229). papa Bonifatius III *natione Marsorum de civitate Valeria* (lib. pontif. 1 p. 317 Duch.) eodem pertinet indicatione originis interpolata imperite. 4) Gregorius dial. 1, 4. 2 praef. 3, 37. 4, 11. Geogr. Rav. 4, 27: *provincia de Nersis.* eadem est opinor Sabinensis provincia nominata apud Gregorium dial. 4, 51. *Aureliae partes* dial. 3, 17 prope montem Argentarium (Monte Argentaro prope Orbetello) significant ni fallor Tusciam suburbicariam. *patrimonia* ecclesiae Romanae enumerata apud Iohannem diaconum vit. Greg. 4, 53 cave cum provinciis eius aetatis confundas.

provincia *Alpium Apenninarum*[1]) quamquam sub hoc nomine alibi non nominatur, recte videtur accepta esse a scriptore libri Spirensis, cum adnotat: *in qua est Genua;* significatur quae apud Ravennatem 4, 29 appellatur *provincia maritima Italorum quae dicitur Lunensis et Vigintimilii et ceterarum civitatum,* imperio Byzantiorum per saeculum comprehensa post Liguriae antiquae partem superiorem occupatam a Langobardis. — Praeter Italica haec quae interpolator in laterculo mutavit non sunt magni momenti. Orcadum provincia profecta est ex loco Eutropii 7, 13: (Claudius) *quasdam insulas etiam ultra Britannias in oceano positas Romano imperio addidit, quae appellantur Orcades,* exscripto et in chronicis Hieronymi ad a. Abr. 2061 et ab Orosio 7, 6, 10.

Libelli inscriptio traditur sic:

nomina prouinciarum *PO*
nomina (numero 18) omnium (omn. nom. 9. 10) prouinciarum (*add.* romarum 10^{a}, romanarum 10^{b}, romanorum 9) 9. 10. 18. 79
de diuersis prouinciis *V*
de prouinciis (-cis 75[1]; sequitur *add.* 75) 72. 74. 75
item recapitulatio de nomina *(sic)* regionum cum prouinciis suis 68
om. B 73

Regionibus sic praescribitur:

in italia xui *et sic deinceps, ut infra editur, P*
de prouintiis galliae: decem et septem prouintiae sunt in gallia *et sic deinceps (Italia inscr. caret) V*
prouinciae itaque italiae sunt sedecim — prouinciae galliarum sunt x et uii *B et sic deinceps, item, his omissis, ab Africa inde O*
in italia prouincias n. xuii — galliarum metrophole numero xui — in africa n. ui *et sic deinceps* 9; in italia prouintias n. xuiii — galliarum met n. xuii — in africa n. ui *et sic deinceps* 10; in italia prouincia xuii — prouinciae afregana num. ui — in spania prouintias sunt num. uii *et sic deinceps* 18; in italia prouincia (*corr. in* -ciae) xuii — prouintiae affricanae numero ui *et sic deinceps* 79; in italia prouincias n. xui — galliarum pro nm xuii — in africa prouinc nm uii 68
provintie italie sunt xuii — prouincie galliarum sunt xuii — prouinciae africae sunt sex *et sic deinceps* 72 *et sic fere* 73. 74. 75

Numeros per singulas dioeceses provinciis non praescribunt *P* 9. 10. 18. 68. 79, praescribunt *VBO* (sed hic perversos totos) 72. 73. 74. 75.

Nomina dioecesium, quae redeunt infra in breviario temporum p. 547, 27 omissa Aegypto utpote aliquamdiu comprehensa dioecesi Orientis, repetunt in fine 9. 10 et deteriores permulti sic:

Italia
Gallia
Africa
Hispania
Illiricus (illyricus 10)
Thracia (tracia 10)
Asia

1) Parum probabiliter antea me cogitavisse de Alpibus Poeninis male insertis observavit Fabre (in commentario citato p. 536 n. 8) recte. sed Paulus quae de huius provinciae finibus habet quomodo Fabre l. c. defendere potuerit, equidem pro eius viri sagacitate miratus sum. evidenter Paulus nomen in catalogo inventum temere interpretatus est ita, ut ipsius Alpes Apenninae provinciis aliis ab ipso recensitis comprehendantur.

Oriens
Pontus
Egyptus (Aegyptus 10)
Brittania
n. XI.

Recapitulatio auctior in fine reperitur haec in 79, item in aliis deterioribus multis:

In Gallia (*corr. ex* galga) XVII	prima Lugdunensis
in Italia XVII	prima Campania
in Africa VI	prima Cartago
in Hispania VII	prima Tarragona
in Illiricum XVIIII	prima Dalmatica
in Tracia VI	prima ipsa Tracia
in Asia XII	prima ipsa Asia
in Oriente X	prima Siria Ciliciae (*corr. ex* e[?].iliciae)
in Ponto VIII	prima Pollimiacos
in Egypto V	prima ipsa Egiptus
in Brittania V	prima ipsa Brittania.

1. IN ITALIA XVI.

xui] *PB* 68, xuii 9. 72. 73. 74. 75 *et* 18. 79 *(hi duo connumerantes omissis intermediis ex dioecesi sequenti Alpes Graias)*, xuiii 10, *om. OV*

1 Campania, in qua est Capua.

prima] prouincia 74 camphania 75 capud *P*

1) *Paulus hist. Lang. 2, 17:* septima . . provincia Campania . . . in qua . . Capua.

2 Tuscia cum Umbria

> in qua est Roma 72. 73. 74. 75

thustia *P* umbra 75

2) *Paulus l. c. 2, 16:* sexta provincia Tuscia est . . . in hac provincia Roma . . est constituta. in Umbria vero, quae istius in parte ponitur *cet.*

3 Aemilia

aemilia] 10, emilia *reliqui* *om.* 72. 73. 74. 75

> 3ᵃ Nursia *BOV* 72. 73. 74. 75
> quarta (tertia *voc. om. cum Aemilia*) *ante* nursia 72. 73. 74. 75
> 3ᵇ Valeria *BOV* 72. 73. 74. 75
> in qua est Reate 72. 73. 74. 75

3) *Paulus l. c. 2, 18:* decima Aemilia . . . extiterunt quoque, qui Aemiliam et Valeriam Nursiamque unam provinciam dicerent *(scilicet antiquum catalogum interpretatus ita cum catalogo Bambergensi, ubi sic est:* III. Emilia Nursia Valeria. IIII Flaminia), sed horum sententia stare non potest, quia inter Aemiliam et Valeriam Nursiamque Tuscia et Umbria sunt constitutae. *c. 20:* tertia decima Valeria, cui est Nursia adnexa . . . . haec habet urbes . . . Reate . . . . Marsorum quoque regionem intra Valeriam provinciam aestimo computari, quia in catalogo provinciarum Italiae minime ab antiquis descripta est. *cogitavit Paulus de loco Gregorii dial. 4, 23 (vide supra p. 533 not. 3).*

4 Flaminia, in qua est Ravenna

quarta *BV*, quinta 72. 73. 74. 75 flaminia] *VB* 68, flamminia *PO* 9. 10, flammina 72. 73. 74, flamina 75, flaminie 18, flamminiae 79 qua] que 18 rauenna] r. civitas *BO*

4) *Paulus l. c. 2, 19:* undecima provinciarum est Flamminia . . . in qua . . . Ravenna.

5 Picenum

> in qua est Asculis 72. 73. 74. 75

sexta 72. 73. 74. 75 *(vide supra)* picenum] *BO* 10, picinum *reliqui*

5) *Paulus l. c. 2, 20:* duodecima Picenus . . . in qua sunt civitates . . . Asculus.

6 Liguria, in qua est Mediolanus

septima 72. 73. 74. 75 *(vide supra)* leguria 68, leguriam *P*, ligoria 9. 10. 79, licoria 18 quo 79 est *om. P* mediolanus] *PB* 9. 10, mediolanum *OV* 72. 73. 74. 75. 79, mediolanensis 18, mediolano 68

Mantua que Gallia cisalpina dicitur BO^2

ad Venetiam B cesalpina *B*

6) *Paulus l. c. 2, 15:* secunda provincia Liguria . . . in qua Mediolanum. *c. 23:* certum est Liguriam et partem Venetiae, Aemiliam quoque Flamminiamque veteres historiographos Galliam Cisalpinam appellasse. inde est, quod Donatus . . . Mantuam in Gallia esse dicit.

7 Venetia cum Histris, in qua est Aquileia

urbs Venetie *BO*

octava 72. 73. 74. 75 *(vide supra)* uenitia 68, uentia 18 ystris 9, histria *BO* 68. 72. 73. 74. 75, istria *V* qua] quibus 72. 74. 75 est *om.* 72 aquilegia 10. 73. 74. 75

7) *Paulus l. c. 2, 14 ab hac provincia incipiens:* Venetiae . . Histria conectitur et utraeque pro una provincia habentur . . . Venetiae Aquileia civitas extitit caput.

8 Alpes Cottiae.

nona 72. 73. 74. 75 *(vide supra)* alpis 9, abpis 18 cottiae] *P* 79, cotthie 9, cotitiae 10, cotcie 18, cociae 68, coczie *O*, coczias *B*, scotticam *V*, cottice 73. 74, cotticae 72, coitice 75

8ª Alpes Appenninae *BOV* 72. 73. 74. 75

alpes pinnicas *V*, et alpes appenninas (*sic B*, appennine *O*) *BO*, et appen̄n (appennensium 75) 72. 73. 74. 75

in quibus Genua 72. 73. 74. 75

8) *Paulus l. c. 2, 16:* quinta provincia Alpes Cottiae dicuntur . . . in hac . . . Genua. *c. 18:* nona provincia in Appenninis Alpibus computatur . . . sunt qui Alpes Cottias et Appenninas unam dicant esse provinciam, sed hos Victoris revincit historia *[Victor ep. 5]*, quae Alpes Cottias per se provinciam appellat. *Paulum opinor secuti auctores posteriores, ut saec. X Luitprandus in antapodosi 4, 5 (MG. SS. III p. 316) aliique recensiti apud Paulum Fabre (le patrimoine de l'église romaine dans les Alpes Cottiennes, mélanges d'arch. et d'hist. publ. par l'école française de Rome a. 1885) Genuam contribuerunt cum provincia Alpium Cottiarum: id quod statuit Fabre obtinuisse iam sub Gregorio magno et inde explicandum esse ecclesiae Romanae patrimonium Alpium Cottiarum, a Iohanne diacono eius vitae scriptore saec. IX exeunte testatum 4, 53, non recte, quamquam ei adsensus est Duchesnius (lib. pontif. 1 p. 387). nam idem biographus Gregorii cum simul nominet patrimonia ecclesiae Romanae cum Liguriae tum Germanicianum et Gallicanum, Alpes Cottiae hic quoque accipiendae erunt solito more, nec minus ecclesia Romana ibi bona quaedam habere potuit quam in Gallia et in Germania (nam somnia interpretum epistulae Gregorianae 1, 73 [75] non curo) itemque in Africa.*

9 Samnium

in qua est Beneventum 72. 73. 74. 75

decima 72. 73. 74. 75 *(vide supra)* sannium 9, samium *P*, ramnium 18

9) *Paulus l. c. 2, 20:* quarta decima Samnium . . . in hac . . . harum provinciarum caput ditissima Beneventus.

10 Apulia cum Calabria, in qua est Tarentus

undecima 72. 73. 74. 75 *(vide supra)* apolia 18. 79, apulea 74, aprilis 75 calapria 18 qua est] qua 73. 74. 75, quibus 72 tarentus] *V* 9. 10. 68. 79, arentus 18, tarentum B^2, tarantus *O*, tarantum 72. 73. 74. 75, trant B^1, *om. P*

10) *Paulus l. c. 2, 21:* quinta decima provinciarum est Apulia consociata sibi Calabria . . . haec habet urbes . . . Tarentum.

11 Brittia cum Lucania

in qua Regium 72. 73. 74. 75

qua] quibus 72, qua est 75

duodecima 72. 73. 74. 75 *(vide supra)* brittannia *P*, brutia 68, brucia 18, britia 72, bricia *BV* 73. 74. 75, brictia *O*, bructia 79, bruttia 10 con 18 *om.* 9

11) *Paulus l. c. 2, 17:* octava Lucania . . . cum Brittia . . . in qua . . . Regium.

12 Raetia prima

tertia decima 72. 73. 74. 75 *(vide supra)* ritia 68, ricia 18, recia *B* 73. 75, tratia *V*, *om. P*

12) *Paulus l. c. 2, 15 hanc numerans tertiam:* inter hanc *(Liguriam)* et Suaviam *(vide infra Illyr. 11),* hoc est Alamannorum patriam . . . . duae provinciae, id est Raetia prima et Raetia secunda.

13 Raetia secunda

quarta decima 72. 73. 74. 75 *(vide supra)* ritia 68, ricia 18, recia *B* 75, tratia *V*

13) *Paulus l. c. ad praecedentem, hanc numerans quartam.*

14 Sicilia

quinta decima 72. 73. 74. 75 *(vide supra)*
cicilia *PV*, siciliae 72, siciliam 75

> insula in mari Tyrrheno *BOV* 72. 73. 74. 75
> insula *om. V* in *om.* 75 mare *B* tirreno *B*, tireno *O*, tyrreno 73. 74, thirreno 75, terreno *V*

14) *Paulus l. c. 2, 22:* sexta decima provincia Sicilia insula . . Tyrrheno mari . . . alluitur.

15 Sardinia

sexta decima 72. 73. 74. 75 *(vide supra)*
post 16 *B*

> in mari Tyrrheno *BOV* 72. 73. 74. 75
> mare *B* tirreno *B*, tyrreno 73, tyreno *O*, thirreno 75, terreno *V*

15) *Paulus l. c.:* septima decima Corsica, octava decima Sardinia ponitur, quae utraeque Tyrrhenis fluctibus ambiuntur.

16 Cursica

septima decima 72. 73. 74. 75 *(vide supra)*
cursia *B*, corsica 10. 68. 72 73. 74. 75. 79 *om. V*

> in mari Tyrrheno *BO* 72. 73. 74. 75
> mare *B* tyrreno *B* 73. 74, tyreno *O*, thirreno 75

16) *Paulus l. c. ad praecedentem*

2. ITEM GALLIARVM XVII.

xui 9

1 Viennensis

uiennenses *P*, uenensis *VB*

2 Narbonensis prima

narbonenses *P*

3 Narbonensis secunda

> 2 Narbonensis *BOV* 72. 73. 74. 75

4 Aquitanica prima

tertia *et sic deinceps ad 15 B* 72. 73. 74. 75 aquitanica] 9. 10, aquitania *plerique,* aquitanea 75, equitania *V*

5 Aquitanica secunda

aquitanica] *P* 9. 10, aquitania *plerique,* aquitanea 75, equitania *V*

6 Nouempopulana

nouempolana 72. 73, nouempollona 75, nouapola na *B*, nouembolanam *V*, nouerpolana *O*

7 Alpes maritimae

alpis *V* 9 maritimarum 72. 73. 74. 75, maritima *V*

8 Belgica prima, in qua est Treverus

> Gallia Belgica prima, in qua est Treverus *BO*

bellica 10^2, belgeca V^1 treferus *P*, treuerus 18, treueris B^b *O* 9. 10. 72. 73. 74. 75, treueri VB^a

9 Belgica secunda, de qua transitur ad Brittaniam

> Gallia Belgica secunda, de qua transitus est Brittanniae *BO*

bellica 10^2, uelgica *V* de] in 75 transitur a brittania 9, transitus britanorum (brittannorum 72, britannorum 74) 72. 73. 74. 75, transitus est britaniae (brittannie *B*) *BV*, est transitus britannie *O*
9 *post* 10 *B*

10 Germania prima super Rhenum

germanica *P* super renum *(sic libri) om.* 10^1

11 Germania secunda ut supra

germanica *P*

> Germania secunda versus Britanniam *BOV* 72. 73. 74. 75

12 Lugdunensis prima

lugdonensis *V*, lucdunensis *B*, lucdonensis 9

13 Lugdunensis secunda super oceanum | *addunt* in aquilonari mare *BOV*

aquilono mare (*om.* in) *V*

lugdonensis *V*, lucdonensis 9 secunda *om.* *V* 72. 73. 74. 75 supra 72. 73. 74. 75 ocianum *P*

14 Lugdunensis tertia ut supra | Lugdunensis ut supra versus Britanniam *BOV* 72. 73. 74. 75

ut *om.* *B*

lugdonensis *V*, lucdonensis 9

15 Senonia | Senonia Gallia *BO*

sennonia *V*

16 Maxima Sequanorum | 15 Maxima — enaxima *V* — 16 Sequanorum } *BOV* 72. 73. 74. 75

17 Alpes Graiae

alpis *V* 9. 18 grage *O*, graciae *P*, gratiae 18. 79

Dioecesis Galliarum prouincias 1—16 om. 18. 79, mutat 68 (vide laterculum Gallicanum infra editum)

3. ITEM IN AFRICA VI.

1 proconsularis, in qua est Carthago

proconsulares *P*, consularis 72, proconsolaris 9. 18. 79 cartago *PV* 9. 74. 79, cartaco 18, kartago 73, ciuitas kartago *B*, cartago ciuitas *O*

2 Numidia

numudia 18, numedia *V* 10

3 Byzacium

bizacium 10, bizatium *V*, bigacium 9, uizaceum *O*, uizacenum *B*, bizaci ut supra *P*, bizantium 18. 72. 73. 74. 79, bisancium 75

4 Tripolis

tripoles *P*, tripulis 10. 18b, tribulis 18a, tripholis 9, tropolis *V*

5 Mauretania Sitifensis

mauretania 9, mauretanea 18, mauritania *reliqui* sitifessis 18, scitiphensis *O*, sitifiensis *V* *post sequentem* *BOV* 72. 73. 74. 75

6 Mauretania Caesariensis

mauritania *libri* cesarienses *P* *om.* 9. 10. 18. 79

Dioecesin Africanam cum inscriptione sequentis om. (*scribens* in africa prouinc nū uii) 68

4. IN HISPANIA VII.

spaniae *V* uiii *BOV* 72. 73. 74. 75

1 Tarraconensis | in qua est civitas eiusdem nominis *BO*

terraconensis *BOV* 18. 72. 73. 74. 75, terragonensis 9

2 Carthaginensis | in qua est civitas eiusdem nominis *BO*

carthaginenses *P*, cartaginensis *BV* 68. 79, cartagenensis 9, cartagensis 18 *post Baeticam* 79

3 Baetica

betica *plerique*, uetica *O*, petita 79, uettica *B*, betoca 68, beatica *V*

4 Lusitania, in qua est Emerita

nusitania *O* temerita *P*, temerata 18

5 Gallaecia

gallicia *P* 9. 10. 79, galliciae 68, galatia *BOV* 73, galacia 72. 74. 75, *om.* 18

6 insulae Baleares

insol(a)e *P* 9. 18 balearis *V* 10. 18, ualeares *B*

7 Tingitana trans fretum, quod ab oceano infusum terras intrat inter Calpem vel Abinnam

tingetanea 18, tungitania *B*, tinguitania *O*, tingitania 79, tingicana *V* uiii *ante* trans fr. *ins.* *B O V* 72. 73. 74. 75 quod] quo 75 ocianum *P*, oceanum 68 infuso 18 terras intrat] t. intret 79, transmittitur 72. 73. 74. 75 inter *om.* 79 calpe *P*, calpen *O* uel] *PB* 9. 10. 18. 79, et *O* 68 72. 73. 74. 75 abinnam] 10. 18, abinam *P*, abennam 68, abiennam *BV*, auiennam *O*, auienam 72. 73. 74. 75, imnam 79, albinnam 9

5. IN ILLYRICO XVIIII.

illirico *P* 9, illiricum 79, iliricum 18, yllirici *B*, illirici *VO*, illiricae 72. 73. 74. 75 xuiii 72. 73. 74. 75

1 Dalmatia super mare

supra 9. 10. 18. 79 super mare *om.* *BOV* 72. 73. 74. 75

2 Pannonia prima, in qua est Sirmium

in q. est sirm. *om.* *BOV* 72. 73. 74. 75 sermium *P* 18, syrmium 9

3 Pannonia secunda

om. 68

4 Valeria

uiridia *BOV* 72. 73. 74. 75, *om.* 68

5 Praevalis

preuales 79, siribalis 72. 73. 74, siriualis *OV*, syriualis *B*, siribasis 75 *om.* 68

6 Mysia superior

misia *reliqui*, musi *V* superior] inferior *BOV* 72. 73. 74. 75

7 Epirus vetus

ephirus *P*, epyrus *B* 9. 10. 74. 79, epulis 18, epirius *V*, *om.* 68 ueutus *P*, suetus 68

8 Epirus nova

epyrus 9. 10. 68. 74. 79, epulis 18, epirius *V*

ins. pampica *libri deteriores aliquot infra p. 567 indicati*

9 Noricus ripensis super Danuvium

noricum 71, norico 18ᵃ, nuricus 68, nostricus *V* supra *libri* danuuium] 9, danubium *reliqui* rip. sup. dan. *om.* *BOV* 72. 73. 74. 75

10 Noricus mediterranea

noricus] nuricus 68, *om.* *BOV* 72. 73. 74. 75

11 Suavia

fauia 10. 18. 79

12 Dardania

13 Haemimontus

hemimontos 9. 10, hemymantus *P*, hiememontus 79, haecmemonentus 18, emantus *O* 72. 73. 74. 75, emanthus *B*, emantis *V*

14 Dacia

datia 68. 72. 73. 79

15 Scythia

scithia *P* 10, scitia 18. 79, scicia 9, scotta 72. 73. 74. 75, scoccia *B*, scothia *O*, ascocta *V*, *om.* 68

16 Creta insula

insola 18, infula 75ᵃ *om.* 68

17 Achaia

acaia 9. 18, hagia *V*, achia 75 *om.* 68

18 Macedonia

machedonia 10

19 Thessalia

tessalia 79, thersalia 18, thessalonica *BO*, thesalonica *V*, thessalonicensis 72. 73. 74. 75, tesalonica 68

6. IN THRACIIS VI.

traciis 68, trachiis *P*, thraciae 72. 73, thracie 74, tracie *BO* 75, tratiae *V*, tracia 9. 10. 18, tracta 79

1 Thracia prima | Thracia *BOV* 72. 73. 74. 75

tracia *PBO* 9. 10. 18. 74. 79, tratia *V* 68, thratia 72. 73

2 Thracia secunda | item Thracia *BOV* 72. 73. 74. 75

tracha *P*, tracia *BO* 9. 10. 18. 68. 74. 75. 79, thratia 72. 73, tratia *V* secunda *bis* 18[a]

3 Mysia inferior

mysia] 10, misia *plerique,* enisia *BO*, uenisia *V* inferior] superior 72. 73. 74. 75 *quinto loco* *OV* 72. 73. 74. 75, *sexto B*

4 Scythia inferior

scythia] 10. 72, scithia *PV* 73. 74, scycia 68, scitia 9. 18, cithia *O*, sitia 79, scitha 75 superior *BOV* 72. 73. 74. 75 *sexto loco O* 72. 73. 74. 75. *V* (*sed hic praescr.* quinta), *septimo B*

5 Europa, in qua est Constantinopolis, prius Lycos dicta sive Byzantium

eurupa 68, eorupa 18, euruppa 79 in qua *in margine P* constantinopolim *V* prius licos (lyeus 10, logus 9) dicta siue (sibe 9)] *P* 9. 10, quae prius liceos sive b. dicta 79, prius dicta licus (ligus *V*) siue *V* 72. 73. 74. 75, que prius liqus (*corr. in* liquus) dicta est 68, facta dicta ligus siue *O*, facta iiii et dicta ligus siue *VB*, quae prius b. dicebatur *(om. rel.)* 18 byzantium] 72, bizantium *V* 10. 73. 74. 79, bizancium *PO* 9. 75, uizancium *B*, bican tium 18, deinde begantia tertio ut supra 68 *tertio loco OV* 72. 73. 74. 75, *tertio et quarto (vide supra) B*

6 Rhodopa

rodopa *BV* 9. 10. 68. 72. 73. 74. 75, rodope *O*, rodoui *P*, rudopa 79 *quarto loco OV* 72. 73. 74. 75, *quinto B* *om.* 18

7. IN ASIA XII.

1 Asia ipsa, in qua est Ilium | id est Troia *BO* 18. 79 *(add. supra v.)*

ipsa *om. BOV* 68. 72. 73. 74 75 est *om.* 72. 73. 74. 75. 79[a] illum 79, hilium 68, lium 18

2 Lycia

licia *BOV* 9. 10. 18. 68. 73. 74. 75. 79, licium *P*

3 Galatia

galatia] *V* 10. 72. 73, galacia *reliqui,* gallacia 79, galeacia 68

4 Lydia

lydia] 10, lidia *P* 9. 68. 79, liga *BO*, lyca 72, lica 73. 74. 75, licha *V*, item licia 18

5 Caria

6 Hellespontus

ellespontus *O*, hillispontus 18. 79, elispoutus 68, bellespontis *V*

7 Pamphylia

pamphylia] 10. 68, pamphilia *plerique,* phampilia 9, panphilia 75

8 Pisidia

phisidia 9. 68. 79

9 Frygia prima

frigia *PBOV* 9. 10. 18, phrigia 68[b]. 73. 74. 75. 79, phrygia 72, phigia 68[a] prima *om. BOV* 72. 73. 74. 75

10 Frygia salutaris

frigia *P* 9. 10, phrigia 18. 68[b]. 79, phigia 68[a], *om. BOV* 72. 73. 74. 75 salutaris] secunda *P*

11 Lycaonia

lycaonia] 68. 72, licaonia *P* 9. 73. 74. 75, lyconia 10, liconia 18. 79, lichonia *BO*, liachaonia *V*

12 Cyclades

cyclades] 10. 72. 75, ciclades *BOV* 9. 74. 79, clades *P*, ciclatis 18, elclades 73, cichades 68

8. IN ORIENTE X.

in or.] orientalium *BOV*, orientales 73. 74. 75

1 **Syria coele, in qua est Antiochia**

syria] *B* 10, siria *plerique,* sira *O* coele] 74. 75, cole 73, caele 72, cile *PBOV* 9. 10, ciliae 18. cilicia 79, melle 68 est anthiocia 18, est antiocia 9, est ant. (ant. est *B*) ciuitas *BO*

2 **Syria Palaestina**

siria *P* 9. 18. 79, *om. BOV* 72. 73. 74. 75 palestina *PV aliique*

3 **Syria Phoenice**

syria] *O* 10. 74, siria *P* 68. 72. 73. 75, sina *BV*, *om.* 9. 10. 18. 79 fenice 10, finice *P* 9. 10. phaenicis 72, phenicis *BOV* 73. 74, finecis 18, fenices 79, finices 68, phennis 75

4 **Isauria**

ysauria *PV*, ysuria *B*, usuria *O*, insauria 18

5 **Cilicia iuxta montem Taurum**

cylicia 79, cylia 18, sicilia 75 tauro montem 18, tatrum montem 79 *post* montem *add.* et eufraten 73

6 **Cypros**

cypros] 9. 10. 68, cipros *P*, cyprus *BV* 18. 72. 74. 79, ciprus *O* 75, *om.* 73

7 **Mesopotamia inter Tigrem vel Eufraten**

mesopomitamia *P*, mesopotamiam *V* inter tegrem *bis* 18ª tigrem] *V* 73. 79, tigremi *P*, tygrem 72. 74, tigrim *BO* 9, tegrem 10. 18. 68 vel eufraten] 9. 10, uel eufrate *P*, et eofratim 18, et eufratem 68, et eufraten *VO* 74. 75. 79, et euphraten *B* 72, *om. hoc loco* 73

8 **Eufratesia**

eufratesiam 10, eufratisia 79, eofratisia 18, eufragia *BOV* 72. 73. 74. 75 *decimo loco BOV* 72. 73. 74. 75

9 **Hosdroene**

hosdroene] *P* 10. 72. 74. 75, hodroene 9, hosdrenae 68, hosdrone 18. 73, hotronae *BV*, othrone *O*, hostidene 79 *octavo loco BO* 72. 73. 74. 75

10 **Sophanene**

sophanene] *P*, sofanene 68, sofaneae 9. 10, supannenae 72. 73. 74. 75, sappanenae *B*, subpannene *O*, suppanent *V*, sufanis 18. 79 *nono loco BO* 72. 73. 74. 75

9. IN PONTO VIII.

uii 68

1 **Pontus Polemiacus**

ponitus 18, pontos 9 polemiacus] *P* 9. 10. 68, polimiacus 18, polemoniacus 72. 73. 74. 75, *fortasse ex emendatione ducta ex Eutropio 7, 14 (cf. XI, 6)*, polimachus *BOV*, polimitus 79
in VIIII, 1 finit V

2 **Pontus Amasia**

pontos 9 amasia] 9. 10. 68, amassia *plerique,* amassiae 79, samaria *P*

3 **Honoriada**

honoriata 18, honoriadae 79ª *om* 68

4 **Bithynia**

bithynia] 9, bithinia *BO* 10. 18. 68. 73. 74. 75. 79, bythinia 72, bithelia *P*

5 **Paflagonia**

paflagonia] *B* 9. 73. 74. 75, paphlagonia 72, paflogonia *O*, aflaconia 10. 18. 79, pamplaonia 68. pamflagonia *P*

6 **Armenia minor**

arminia 9. 18. 79, armoenia 10 minior 18 *post sequentem BO* 72. 73. 74, *om.* 68

7 **Armenia maior**

arminia 9. 18. 68. 79, armoenia 10

8 **Cappadocia**

cappadotia 68. 72, capadocia 74

10. IN AEGYPTO VI.

egypto 9, egipto *P* 68, egypti 74, egipti *BO* 72. 73. 75 u *BO*, uii 68

1 Aegyptus ipsa, in qua est Alexandria

aegyptus] 72, aegiptus 68. 73, egyptus *B* 9. 18. 74, egiptus *PO* 75 ipsa *om.* *BO* 72. 73. 74. 75 alaxandria 18

2 Augustamnis

augustamnis] 10, augustamnes *P*, agustamnis 9. 68, augustannis 79, agustannis 18, tamnis *O*, iamnis *B*, augustalis 72. 73. 74. 75

3 Thebaida

thelbaida *BO*

4 Libya sicca

libia *BO* 18. 73. 74. 79, lybia 10. 72, libea *P* 9. 68, libicia 75

5 Libya pentapolis

libia *BO* 10. 18. 73. 74. 75. 79, lybia 72, libea *P* 9. 68 pentabolis 18. 79, pentapolim *BO*, pentapholis 9, pontapoulis 10[a]

6 Arcadia

arcadia] 9, archadia 10. 18. 68. 72. 73. 74. 75. 79, archaida *P* *om.* *BO*

11. IN BRITTANIA V

in] item in *P* britaniis 68

PROVINCIAE OCCIDENTALIVM VI *BO* 72. 73. 74. 75

occidentalium] *BO*, occidentales 73. 74. 75, occiden 72

1 Brittania prima

brittania] *PB* 9. 10. 18. 79, brittannia 72. 74, britannia *O* 73, britania 68. 75 prima *ante* br. *BO*, *om.* 72. 73. 74. 75

2 Brittania secunda

item Brittania 72. 73. 74. 75

item secunda br. *BO* brittania] *PB* 9. 10. 18. 79, britannia *O* 73. 74, britania 68. 75, brittannia 72

3 Flavia

flauia] *P* 9. 68. 79, flabia 18, flagia 73. 75, phlagia 72, flagitia 74, flaia *BO*

4 Maxima

maxima ualentiana *(sic)* *BO*

5 Valentiniana

ualentiniana] *P* 72. 73. 74. 75, ualentiana *B* 10, ualenciana *O*, ualentina 9. 18. 68. 79

6 Orcades *BO* 72. 73. 74. 75

orchades 73

SVMMA CXII

Ratio constat. — summa cxii] *P*, sunt simul numero cxil 18, fiunt simul prouinciae n. cxii 9. 10, fiunt simul numero cxii 79, in suma prouincia num̄r cxi 68, *om.* *BO* 72. 73. 74. 75

III.

NOMINA CUNCTARUM *(sic)* SPIRANCIUM ATQUE QUADRUPEDUM.

Elefans. tauro. cameloparda. orix. elefans. camelus. asinus. lupus cervarius. theus. igneumon. aris. canis. lus. capra. oves. pardus. lupus. ursus. lacerta. lacrimusa. adis. bannachus. leontofanio. scincus. parander. vultur. moneocron. oxurincus. rinoceron. corocatta. leucocruta. manticora. ticris. leo. leopardus. biber. visons. urus. bos. bubalus. eocle. uena. eleia. licaon. buteo. epileus. onacer. platacervus. cervus. tragelafus. damma. addax. dorcas. tabla. feber. ludra. linx. caus. muscus. ceppus. ipotamus. mirmicoleo. sus. mula. sfinx. simius. circopiticus. callitrix. satiriscus. mustelopardus. arpe. gallus. pantagatus. ibix. camox. mussimus. sin[ci]drix. mufron. histrix. taxo. irioius. cattus. arcomus. arcoleon. furmellaris. mus mustela. mus montanis. mus eraneus. talpa. darpus. scirus. glir. vulpis. cuniculus. lepus. furo. fungalis. noc[t]ua. nerdis. cacoplepa. rana. rupicaper. terspicerus. nitela. pilargis. dasipes. furmica. engistrus.

[Item] et volucrum.

Finix. struchio. aquila. trogopan. finicopter. cinamullis. siptachus. melancorifus. orsifragis. nession. eumorfus. alietus. accipiter. hercinia. galgulis. luscinia. cibinnus. alceus. iacolus. falco. ciris. senator. fringuellus. rex. barbio. picus. passer. gaius. turdus. strurnus. merulus. ficetula. buscas. taurus. penelopele. gragulis. apellion. milvus. strix. siren. honocrotalis. porfirion. ibis. strix. linusta. c[l]orus. acalantis. grux. anser. ganta. avis tarda. olor. cignus. fasiana. gallerita. suessalus. gabia. nisus. oenanante. trocibus. lagopus. egittus. caprimulgo. attagen. perdex. rustecula. coturnix. pullus. pavus. alauda. aceva. cicisa. carnotina. ardea. agatullis. mergis. hirundo. anas. querquidula. plumbio. falacrocorax. corvus. pica. cornix. bubo. spinternix. pirrocorax. cebeva. seleucis. mennonis. meleagris. diomedia. ulula. perseus. incendearia. tremulus. alcion. tetroa. glottis. otis. ci[el]dammus. falaris. numidica. subter. cluua. ptelea. opips. vibio. trigron. appodis. pletea. c[e]dnelapix. commagina. cordolus. antus. glandaria. ciconia. orcilus. titus. titiunglus. riparia. parra. eritace. feniculus. cordus. pumplio. scopis. asteria. cari[st]fera. columba. card[o]olus.

Item eorum que se non movencium.

Pecun. veneriosa. auris. ostrium. spondilium. purpura. conchilium. morix. perna. musculus. bucina. ecinus

Item colobrarum.

Basilicus. draco. camedra. vipera. iaculus. natrix. anguis. cerasta. ipnalis. dipsas. aspis. ofis. boa. seps. et morrois. prester. cenoris. ansisbena. echidra. schitale. pagurus. salpugna. hamodita. elefanstias. celidrus. anabulio.

Nomina insectorum sive reptancium.

Solifuga. blata. bubo. tetigonia. salamandra. cabro. scolopendra. apis. bumbix. formica. vespa. oester. teredo. scinfis. musca. lucusta. fucus. iulus. gristus. culix. cimix. pulix. peduseulus. sexpedo. sunhos *(in marg.)*. musomnium. tinea. delpa. uruea. inuolus.

Contulit caput tertium scheda nostra casu amissa a me rogatus Paulus Errera Bruxellensis.
13 engistrus *aut* engistrus. — 17 gaius *aut* ganis. — 21 aceua *aut* acena. — 23 cebena *aut* cebena. 25 cluua *aut* cluna *aut* cluna *aut* clinia.

ablinda. liscasda. papilio. emirobius. cancer. scorpius. stillo. centipeda. cabarus. popia. lugalus. petalis. ruscus. laparis. piralbus. corgus. lubricus. termis. limax. cefenis. grillus. acina. asio. ficarius. minerva. lanarius. mulo. tubanus. cervus. aranea. cicada. sfalagia.

Item natancium.

Balena omnium vivencium maior. gradius. musculus. serra. marisopa. rota. orca. fisiter. cucumis. pistris. equis. asinis. aries. triton. elefans. coclea. testudo. serpido. ambicus. ceruleus. auricularius. caraulis. carahuo. terpedo. nautulis. pisces piscatur. acopienser. encataria. scarus. scarda. mullus. acerna. scorpena. lupus. aurata. dentix. corvus. pardus. delfin. euga. congres. tirsio. canicola. pastinaca. rombus. ciprinus. horfus. exormisda. mugilis. lucusta. astachus. lucurparta. hirundo. lutarius. placensis. solea. naupreda. asellus. salpa. mus marinius. corocacinus. iulis. anguilla. mirrus. squilla. pinotera turdus. pavus. merula. mustela. loligo. polipus. sepia. murena. porcus. tinnus. adonis. exocitus. eufratis. scorber. ecinais. cetera. lucerna. draco. milvus. picis. pectunctus. tecco. coluda. lacerta. eena. conce. heracliotacus. cleomena. gerris. mitulis. ortica. vaguris. pulmo. lepus. stella. araneus. gromis. elops. daltilus. cersina. esox. salma. apolester. cannis. sargus. scarus. cornutus. eppoe. rubellio. silurus. culix. acus. trocus. antia. ancoravus. larbus. barba. tructa. gubio. umbra. squatus. capeto. lucius. levaricinus. pelaica. amulus. redo. salar. abelindeas. porca. tinca. sofia. alburnus. alausa. rottas. plotta. ricinus. lactrinus. samosa. tirus. ausaca. samauca.

---

2 cenetis cefenis *codex*.

IV.

QVAE SINT ROMAE.

Montes septem: Caelius, Aventinus, Palatinus (inter quos duos circus est in valle Murcia). Tarpeius, Esquilinus, Vaticanus ec *(sic)* Ianiculensis.

Campi octo: Vimenalis, Coditanus, Agrippae, Octavius, Martus, pecuarius, lanatarius e *(sic)* Brucianus.

Pontes VIIII: Aelius, Aurilius, Aemilius, Milvius, Staricius, Ercius, Gratiani, Probi et Adriani.

Termarum paria X: Deoclisianae, Antoninianae, Alexandie *(sic)*, Commodianae, Agrippianae (al. c. agr. *suppl. in marg. m. antiqua*) et Suranae.

Fora XIIII: Romanum, Traiani, Martisi, Vespasiani, Pacis, transitorium, Aproniani, magnum, Cesares, Nervae, Augusta, suaruum et boarium, ubi Cacus habitavit.

Basilicae XI: Iulia, Ulpia, Pauli, Hostilia, Neptuni, Constantini, Mathidie, Marcianae, vacessusallaria, floscellaria et Claudi.

Aquae XVIIII: Traiani, et Atica, Anena, Claudia, Marcia, Heracliana, Virgo, Iulia, Ciminiana, Aurilia, Agustea, Alsitina, Appia, Severiana, Antoniana, Alexandriana, Cerule et Dotraciana.

Obilisci VI.

Circi duo: maximus et Flaminius.

Theatra III: Marcelli, Balbi et Pompei.

Columnae cocledes II: Traiani et Antonini (*corr. ex* -nii).

Anfitheatra II: magnum et castorensem.

Ludi IIII.

Portae XXXVI.

Arci marmorei tot.

Naumatie.

Vici CCCCXXIIII.

Insularum quadraginta V milia extra orrea puplica CCC, domus nobiliorum vel fanorum aedis atque pestrina sive religiosa aedificia cum innumeris (*corr. ex* numeris) cellolis martyrum consecratis.

Inter quae omnia VII sunt mira praecipua, id est Ianicolum, cloacae, aquaeducti, forum Traiani, amfpitheatrum, odeum et turmae Antoniane.

Excerpta haec ex appendice Notitiae urbis satis habui ita repraesentare ut in codice perscripta sunt tractata satis a Notitiae editoribus, inter quos nomino Iordanum cum in topographiae vol. 2 (1871) p. 539 seq tum in forma urbis (1874) p. 47 seq. — Quem ad editionem priorem adieci locum de ambitu urbium quattuor Carthaginis Babylonis Romae Alexandreae repertum in cod. Paris. 8319 saec. XI (unde receperunt eum Iordanus topogr. 2 p. 176; Urlichs cod. urb. Romae top. p. 49; Riese geogr. min. p. 140) non repetivi, quoniam sumptus est ex Alexandri Polemii commentariis de rebus gestis Alexandri Macedonis l. 1 c. 26. — Iis quae ex Notitia urbis Romae Silvius expilavit adieci montium et aquaeductum urbis Romae recensum inventum cum in Laur. 89, 67 (vide supra p. 529 not. 2) tum in apographis codicis Spirensis (supra p. 528 c. 3). prodiit iam praemissus Notitiae urbis Romae in editione eius libelli principe opinor Romae a. 1505 per Ioannem de Besicken; deinde eum ex Laurentiano edidit Preller (*Regionen der Stadt Rom* a. 1846 p. 37). hoc loco exhibetur ad codices duos Monacensem 10291 (*M*) et Laurentianum 89, 67 (*L*).

Septem montes urbis Romae

Tarpeius

Esquilinus

Palatinus
Caelius
Aventinus
Quirinalis [1])
Viminalis [1]).

Nunc nomina aquarum, quae usibus aeternae urbis formarum constructionibus advectae sunt, indicemus.

Claudia inventa et adducta est a Claudio Caesare.
Martia inventa est a Marco Agrippa [2]).
Traiana inventa adductaque est a Traiano Augusto.
Tepula item a Marco Agrippa [3]) inventa deductaque est.
Iulia inventa ab Aurelio perductaque est [4]).
Alsiatina item inventa perductaque est a Claudio Caesare [5]).
Alexandrina inventa perductaque est ab Alexandro.
Virgo inventa est deductaque ab Agrippa Caesare [6]).
Drusia inventa perductaque est a Druso [7]).

Praeter haec repletur etiam indigenis nymphis, quas admiratus Vergilius Aeneam faci inter alia dicere [*Aen.* 8, 71]: Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde est

4 *om.* *L* 5 celius *M* 8 *ante* nunc *ins.* de aquarum ductibus romam rigantibus *L* 9 aquarum quae] quarumcunque *M*, quorum *L* urbis] *M*, urbis aquae *L* confluctionibus avectae *M* 11 et adducta est] *M*, est et adducta *L* 13 adductaque] et adducta *L* 14 inu. adductaque est a. m. agr. *L* 15 aureliano *M* 17 alexandriana *M* 18 deductaque est *L* 19 que *om.* *M* drusio *L* 20 indegis *L* quas . . . inter alia dicere] *scripsi dubitans*, quae admiratus (ammiratur *M*) uirgo aeneam taliter italiam dixit *LM*

1) Notitia p. 546 edita concordat in nominibus quattuor primis, pro Quirinali et Viminali substituit Vaticanum et Ianiculensem. 2) Marciam non duxit, sed restituit Agrippa teste Frontino c. 9. 3) Hoc aliquatenus defendit relatio Frontini c. 9. 4) Fuerunt aquae tam Iulia quam Aurelia; sine dubio post *inventa* quaedam exciderunt. 5) Immo ab Augusto teste Frontino c. 11. 6) Recte; videatur Frontinus c. 9. 7) Haec quo pertineant, non perspicitur.

V.

BREVIARIVM TEMPORVM.

[Primus post diluvium omni Asiae exceptis Indis inter Assyrios regnavit Ninus Beli filius, cum iam tunc sedecies dynastiam suam Aegyptii comutassent. cuius tempore Habraham natus est, et Zoroastris Bactris.] Melchisedech Solymis [vel Europs Sicyonis reges fuerunt]. *Hier. Abr. 1*

[Post quos longe, primus Inachus regnavit Argis et Cecrops Athenis, cuius tempore Moyses fuit.] *Hier. Abr. 161. 460*

[Argis Micynei successerunt usque Troiae excidium.] *Hier. Abr. 710*

[Post quod Latini regnare coeperunt.] *Hier. Abr. 839*

[Post quos Lacedaemonii et Corinthi regnare coeperunt.] *Hier. Abr. 916*

[Quibus imperium agentibus regnum Iudaeorum in II partes divisum est.] *Hier. Abr. 1021*

[Postea Macedones inperant finito regno Assyriorum.] *Hier. Abr. 1204*

[Quibus Medi successerunt.] *Hier. Abr. 1198*

[Sub quibus Lydi imperant,] *Hier. Abr. 1239*

[vel Romulus cum fratre generatus est, a quo Romanum coepit inperium.] *Hier. Abr. 1244*

[Post quem Numa.] *Hier. Abr. 1303*

[Tullus,] *Hier. Abr. 1344*

[Ancus,] *Hier. Abr. 1376*

[Priscus,] *Hier. Abr. 1399*

[Sub quo Persae per Cyrum erecti sunt,] *Hier. Abr. 1457*

[Tarquinius, qui Superbus dicitur et ab urbe depulsus est, annis ducentis quadraginta et tribus, quibus usque octavum decimum ab urbe miliarium processit inperium, regnaverunt.] *Hier. Abr. 1470. 1504. Eutrop. 1, 8*

[Post quos Brutus primus consul cum Conlatino consorte processit; qui ideo duo creati sunt, ut tempore sui similium, si unus ex his per ius potestatis acceptae insolens esse voluisset, ei alter obsisteret.] *Eutrop. 1, 9*

[Sub quibus per annos quadringentos sexaginta VII] orbis parte maxima subiugata Latinae dominationis regna creverunt et in unum nomen omnis Italia, Gallia, Hispania, Brittania, Africa, Illyricus, Thraciae, Oriens, Asia Pontusque migravit. post quos cum interdum dictatores sive decemviri suevissent creari, primus Gaius Iulius Caesar, victis per decennium Galliis et Brittaniis, successorem dedignatus dominum ipse se fecit. quo in curia kalendis Martiis per Brutum et Cassium auctores suae mortis XX et tribus vulneribus interempto Augusti ab Octaviano, qui exin constitutus est, esse coeperunt, quorum usque nunc potestas qua reguntur cuncta perdurat. ex quibus Domitianus primus chlamydem blatteam, [Diocletianus gemmas vestibus habitus regalis inserere]: vel Constantinus senior, qui Christianae religionis ministros privilegiis communiit, diadema capiti suo propter refluentes de fronte propria capillos (pro qua re saponis eiusdem cognomenti odorata confectio est, qua constringerentur) invenit; qui modus hodie custoditur. cuius regni ab urbis exordio mille et ducentis completis annis Postumiano et Zenone consulibus, Asterio consule tanquam primus annus incipit. *Hier. Abr. 1507* *Eutrop. 9, 26*

Uncis inclusa veniunt ex auctoribus in margine indicatis 2 omni Asiae] omnia si *P* asirios *P* 3 dinasciam *P* egipeii *P* 4 xoroastris *P* solmis *P* europisicionis regis *P* 5 primus] p^{im}us *(sic) P* archis *P* coecrops *P* 7 micinei *P* 8 ceperunt *P* 9 correnti *P* ceperunt *P* 11 macedonis inperavit perant finito finito *(sic) P* asiriorum *P* 13 lidi *P* 14 cepit *P* 15 quem] quam *P* 18 *post* Priscus *excidit* Servius 19 girum *P* 22 conlatini *P* duo *om. P*[a] 23 prius potestates *P* 24 ei] et *P* obsisterit *P* 25 uii] et uii *P*[b] urbis *P* *nomina sunt dioecesium decem eadem, quae supra in provinciarum laterculo reperiuntur, nisi quod abest Aegyptus utpote tum cum scripsit auctor hoc loco a Silvio expilatus comprehensa dioecesi Orientis* 27 illiricus tracie *P* 28 interdum] inter *P*[a] dictores *P* sue uicisse creati *P* 29 successore *P* se *om. P*[a] quo] quod *P* 30 kl.] *scr.* id. auctoris *P* 31 augusto *P* exin] eis *P* ceperunt *P* 32 reguntur cuncta] reiciuntur cugta (cugta *in marg. add.*) *P* 33 clamidem blateam *P; videtur significari quod narrat Dio* 67, 4 *Domitiano permissum esse ut in senatum veniret indutus veste triumphali.* dioclisianus gemma *P* 34 Constantinus: *cf. Victor ep.* 41, 14: caput exornans perpetuo diademate; *reliqua quae narrat Silvius solus tradit* comminuit *P* 36 cognomenti] cognomen *P* constringeretur *P* qui] cuis *P* 38 asterio] *scr.* Asturio

VI.

VOCES VARIE ANIMANCIVM.

Ovis balat (*corr. ex* babat). canis latrat. lupus ululat. sus grunnit. bos mugit. aequis *(sic)* hinnit. asinus rudit. ursus sevit. leo fremit. corvus crocit (*corr. ex* crocat). merulus frendit. turtur gemit. turdus trucilat. anser glangit. grus gruuit. milvus linguit. apis bubbit. hirundo minurrit. rana coaxat. populus strepit. ignis crepitat. cursus aque murmurat. terra stridit. aes tinnit.

Similia multa composuit Reifferscheid inter Suetoniana p. 247; nos haec non attigimus.

VII.

NOMINA PONDERVM VEL MENSVRARVM.

Sedecim digiti transversi pes est, palmus quadrans, bis cubitus, ulna dodrans. duo semis pedes gressus. V pedes passus. duo passus decempeda. acina C pedes iunctis XX in quadrum: pariter aripennis quoque. duo aripennes iugerum. mille quingenti passus leuga. IIII m. passuum scunus sive parasanga. obolus minima pars mensurae. dodrans novem unciae, as duodecim, denarius X numerus pondus, duo semis sestertium. V sextarii gomor. VI modii medimnum. sextula sexta pars librae, uncia duodecima. mna libra Graeciae. sexaginta librae talentum, quod est maximum pondus

Item de rebus liquidis.

Duo cochlearia chemis dicuntur. tres chemes mystrum faciunt. mystrum quarta pars cyathi est. cyathus sexta pars heminae est. heminae medius sextarius est. sextarius sexta pars congii. IIII sextarii choenix. sedecim sextarii modius. III modii amfora. medietas amforae urna. III modii et tertia pars artaba. decem modii cadus. XX amforae culleus.

Adieci latereulos similes repertos, ut supra p. 517 exposui, in codice Vindobonensi 89 saec. IX interpositos Eucherianis.

DE MENSVRIS

sestarius Atticus	eminas II
	acetabula VIII
	ceatus XII
	cignus XLVIII
	chemas CXLIIII
	coclearia CCLXXXIIII
	olei lib̄ Romanam IS
emina	acetabula IIII
	ceatus VI
	cignus XXIIII
	chemas LXXII
	coclearia CXLIIII
	olei pensat — VIIII Romani ponderis
acetabulum	ceatum I
	cignus VI
	chemas XVIIII *(sic)*
	cocleara *(sic)* XXIV
	olei pens — IS Rom pond

Codex 2 trannersi palme quadras drodras 3 decempeda *addidi cf. grom. p. 372, 3 Lachm.* achina iunctis XX] iunctus XXII 4 quadru passus aripennis propedii arripennis iugirum mille quingentis 5 si parapasanga obulus minima (*corr. ex* manima) 6 drodrans nove uncie as decim denarius X numerum pondus duo missi stertium 8 gracie sexaginte 10 coclearea clem̄ denus mistrum mister 11 ciati est ciatus est *post* sextarius *add. in cod.* 12 conix anfora 13 anfore anfore culleus. explicit.

cignus	chemas III
	choclearea VI
	olei pens scrip VIIII Rom pond
chemae	choclearea II
	olei pens scrip III Rom pond
chocleare	olei pens scrip IS Rom pond
chulleus	anphoras XX
	urnas XL
	congius CXL
	sestarius DCCCCLX
anphora	urnas II
	congius VIII
	sestarius XLVIII
congius	sextarius I *(sic)*
choenix	sext. IIII
sestarius	eminas sive cotylus II
emina vel cotyla	oxibafia sive acitabula IIII
oxibafium vel acetabulum	ceatum IS
ceatus	cygnus sive mistros IIII
mistros sive cignus	themnas III
themen	coclearia II

ITEM ITALICAE MENSVRAE

modius	olei lib. XXIIII, sext. XVI
semdius *(sic)*	olei lib. XII, sext. VIII
belibris	olei lib. II, sex. I
medimnus	olei lib. CLXIIII *(sic)*, modius VI
anfora	olei lib. LXXII, urnas II, congius VII
urna	olei lib. XXXVI
congius	olei lib. VIIII
sext.	olei lib. IS
emina	— VIIII
ceatus	olei — IS

DE PONDERIBVS

semeobulus	siliqua IS
obulus	siliquas III
scriptulus	siquas *(sic)* VI, hoc est gramina
olchon	scrip III
sextula	scrip IIII
sicilicus	scrip VI
duella	scrip VIII
uncia	scrip XXIIII
librae	unciae XII

DE MENSVRIS TERRARVM

digiti quattuor	palmus I
palmi quattuor	pes I
pertica	palmi XLVIII
perticae X	arip I

iugerum	arip II
leuga	arip LX, quod faciunt passus ID, quia miliarium pro mille passus dicitur
scynus	IIII passum
stadium	arip V, id est passus CXXV
parasanga	idem quod scynus.

Codex Vaticanus 341 saec. X (supra p. 524 n. 1) quae habet commentariola inscripta *de ponderibus sancti Ieronimi et de mensuris* descripta mihi cura Huelseni non digna sunt quae edantur. illud incipit: *Talentum est pondus LXII quod fatiunt libras LXXX lingua Attica. mina est libra I et semuntia. talentum habet minas LX. mina Latine dicitur, Graece autem mina mna appellatur.* finit: *duae librae habent scripulos CCLXXXVIII, qui fatiunt dragmas XLVI. secundum Eucherium talentum pondera habet LXXVII pondera qui fatiunt lib. LXXX.* alterum incipit: *corus habet mod CXXX. batus habet anforam unam I, mod. III.* finit: *talentum pond. LXII quod fatiunt solid. DCXXV.*

ADDITAMENTVM I.

NOTITIA GALLIARVM.

Laterculi, quo enumerabantur secundum imperii Romani provincias civitates, quae rem publicam haberent, et fortasse oppida quoque potiora intra civitatium territoria comprehensa, ab Augusti inde aetate usque ad tempora rei publicae collabentis passim vestigia offenduntur, quaeque inde et alii traxerunt et Plinius et Ptolemaeus, hoc loco non est quod tractemus. sed quae ex eiusmodi indice supersunt apud Ammianum [1]), eorum pars Gallicana [2]) non solum ipsa re, sed etiam communione vitii in Turonorum nomine commissi (III, 1) cum laterculo eo qui superest ita coniuncta est, ut utile sit hoc loco eam apponere retentis auctoris erroribus. provincias ordinavimus ad laterculum qui extat numeris Ammiani praescriptis, oppida ad Ammianum laudato intra parentheses laterculo.

A. Provinciae Galliarum.
- 6. Lugdunensis prima
  - Lugdunus (I, 1)
  - Cabillona (I, 1)
  - Senones (IV, 1)
  - Biturigae (XII, 1)
  - Augustudunum (I, 2)
- 7. Lugdunensis secunda
  - Rotomagi (II, 1)
  - Turini (III, 1)
  - Mediolanum (II, 4 ?)
  - Tricasini (IV, 5)
- 3. Belgica prima
  - Mediomatrici (V, 2)
  - Treviri (V, 1)
- 4. Belgica secunda
  - Ambiani (VI, 10)
  - Catelauni (VI, 3)
  - Remi (VI, 1)
- 2. Germania prima
  - Mogontiacus (VII, 1)
  - Vangiones (VII, 4)
  - Nemetae (VII, 3)
  - Argentoratus (VII, 2)
- 1. Germania secunda
  - Agrippina (VIII, 1)
  - Tungri (VIII, 2)
- 5. Sequani
  - Bisontii (IX, 1)
  - Rauraci (IX, 4)
- 8. Alpes Graiae et Poeninae
  - Aventicum (IX, 3)

B. Provinciae Aquitaniae
- 9. Aquitanica
  - Burdigala (XIII, 1)
  - Arverni (XII, 2)

1) Videantur quae exposui in commentario de geographicis Ammiani Hermae vol. 16 (1881) p. 610 seq.
2) 15, 11 inde a c. 7: *at nunc numerantur per omnem ambitum Galliarum secunda Germania* cet. in fine quae adhaerent c. 15: *his prope Salluvii sunt et Nicaea et Antipolis insulaeque Stoechades* ut expulerunt provinciam Alpium maritimarum, ita ipsa ex hoc laterculo non videntur sumpta esse. reliquae provinciae, quae tum fuerunt, ita adsunt omnes, ut Aquitanicae et Narbonenses binae semel tantum ponantur, sicut propter eandem causam dioecesis haec modo quinque provinciarum dicitur, modo septem.

Santones (XIII, 4)
Pictavi (XIII, 5)
10. Novem populi
Ausci (XIV, 2)
Vasatae (XIV, 10)
11. Narbonensis
Elusa (XIV, 1)
Narbona (XV, 1)
Tolosa (XV, 2)
12. Viennensis
Vienna (XI, 1)
Arelate (XI, 13)
Valentia (XI, 6)
Massilia (XI, 14)

Notitia Galliarum eius formae, quam codices nostri exhibent, iam videamus cuius aetatis sit et cui usui proprie destinata fuerit. et ad aetatem quidem quod attinet, haec notabimus, unde efficitur laterculum scriptum esse inter a. 390 et 413.

1. Post a. 367 laterculum scriptum esse ostendit Cularo oppidum hic appellatum nomine *Gratianopolis,* quod ei imponi non potuit ante annum eum, quo Gratianus Augustus factus est, impositum est ante a. 381, quoniam concilio Aquileiensi eo anno acto subscripsit *Domninus episcopus Gratianopolitanus.*

2. Adsunt provinciae duae Lugdunensis tertia et Senonia, quas non recenset inter provincias Gallicas Ammianus loco modo citato scribens inter a. 383—390, habet primum Notitia Dignitatum scripta primis annis saeculi quinti.

3. Arelate a Treveris sedes translata est praefecti praetorio Galliarum inter a. 390 et 418. ad illum enim annum perveniunt constitutiones imperatorum emissae Treveris (C. Th. 8, 5, 50); hoc ex constitutione imp. Honorii (Corp. leg. ed. Haenel p. 238: *in metropolitana, id est in Arelatensi urbe incipiant septem provinciae habere concilium)* data ad Agricolam praef. praet. Galliarum concilium earum [1]) translatum est Arelate, sine dubio propterea quod praefectura ipsa provinciarum septendecim tum ibi consistebat. sed cum significet imperator ita confirmari ordinationem praefecti Petronii, probabile est translationem aliquot annis antea factam esse, fortasse a. 413 Treveris a Francis captis et incensis (Frigeridus apud Gregorium Tur. 2, 9). haec status civilis inmutatio ad ecclesiasticum quoque pervenit; scilicet nata inde sunt litigia inter sedes duas Viennensem et Arelatensem de primatu per saecula continuata. eorum primum mentio fit in concilio Turonensi (cf. infra p. 577 not. 1) habito inter a. 400, quo obiit Martinus Turonensis, et a. 417, quo mentionem eius facit in epistula ibi adlegata papa Zosimus sic: *inter episcopos urbium Arelatensis ac Viennensis, qui de primatus apud nos honore certabant, a sancta synodo definitum est, ut qui ex eis approbaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provinciae honorem primatus obtineat et ipse iuxta canonum praeceptum ordinationum habeat potestatem.* videmus episcopum Arelatensem, postquam urbs ea sedes praefecti praetorio Galliarum facta est, contendere simul eam factam esse suae provinciae metropolim; contra adserere episcopum Viennensem non pendere ius metropolitanum a sede praefecti neque translatione illa primatum antiquum sibi ereptum esse [2]); synodum ut neutram partem offenderet decrevisse pendere rem a forma provinciarum civili. sed aliquot annis post habitam eam synodum decreto papae

1) Septem provinciae in constitutione Honorii ita accipiendae sunt, ut accipiuntur in Notitia dignitatum eodem tempore edita, scilicet ut vere sint septendecim duarum dioecesium Gallicarum. concilium denique cum transferatur Treveris Arelate, utramque dioecesim comprehenderit necesse est. 2) Simillima mutatio evenit in Illyrico teste Iustiniano nov. 11: *cum in antiquis temporibus Sirmii praefectura fuerat constituta ibique omne fuerat Illyrici fastigium tam in civilibus quam in episcopalibus causis, postea autem Attilenis temporibus . . . Apraaemius praefectus praetorio de Sirmitana civitate in Thessalonicam profugus venerat, tunc ipsam praefecturam et sacerdotalis honor secutus est et Thessalonicensis episcopus non sua auctoritate, sed sub umbra praefecturae meruit aliquam praerogativam.* vides hic quoque non tam iure quam gratia novae sedis praefectoriae episcopum valuisse.

Zosimi a. 417 emisso Arelatensi episcopo non solum suae provinciae iura metropolitana concessa sunt, sed etiam vicinarum duarum Narbonensium (concil. Gall. ed. a. 1789 p. 338). papa Leo deinde ad eum fere modum, quem commendarat synodus Turonensis sic: *certe ad pacis vinculum conservandum hoc consilio utiliore decretum est, ut, si placet memoratarum urbium episcopis, unaquaeque de his viciniores sibi intra provinciam civitates atque eas ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit*, a. 450 (concil. Gall. p. 350) *ad conservandam intra Viennensem provinciam pacem* duos ei metropolitanos praefecit, ita ut Viennensis praeter Tarantasiae episcopum extra provinciam constitutum praesideret ecclesiis quattuor suae et Genavensi et Gratianopolitanae et Valentinae, reliquis metropolitanus Arelatensis. — Quod si cum his laterculum componimus, ibi secundum optimos plurimosque libros *civitas Arelatensium* paenultimo loco est in provincia Viennensi constituta cum reliquis sub metropoli Vienna. pauci tantummodo libri neque magnae auctoritatis (vide infra p. 582) aut in universum metropolitana Arelatensis ecclesiae iura memorant aut provinciae eius civitates inter duas metropoles distribuunt, in his duo in his ipsis partibus exarati, 3 scilicet a secunda manu et 4, decretum illud Leonis secuti.

4. Novempopulanae metropolin antea Elusam fuisse, deinde Auscios confirmant Notitiae libri scripti: antiquiores enim Elusam nominant, recentiores Auscios. de tempore ubi quaeritur, quo ea mutatio acciderit, in Notitiae codicibus a sexto inde saeculo Auscii primum locum obtinent, nimirum eo loco collocati iam in codice 5 saec. sexti a manu prima (ubi mire satis secunda manus Elusam substituit) et in codice 3 saeculi septimi. e contrario in conciliis saeculi sexti (Agathensi a. 506, Aurelianensi I a. 511, Aurelianensi IV a. 541, Aurelianensi V a. 549, Parisino a. 573) Elusae episcopus locum tenet inter metropolitanos, Ausciensis autem eo honore caret adhuc in Matisconensi II a. 583. quapropter statuendum erit saeculo sexto exeunte eam mutationem evenisse [1]).

Index provinciarum et oppidorum ab Ammiano adhibitus quamquam sine dubio statum imperii civilem repraesentavit, Gallicanum qui superest ad statum ecclesiasticum pertinere multa ostendunt. primum librorum qui eum servaverunt antiquissimi quique conciliorum Gallicanorum corpus quoddam proponunt, quorum subscriptiones, ubi plene servatae sunt, ordinatae secundum provincias et civitates vere eiusmodi indicem requirunt. eodem ducit praefatio servata in codice omnium antiquissimo Coloniensi licet perturbata. metropolis quoque vocabulum unum eorum est, quae cum Christiana religione ex Oriente in Occidentem propagata sunt, et reperitur potissimum apud scriptores ecclesiasticos. denique quod infra videbimus metropolis appellationem uni provinciae Alpium Graiarum et Poeninarum denegari, explicari non potest ex statu eius civili, cum et ipsa praesidis sedem sedesve haberet, recte explicatur ubi attendimus ad discrimen episcoporum metropolitanorum et suffraganeorum. sed tamen laterculus iis qui in statum civilem inquirunt non minoris usus est quam rerum sacrarum enarratoribus, quoniam saeculo quarto postquam Christiana religio publica facta est imperii Romani, status ecclesiasticus ita formatus est ad civilem, ut provinciae responderet dioecesis metropolitana, territorio sive civitati dioecesis episcopalis [2]), vicis territorio

1 Gregorius Turonensis cum scribat sua aetate Aquarum Tarbellicarum episcopum fuisse sub metropolitano Burdigalensi (7, 31. 8, 2), probabile est eo tempore Aquitanicae secundae metropolitano etiam in Novempopulanam ius fuisse, ut fuit aliquamdiu Arelatensi in Narbonenses duas. Notitiae codices boni omnes Novempopulanae propriam metropolim adscribunt, id quod non faciunt in Alpibus Graiis. 2 Innocentius I quod c. a. 415 constituit provincias divisas iussu imperatoris nihilominus manere sub eodem metropolitano Mansi coll. concil. 1 p. 1055 ad Alexandrum episcopum Antiochiae: *quod sciscitaris, utrum divisis imperiali iudicio provinciis, ut duae metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari, non e re visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum dei ecclesiam commutari honoresque aut divi-*

comprehensis et sua re publica destitutis paucis exceptis episcopi proprii nulli praeessent. ob id ipsum in laterculo diligenter distinguuntur tres episcoporum tamquam gradus, episcopi metropolitani, episcopi civitatium, episcopi castrorum [1]) vel ut consueto nomine utamur chorepiscopi [2]). itaque laterculus episcopiorum Gallicanorum anno c. 400 conscriptus ut ordinationem ecclesiasticam luculenter repraesentat, ita non minus illustrat formam civilem, quae ea aetate fuit. id ut demonstremus, primum componemus statum eum provinciarum et civitatium cum similibus laterculis aetatis anterioris, ut differentiae eorum quatenus fieri potest aut explicentur aut certe demonstrentur, deinde pauca addemus de castrorum episcopiis non multis in hunc laterculum admissis.

Dioeceses duae a Diocletiano ordinatae Galliarum, scilicet decem provinciarum praefecto praetorio Galliarum parentium, et quinque vel septem provinciarum subditarum vicario eius, anteriore tempore formabant provincias sex Lugdunensem, Belgicam cum Germania superiore et Germania inferiore, Aquitanicam, Narbonensem adiectis civitatibus quibusdam Inalpinis. Harum provinciarum civitates cum enumeratas habeamus apud Plinium in naturae historia et in geographia Ptolemaei, iam tres laterculi iuxta ponentur.

Lugdunensis antiqua complectitur provincias recentiores quattuor eodem vocabulo nuncupatas et praeterea quae olim cum Belgica contributa fuerat civitatem Lingonum.

Notitia	*Plinius* 4. 107	*Ptolemaeus* 2. 8
I. ***Lugdunensis prima***		
1 Lugdunensium	26 { col. Lugdunum / Secusiavi }	{ 22 Segusiavi / 26 Lugdunum }
2 Aeduorum	8 Aedui	25 Aedui
3 Lingonum	Lingones *in Belgica*	Longones *in Belgica (Germ. sup.)*
II. ***Lugdunensis secunda***		
1 Rotomagensium	2 Vel(l)ocasses	10 Veliocasii (Ratomagus)
2 Baiocassium	19 Bodiocasses	4 Biducasii
3 Abrincatum	5 Abrincati	14 Abrincatui
4 Ebroicorum	12 Aulerci Eburovices	15 Aulircii Eburovici
5 Saiorum	25 Atesui?	9 Aruii?
6 Lexoviorum	1 Lexovii	2 Lexubii
7 Constantia	20 Venelli	3 Venelli
III. ***Lugdunensis tertia***		
1 Turonorum	24 Turones	21 Turupii
2 Cenomanorum	13 Aulerci Cenomani	12 Aulircii Cenomani
3 Redonum	23 Redones	16 Redones
4 Andecavorum	17 Andicavi	11 Andicavae
5 Namnetum	7 Namnetes	13 Namnetae

siones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit imperator), id ut anteriore tempore non obtinuisse Notitia Galliarum declarat, ita omnino ad Galliam non pervenit provinciarum numero ibi post saeculum quartum non mutato propter ipsam eam opinor metropolium ecclesiasticarum stabilitatem.

1) Similiter Mauricius in epistula a. 591 ad Gregorium papam (epp. 1 16b Ewald) ait scripsisse ad se *episcopos civitatum et castrorum, quos Langobardi tenere dinoscuntur*, scilicet Venetiarum et Raetiae secundae. 2) Ut tres hi ordines diligenter separantur, ita inter eiusdem dignitatis episcopos certus ordo nullus videtur observatus esse; hic illic secundum locorum situs dispositi videntur, ut in Viennensi primus est Genavensis, ultimus Massiliensis.

6 Coriosolitum	21 Coriosuelites	7 Samnitae
7 Venetum	4 Veneti	6 Veneti
8 Osismorum	6 Ossismi	5 Osismii
9 Diablintum	22 Diablintes	8 Aulircii Diablitae

IV. ***Lugdunensis Senonia***

1 Senonum	1 Senones	17 Senones
2 Carnotum	9 Carnuti	18 Carnutae
3 Autisiodorum	—	—
5 Tricassium	16 Tricasses	20 Tricasii
6 Aurelianorum	—	—
7 Parisiorum	15 Parisi	19 Parisii
8 Melduorum	14 Meldi	23 Meldae
—	3 Galeti	1 Caletae
—	10 Boi	—
—	18 Viducasses	24 Vadicasii

Saii vel Sagii (concil. Gall. 1 p. 1003. 1017. 1182. 1198), hodie Séez, num respondeant vocabulis supra adscriptis corruptis, dubium est; de reliquis res certa.

Boios iam a Caesare Haeduis attributos (b. G. 7, 9) etiam Ptolemaeus omittit. duas reliquas civitates probabile est inter tempora Marci et Honorii interiisse Caletis contributis fortasse cum Veliocassis sive Rotomagensibus, Viducassibus cum Baiocassibus.

E contrario inter illa tempora res publicae duae accesserunt divisa civitate Senonum in Senones (Sens) et Autissiodorenses (Auxerre), Carnutum autem in Carnutes sive Autricum (Chartres) et Aurelianos (antea Cenabum, Orléans); errarunt igitur graviter interpolatores ii qui Autricum laterculo inseruerunt.

Belgica cum Germaniis duabus respondet fere provinciis recentioribus Belgicarum duarum et Germaniarum duarum et Sequanicae.

Notitia	*Plinius* 4, 106	*Ptolemaeus*
V. ***Belgica prima***		
1 Treverorum	20 Treveri	12 Treveri
2 Mediomatricum	22 Mediomatrici	13 Mediomatrices
3 Leucorum	19 Leuci	14 Leuci
4 Verodunensium	—	—
VI. ***Belgica secunda***		
1 Remorum	21 Remi	11 Remi
2 Suessionum	13 Suessiones	10 Vessones
3 Catalaunorum	—	—
4 Veromandorum	11 Veromandui	9 Viromandues
5 Atrabatum	9 Atrebates	1 Atribatii
6 Cameracensium	10 Nervi	7 Nervii
7 Turnacensium	—	—
8 Silvanectum	14 Ulmanectes	8 Subanecti
9 Bellovacorum	6 Bellovaci	2 Bellovaci
10 Ambianensium	5 Ambiani	3 Ambiani
11 Morinorum	3 Morini	4 Morini
12 Bononiensium	—	—

VII. *Germania prima*

1 Mogontiacensium	–	(Mocontiacum)
2 Argentoratensium	29 Triboci	18 Triboci
3 Nemetum	28 Nemetes	16 Nemetes
4 Vangionum	30 Vangiones	17 Vangiones

VIII. *Germania secunda*

1 Agrippinensium	34 Ubii col. Agrippinensis	(Agrippinensis)
2 Tungrorum	15 Tungri	5 Tungri

IX. *Maxima Sequanorum*

1 Vesontiensium	23 Sequani	22 Sequani
2 Equestrium	26 col. Equestris	(Equestris)
3 Helvetiorum	25 Helveti	21 Helvetii
4 Basiliensium	24 Raurici 27 col. Raurica	19 Raurici
	1 Texuandri	
	2 Menapi	6 Menapii
	4 Britanni	
	7 Bassi (?)	
	8 Catoslugi	
	12 Suaeuconi	
	16 Sunuci	
	17. 35 Frisiavones	
	18 Baetasi	
	30 Guberni	
	31 Batavi	15 Batavi
	32 Cannenefates	
	33 Frisii	
	34 Chauci	
	36 Sturii	
	37 Marsacii	

Hae regiones etsi magis differunt, plerarumque diversitatum causa apparet. Lingones a Diocletiano ex Belgica translatos esse ad Lugdunenses provincias supra iam vidimus. Menapii et Batavi et qui supra eos incolunt populi ex parte etiam meliore aetate extra provincias fuerunt quique eorum admissi sunt in formulam Belgicae, sublati ex ea relatis imperii finibus saeculo quarto. territoria legionibus concessa cum in indice rerum publicarum locum non habeant, apud Plinium non nominantur, a Ptolemaeo nominantur inter locos. contra aetate posteriore ex castris legionariis Mogontiacensibus civitatem effectam esse norunt periti similiterque castra Argentoratensia in civitatem transierunt contributa simul cum ea, ut videtur, civitate antiqua Tribocorum. ut dudum antea civitas Ubiorum facta est colonia Agrippinensis. denique pro civitate Rauricorum et colonia Augusta Raurica in Notitia substituta est civitas Basiliensium.

Plus habet Notitia civitates quattuor. Morinorum portus (Ptolemaeus 2, 9, 1) Gesoriacum olim, iam Bononia suam rem publicam accepit. Mediomatricis opinor et Remis divisis accesserunt illis Verodunenses, his Catalaunenses. similiter Nervii distributi esse videntur in Camaracenses et Turnacenses.

Alpium Graiarum et Poeninarum quae dicitur provincia hac quoque aetate duplex mansit sub praeside uno. Alpes Graiae cum una civitate Ceutronum comprehenderentur

(Ptolem. 3, 1, 33) eiusque duo oppida Axima et Tarantasia vicorum vel, ut loquitur Notitia, castrorum locum tenerent (cf. Hirschfeld C. I. L. XII p. 16), episcopus is inter metropolitanos esse non potuit, cum subditos coepiscopos nullos haberet, et explicatur ita quod supra (p. 554) vidimus Tarantasiae episcopum numerari inter suffraganeos metropolitani Viennensis. Alpium Poeninarum provincia cum imperante Augusto quattuor civitates numeraret Uberos in summa valle Rhodani, Sedunos (Sitten), Varagros sive Octodurenses (Martigny), Nantuates (S. Maurice) teste praesertim titulo C. I. L. XII, 147 (cf. quae ibi dixi p. 20), cum a Claudio incolae iure Latii donarentur, una inde civitas facta est Vallensium (l. c. p. 21), id quod cum alia indicia declarant tum praesertim Notitia in Alpibus Poeninis unum episcopum fuisse Vallensium significans, confirmantque conciliorum quinti et sexti saeculi subscriptiones passim nominantes antea Octodurenses, ab a. inde 587 sede mutata Sedunenses episcopos, itaque haec quoque provincia metropolitanum non magis habuit quam coniuncta cum ea Alpium Graiarum. recte igitur in hac sola provincia Notitiae libri optimi quique metropolis vocabulum non enuntiant.

Aquitanica antiqua distributa est in provincias tres Aquitanicas duas et Novempopulanam sic:

Notitia	*Plinius* 4, 108. 109	*Ptolemaeus* 2, 7
XII. ***Aquitanica prima***		
1 Biturigum	Bituriges Cubi	8 Bituriges Cubi
2 Arvernorum	Arverni	14 Arverni
3 Rutenorum	Ruteni	16 Rutani
4 Albigensium	—	—
5 Cadurcorum	Cadurci	6 Cadurci
6 Lemovicum	Lemovices	5 Limovici
7 Gabalum	Gabales	11 Gabali
8 Vellavorum	Vellates?	15 Velauni
XIII. ***Aquitanica secunda***		
1 Burdigalenses	Bituriges Vibisci	3 Bituriges Vibisci (Burdigala)
2 Aginnenses	Nitiobroges	9 Nitiobriges (Aginnum)
3 Ecolisnenses	—	—
4 Santones	Santones	2 Santones
5 Pictavi	Pictones	1 Pictones
6 Petrocorii	Petrocori	7 Petrocorii
XIV. ***Novempopulana***		
1 Elusatium	Elusates	—
2 Ausciorum	Ausci	13 Auscii
3 Aquensium	Tarbelli quattuorsignani	1 Tarbelli (Aquae)
4 Lactoratium	—	—
5 Convenarum	Convenae	17 Convenae
6 Consorannorum	Consoranni	—
7 Boatium	Sediboviates? Basaboiates?	—
8 Benarnensium	Venami?	—
9 Aturensium	—	—

10 Vasatica	Vassei	10 Vasatii
11 Turba (Bogorra)	Begerri	—
12 Elloronensium	—	
		12 Datii (?)

Aquitanica provincia quatenus natione Gallica fuit, item mansit non magnopere mutata: exhibet civitates antiquas duas ita divisas, ut ex Rutenis efficerentur Ruteni et Albigenses (Albi), ex Santonibus Santones et Ecolisnenses (Angoulème). at pars antiquae provinciae Hiberica, in Notitia separata a Gallica sub vocabulo Novempopulanae, antiquiore aetate secundum consuetudinem Hispanam divisa fuit in populos numero multos exiguos omnes teste Strabone 4, 2, 1 p. 189: *ἔστι δὲ ἔθνη τῶν Ἀκυιτανῶν πλείω μὲν τῶν εἴκοσι, μικρὰ δὲ καὶ ἄδοξα*, apud Plinium ita recensitos, ut civitates Gallicae et Aquitanicae non distinguantur, apud Ptolemaeum maiore ex parte omissos. has civitates quarto saeculo contributis pluribus numero imminutas esse declarat Notitia: quomodo id effectum sit, ab hac expositione alienum est.

Narbonensis provincia, hac aetate distributa in provincias tres Viennensem et Narbonenses duas, quamquam et ipsa aliquando ad Gallicam consuetudinem in civitates divisa fuit, a primordiis inde aetatis imperatoriae maiore ex parte formata est ad normam Italicam. meliore aetate quomodo res publicae ibi ordinatae fuerint cum ex laterculis geographorum parum appareat (nam neque apud Plinium neque apud Ptolemaeum res publicae sui iuris satis distinguuntur a populis cum iis contributis vicisque qui rerum publicarum territoriis comprehendebantur), adscripsi ad recensum rerum publicarum quarti saeculi exeuntis, quem Notitia exhibet, et originis brevem indicationem et Corporis inscr. Lat. huius provinciae paginas, ubi Hirschfeldius noster de singulis diligenter et sagaciter exposuit.

Notitia		
XI. ***Viennensis***		C. I. L. vol. XII
1 Viennensium	colonia Iulia	p. 217
2 Genavensium	antea vicus Viennensium	p. 328
3 Gratianopolitana	ante Gratianum vicus Viennensium	p. 273
4 Albensium	civitas Helvorum	p. 336
5 Deensium	vicus Vocontiorum	p. 160. 190
6 Valentinorum	colonia	p. 207
7 Tricastinorum	civitas Tricastinorum	p. 205
8 Vasensium	vicus Vocontiorum	p. 160. 164
9 Arausicorum	colonia Iulia	p. 152
10 Cabellicorum	colonia	p. 136
12 Avennicorum	civitas Cavarum	p. 130
13 Arelatensium	colonia Iulia	p. 83
14 Massiliensium	civitas foederata	p. 55
XV. ***Narbonensis prima***		
1 Narbonensium	colonia liberae rei p.	p. 521
2 Tolosatium	civitas Tectosagum	p. 626
3 Baeterrensium	colonia Iulia	p. 511
4 Nemausensium	colonia Augusta	p. 381
5 Lutevensium	*Plin. 3, 37:* Lutevani qui et Foroneronienses	n. 4247
XVI. ***Narbonensis secunda***		
1 Aquensium	colonia Iulia	p. 65

2 Aptensium	colonia Iulia	p. 137
3 Reiensium	colonia Iulia	p. 49
4 Foroiuliensium	colonia	p. 38
5 Vappincensium	vicus Vocontiorum	p. 184
6 Segestericorum	vicus Vocontiorum	p. 184
7 Antipolitana	antea vicus Massiliensium	p. 28

Ruscino colonia quod a Notitia abest, inde confirmatur egregie quod aliis argumentis ostendit Hirschfeldius p. 522. 622 eam imperatoria aetate contributam fuisse cum Narbone. reliqua quoque Galliae Narbonensis oppida in Notitiam non relata ea aetate rei publicae iure caruisse nihil impedit quominus statuamus, nisi quod exceptionem faciunt duo Carpentorate (l. c. p. 148) colonia Iulia et sedes episcopi certe iam a. 517 et Carcaso (l. c. p. 624), quae et ipsa colonia Iulia videtur fuisse et episcopum habuit certe saeculo sexto exeunte. videntur igitur eae excidisse Carpentorate ex Viennensi, Carcaso ex Narbonensi prima.

Alpium maritimarum provinciam Diocletianus ita formavit, ut ad antiquam provinciam eius nominis adiungeret Diniam ab imp. Galba ad Narbonensem relatam (C. I. L. XII p. 49) et Eburodunum antea oppidum provinciae Alpium Cottiarum (C. I. L. V p. 810. XII p. 11). his adsumptis status civitatium qualem exhibet Ptolemaeus Notitiae in universum respondet.

Notitia	*Ptolemaeus*
Alpes maritimae	
XVII, 1 Ebrodunensium	3, 1, 35 Caturigae (Eburodunum)
2 Diniensium	2, 10, 8 Sentii (Dinia)
3 Rigomagensium	—
4 Saliniensium	3, 1, 38 Suetrii (Salinae)
5 Sanitiensium	3, 1, 39 Vediantii (Sanitio)
6 Glanatina	—
7 Cemenelensium	3, 1, 39 Vediantii (Cemenelum)
8 Vintiensium	3, 1, 37 Nerusii (Vintium)

Civitates tres quae accesserunt sine dubio ortae sunt divisis antiquioribus, quamquam huius regionis antiqua condicio parum explorata est. Brigantiones in Notitia cur non reperiantur, explicuit Hirschfeld (l. c. p. 15); Rigomagenses ubi fuerint, adhuc ignoramus [1]).

Superest, ut videamus numeri civitatium, quos laterculus et per singulas provincias enuntiat et in fine coniunctis omnibus, quomodo cum ipso conveniant. numeri provinciarum non connumeratis castris in optimis libris sine ulla diversitate memorabili traditi et indicibus singulis recte respondentes [2]) hi sunt.

I	3	VII	4	XIII	6
II	7	VIII	2	XIV	12
III	9	IX	4	XV	5
IV	7	X	2	XVI	7
V	4	XI	13	XVII	8
VI	12	XII	8		

1) Ad Briançonnet vix videntur recte referri (Hirschfeld l. c. p. 804). nec maiore cum probabilitate statuit Duchesne (*mém. de la soc. des antiquaires de France* vol. 43 a. 1882 p. 37) in subscriptione concilii Vasionensis a. 442 (Maassen *Quellen* p. 953): *ex provincia Alpium maritimarum civit. Eturamine Severianus episcopus* significari Rigomagum civitatem, hodie Thorane. 2) Dubitari potest de una sola civitate, scilicet Reiorum (XVI, 3) in libro Coloniensi neque posita neque in civitatum eius provinciae numero connumerata; sed eam antiquam esse et tum sub episcopo fuisse aliunde constat.

Fiunt civitates CXIII eumque numerum fuisse in archetypo codicis Veronensis dubium non est, quamquam eius librarius errore posuit CLXIII. at reliqui libri qui auctoritatem habent ad unum omnes numerum ponunt CXV isque verus sit necesse est, cum ille facili correctione effici potuerit, hic eo vel maxime firmetur, quod ipsi laterculus refragatur. quam ob rem verisimile est antiquissimo tempore excidisse civitates duas et inde labem quoque traxisse provinciarum earum civitatium numeros, emendatos scilicet perperam ad hiatus tegendos. eas civitates esse videri Carpentorate provinciae Viennensis (XI, 10) et Carcasonem Narbonensis primae (XV, 9) supra p. 560 coniecimus. utramque libri deteriores admiserunt et in priore fieri potest, ut subsit testimonium antiquum; sed de Carcasone certum est atque etiam de Carpentorate probabile librarios eas adiecisse re magis edoctos quam membranis.

Restant episcopi castrorum sive chorepiscopi numero sex[1]), scilicet in Lugdunensi prima Cabillonensis (I, 4), in Sequanis Vindonissensis (IX, 5), Ebrodunensis (IX, 6), Argentariensis (IX, 7), portus Bucini (IX, 9), in Narbonensi prima Ucetiensis (XV, 10). inter tot oppida Gallica et in iis non pauca his nobiliora haec in laterculum recepta esse videntur propter episcopia intra territoria constituta. fuisse chorepiscopos etiam in Occidente dubium non est, non tam propterea quod concilium Reiense a. 439 cuidam perperam in episcopi locum ordinato misericordiae causa laudato canone Nicaeno eum locum concessit (concil. Gall. a. 1789 p. 443), quam quod ab a. 441 et 442 'loci Telonensis' (Toulon) episcopi conciliis Gallicanis ita interfuerunt, ut vel ex subscribendi formula appareat oppidum id civitatis locum tum non tenuisse[2]). ceterum ea aetate alios chorepiscopos nullos in Gallia fuisse non contenderim, sed magis crediderim eum qui laterculum ordinavit horum eius generis episcopiorum solorum notitiam habuisse. ex supra recensitis castris inter subscriptiones episcoporum quas habemus quod non redeunt Ebrodunense Argentariense Bucinense inde cave colligas eiusmodi episcopos nullos fuisse, cum id ipsum ad episcopos civitatium complurium non dubios pervenit, ut sunt Bononiensis, Atrabatensis, Basiliensis; e contrario adsunt inter subscribentes episcopos Cabillonenses[3]), Vindonissenses[4]), Ucetienses[5]), quorum hic in concilio a. 442 similiter atque Telonensis non civitatis episcopum se nominat, sed *oppidi,* id est castri.

CODICVM CONSPECTVS.

Codicum quoniam propter contaminationem latissime grassatam ut cognationes multae, ita familiae verae nullae constitui possunt, ita recensum institui, ut separarentur secundum ordinem provinciarum, primum locum obtinerent legitimo ordine dispositi, deinde qui incipiunt ab Alpibus Graiis profecti ex Spirensi, item qui incipiunt a Lugdunensibus quinque, denique incipientes a Viennensi. recte ordinatorum cum numerus magnus sit, eos distribui secundum laterculum provinciarum: incipiunt qui Gallicanum solum habent, qui sunt fere antiquissimi; sequuntur qui cum Gallicano alterum coniungunt plenum: hos excipiunt qui in provinciarum laterculo dioecesim Galliarum omittunt aut

1) Rauracensem (IX, 8) recte opinor omittit codex antiquissimus; exigua civitas praeter suum vix habuit alterum chorepiscopum. castra VIII cum numerat codex Veronensis, fortasse adsumpsit castrum Bogorram (XIV, 11): reliqui codices numerum nullum habent. 2) Conciliorum Arausicani a. 441 et Vasensis a. 442 subscriptiones plenae (Maassen *Quellen* 1, 951) sic habent: *ex provincia Viennensi loco Telonensi Augustalis episcopus,* cum civitatium episcopis omnibus id vocabulum ibidem adscribatur. 3) Apud Sidonium ep. 4, 25 cum Cabillonum municipium dicatur, fieri potest, ut civitatis locum inter a. 400 et c. 470 acceperit. 4) Episcopi, qui reperiuntur ab a. inde 517 (concil. Gall. 1 p. 899), Vindonissam civitatem appellant, neque omittendum, quod sic iam appellatur in Notitiae codice eiusdem aetatis Coloniensi. 5) Maassen l. c. adn. 2. concilio a. 541 subscribit episcopus *civitatis* Ucetiensis (concil. Gall. 1 p. 1017).

omissam male instaurarunt Alpibus Graiis bis positis aut duplicationi animadversae variis modis medelam afferre voluerunt.

recte ordinati non habentes laterculum provinciarum.

1 1. Coloniensis n. 212 (Darmstad. n. 2326) saec. VII scriptus litteris quadratis, qui quae praeterea contineat particulatim enarrat Maassen *Geschichte der Quellen des kanon. Rechts* p. 574 seq. (cf. Duchesne lib. pontif. vol. 1 p. XV. 24), interpositam canonum conciliis f. 108 Notitiam proponit scriptam manu antiquiore sub papa Agapito († 536). ediderunt eam ex hoc libro Jaffé et Wattenbach eccl. metrop. Colon. codd. mss. a. 1874 p. 161 seq. in editione Seeckiana codex est *B*. praefatio quae videtur esse hoc uno libro servata est.

2 2. Caroloruhensis iam n. CIII olim Augiensis saec. IX f. 185, mea causa collatus a Zangemeistero, descriptus est ex eo qui praecedit, sed eodem saeculo emendatus ad exemplar diversum adiecto indidem sumpto provinciarum laterculo. de hoc tamquam exemplari altero infra c. 79 agetur. ex eo libro Mone *Zeitschrift für Geschichte des Oberrheins* 10 (1859) p. 404 seq. praefationem et excerpta quaedam edidit.

Vaticanus n. 1338 saec. XI descriptus ex libro eo qui praecedit ad secundam manum eius magis se applicat quam ad priorem ideoque infra n. 85 tractabitur; habet tamen tamquam signum originis certum praefationem eandem atque libri duo modo recensiti. praeterea haec ei praescripta sunt (ediderunt ea Ballerinii opp. Leonis vol. 3 p. CCXIV): *iste codex est scriptus de illo autentico quem dominus Adrianus apostolicus dedit gloriosissimo Carolo regi Francorum et Langobardorum ex patricio Romanorum quando fuit Rome.* eadem inscripta repperit, ut admonuit Zangemeister, Eccardus (de rebus Franciae orient. vol. 1 a. 1729 p. 768) in exemplaribus duobus collectionis canonum Hadrianae, altero adservato Coloniae in bibliotheca cathedrali exarato, ut ait, litteris Anglosaxonicis, altero in monasterio Werthinensi. at cum adnotatio ea absit a libro eo unde qui Vaticanum scripsit laterculos certe adsumpsit, non tam ex archetypo translata videtur quam adiecta testimonii loco codicem ita inscriptum redire ad exemplar ab Hadriano Francorum regi oblatum.

3 3. Berolinensis Phillippsianorum n. 1745 saec. VII, is quem Lugdunensem dicit Sirmondus (cf. Maassen in actis minoribus acad. Vind. vol. 56 a. 1867 p. 173 seq.), deinde Claromontanus n. 569, postea Meermannianus n. 578. laterculum sistit f. 88 seq. inter concilia Gallicana, quae deperdita parte codicis priore sola supersunt (cf. Maassen *Quellen* I p. 775).

4 4. Parisinus n. 1452 saec. X, olim adservatus Anicii apud Vellavos *(Le Puy en Velay)*, praecedenti simillimus (ita constitutiones Sirmondianae XVIII quae dicuntur reperiuntur in his duobus libris solis; cf. Maassen *Quellen* I p. 775) et ex eo ita descriptus, ut quaedam accesserint; quam ob rem hoc loco eum recensui. scilicet laterculus Gallicanus non solum conspirat in plerisque cum praecedentis manu secunda, quamquam eam qui hunc scripsit nequaquam vidit (nam ex provincia Viennensi cum uterque liber duas faciant Viennennensem et Arelatensem, haec in antiquiore corrigendo effecta Viennensem sequitur, in recentiore legitur ad finem adiecta), sed etiam Lugdunensem Senoniam facit quartam et Alpes Graias partem Viennensis, denique addit Matisconium 1. 5, Mauriennam et Augustam X. 4. 5 contra archetypum. similiter adiectus est qui ab archetypo abest laterculus provinciarum inscriptus sic: *cathalogus provinciarum ecclesiasticarum orientalium et occidentalium, septentrionalium et australium, sicut eas verissime annotavit antiquitas* forma singulari; scilicet Italia finit in Corsica omissis Alpibus Graiis, sequitur: *in Gallia XVI* (corr. ex *XVII*): *Viennensis. Narbonensis prima. Narbonensis secunda. Aquitanica prima. Aquitanica secunda. Novempopulana. Alpes maritimae. Belgica prima. Belgica secunda. Germania prima. Germania secunda. Lugdunensis prima. Lugdunensis secunda. Lugdu-*

nensis tertia. Lugdunensis quarta. Maxima Sequanorum, quae est ordinatio non laterculi provinciarum, sed Gallicani formae eius quam habent codices 90—97, nisi quod hic quoque librarius provinciam Alpium Graiarum sustulit utpote carentem metropolitano. — In hoc libro quae in marginibus superioribus supplevit manus altera non multum recentior, non discrevi ab antiquioribus, cum videantur ex eodem archetypo ducta esse, restituta fortasse quod antea scripta casu damnum passa erant.

5. Parisinus n. 12097 saec. VI (laterculus paparum editus apud Duchesnium lib. 5
pontif. I p. 16 a manu prima finit in Hormisda † a. 523, a manu secunda in Vigilio † a. 555) origine Corbeiensis (sub quo vocabulo librum adlegat Sirmondus), deinde Sangermanensis n. 936. Sirmondus indicem descripsit (quod apographum extat cod. Paris. 11479 f. 48—50) ediditque in conciliorum Gallicorum tom. 1 (Paris. 1629) post praefationem (inde repetiverunt du Chesne hist. Franc. script. t. 1 a. 1636 p. 4 et Schelstrate antiquitas ecclesiae vol. 2 a. 1697 p. 638). heliographice edidit Delisle *choix de documents géographiques conservés à la Bibliothèque nationale* (Paris 1883). de sylloge canonum, cui laterculus provinciarum Gallicanarum post supra citatum pontificum praemissus est, disputavit Maassen *Quellen* I p. 556.

6. Veronensis n. LII (50) saec. VIII, paparum indicem habens finientem post 6
*Londiniensis Harleianus 651 saec. XIV (E 3[b] Bethm.). partem contuli ego, totum collatum inveni in schedis Bethmannianis.

Oxoniensis Bodleianus n. 212 saec. XIV (E 7[a] Bethm.).

*Parisinus n. 1793 saec. XII (C 3 Bethm.). contulit Waitz.

*Parisinus n. 4861 saec. XIII (E 7[b] Bethm.).

*Parisinus n. 4862 saec. XIII (E 2 Bethm.).

*Parisinus n. 4863 saec. XIII (D 1 Bethm.).

*Parisinus n. 4864 saec. XIV.

Parisinus n. 4867 saec. XIV (C 2 Bethm.).

*Parisinus n. 14624 (S. Victor 238; D 2 Bethm.).

*Parisinus n. 17545 (Notre Dame 94) saec. XII (D Bethm.). ad hunc ut videtur codicem (cf. Holder-Egger *neues Archiv* 1 p. 96 not. 1) Pithoeus chronica primus edidit a. 1588. adhibuerunt eundem deinde servatum tum Parisiis apud Loiselium Pontacus a. 1603 (cf. editionis praef. p. 28), servatum ibidem apud canonicum Claudium Iol Benedictini ii qui opera Prosperi ediderunt ibidem a. 1711. contulit Waitz.

*Parisinus recens emptorum n. 1543 saec. XII.

Ravennas bibl. civ. Class. n. 139 saec. XV (Bethmannus in schedis et *Archiv* 12, 584) is omnino, quem adservatum tum Ravennae in S. Francisci adhibuit Roncallius, dictus ei antiquus et optimae notae. contulit Bethmann.

*Romanus Vatic. reg. n. 553 saec. XIII.

Romae apud Torquatum Rossi canonicum, saec. XV. subscriptum: *nota diligenter que scribit Prosper post Geronymum, prout repperi in libro clarissimi poete divini Fr Petrarce quem propriis manibus suis scripserat.* praecedebat Diogenes Laertius Latine versus, sequebantur Hieronymi dicta in laudem psalmorum. vidit Bethmann (*Archiv* 12, 111 et in schedis).

Rouen U. 11. 7 (E 5 Bethm.).

Rouen Y. 87. 60 (E 4 Bethm.).

*Wolfenbüttel Aug. 83, 23 fol. scr. a. 1412 (Holder-Egger *neues Archiv* 1, 92 non recte): subscriptum enim: *hos de temporibus libros ab exemplari scripto per manum celebris memorie Francisci Petrarce transcripsi fideliter ego Iob Mediolani nonis Quintilibus anno ab exordio eius qui circa principium huius operis primus de Hebreorum ordine numeratur IIICCCCXXX.* ad locum de Praedestinatis c. 81 adnotantur haec: *hoc ideo scriptum fuisse credo quia nundum Prosper et Ylarius Arelatēn receperant ut opinor librum de predestinatione sanctorum quem Augustinus ad eos scripsit. hoc habebat exemplar in margine. michi tamen non impossibile videtur vel post acceptum librum hoc dictum a Prospero de Augustino quamvis iam doctore veritatis, tamen prius erroribus diversis implicito. quod et supra patuit et Augustinus ipse ingenue confitetur. itaque si hoc procedit, de Augustino nundum ad sanctam fidem converso intelligendum quod hic dicitur. et potuit fieri, ut diu ante ortus error in hoc demum tempus erumperet et ut hic dicitur serpere inciperet, Augustino non solum hiis erroribus iam libero, sed et ceteros liberante. sed quid horum verum, profiteor me nescire.*

Horum codicum archetypus deperditus Sigeberto visus neque priori ordini librorum supra descripto accensendus est neque posteriori, sed medium locum tenet inter ambo. nam cum Londiniensi communes habet annos 451. 452 et Prosperiana in altero ordine omissa, cum Bambergensi et Monacensi et lectiones veras c. 17 *Mediolani rhetoricam*, ubi *mediolanatoriam L*, et c. 68 *Iovini*, ubi *iunoni L*, et corruptelam c. 20 *erat*, ubi *erasit L* recte, et Francicos reges quattuor. denique Marii Aventicensis chronicon si habuisset Sigebertus, sine dubio et ipsum adhibuisset. sed cum nulla omnino ne archetypi quidem utilitas foret, si extaret, exemplarium ex eo derivatorum erroribus nolui apparatum onerare.

Primus chronica haec edidit, ut dixi, Petrus Pithoeus Parisiis a. 1588. postea saepe repetita sunt cum inter opera chronographica, ut apud Scaligerum ad Eusebium eius a. 1606 et 1658 et apud Duchesnium in hist. Franc. scriptorum vol. 1 (1636) et apud Labbeum in bibliothecae novae vol. 1 a. 1656 et apud Roncallium a. 1787, tum ab editoribus operum Prosperi Aquitani Benedictinis a. 1711 in app. p. 207 seq., Migne vol. 51. pendent autem editores omnes a libris Sigebertianis.

Usus est, quamquam negat Droysenus (praef. p. XLVI), chronicis his Paulus diaconus in historia Romana; sed pro re non multa inde adsumere potuit. quid exscripserit, monuimus in apparatu. post Paulum primus his chronicis usus videtur esse Sigebertus, de quo supra exposuimus.

Orthographiam, quatenus ferri poterat, retinui codicis Londiniensis in universum satis emendatam. praeter ea quae in apparatum rettuli sustuli non monito lectore haec fere:

ae pro *e*: *aeclesia* — *arbogastae* cet.
e pro *ae*: *heresis* (semper) — *manichei* — *pene* — *que* — *uite*.
c pro *t*: *bonifacius* — *gracia* — *supersticio* — *ualencia*.
t pro *c*: *ditio*.
h omissa: *scolis*.
o pro *u*: *consolatus* — *robor*.
p omissa: *promtus*.
geminatio male admissa: *emminentem*.
rm pm pro *r. p.* — rem publicam.

III. V. AD CHRONICA A. DXI.

Chronica deducta ab Adamo ad a. 511 transmiserunt nobis libri duo, alter Alcobaciensis hodie deperditus, alter adhuc superstes hodie Matritensis. ex illo quae de his chronicis comperimus debentur uni Iohanni Vasaeo Brugensi auctori Hispaniae annalium editorum Salmanticae a. 1552. 'Severus Sulpitius, qui chronicon scripsit usque ad aeram quingentesimam quadragesimam septimam', ut ait in auctorum recensu f. 9, scilicet hic noster, primum laudatur f. 82 ad caput nostrae recensionis 564, postremum f. 90 ad caput nobis 690, redeuntque quae habet propria paene omnia apud Vasaeum verbis tamen passim mutatis, quapropter nos in adnotatione paucos tantum locos inde attulimus. nam vicem libri deperditi facit ex eo omnino descriptus codex alter adhuc superstes Matritensis univ. n. 134 f. 33′—38′ is ipse, ex quo narrationem primo loco positam edidimus quemque, ut ibi dictum est, ad Victorem Tonnennensem plene descripsimus. praescriptum ibi est: *incipit epithoma chronicorum Severi cognomento Sulplicii* (sic: in indice a prima manu volumini praeposito est *cronica Severi cognomento Sulpicii*), subnotatum post ea quae infra edita sunt: *ab hoc consule* (praecedunt consules Secundinus et Felix a. 511 et respondens iis indictio quarta 510 Sept. 1—511 Aug. 31, aera autem DXLVII, quae est a. 509 eique respondens annus Anastasii imperatoris XIX) *qui vult per indictiones computet vel per eram. ab era usque in nostris temporibus, in quo est era DCCLXXI* (= p. Chr. 733), *creverunt anni CCXXIIII* (509 + 224 = 733). *fiunt ab initio VDCCCCXXXI.* ex qua computatione non debuit colligi, quod collegit Holder-Egger, chronica continuata esse ad a. 733, sed descriptum esse codicem ad exemplar eo anno scriptum. qui librum Matritensem scripsit etiam quae chronica finientia in a. 511 excipiunt excerpta brevia ex Orosio et Solino f. 38′. 39 eorundem chronicorum partem esse existimavit, adnotans in fine: *hucusque Severus qui et Sulpitius: dehinc Idacius Gallecie episcopus item* (*it'* cod.) *retexit hystorie ordinem.* denique idem librarius in alia parte libri f. 46 ad locum, ut ait ipse, chronicorum Isidori iunioris, vere excerptum ex Prospero (egi de ea epitome supra p. 493) hunc: *Augustinus episcopus moritur VIII anno ante ingressum Cartaginis* in margine adscripsit: *quo tempore Agustinus moritur, X scilicet annis post, ut ex cronicis Severi sive Sulpicii habetur.* in iis autem cum ad a. Theodosii II quartum decimum = p. Chr. 437 adnotetur: *Carthago capta a Geserico,* Augustini obitus non inveniatur, verisimile est hanc adnotationem spectare ad locum Hydatii vel certe in hoc volumine Hydatio attributum, in quo memoratur mors Augustini: Hydatiana enim in hoc volumine Sulpicianis subiuncta facili errore ita adlegari potuerunt. quamquam de decimo anno quae adnotator ponit quomodo ex Hydatianis efficere potuerit, non perspicitur. ceterum chronicis hisce in Sulpicii nomen ne talem quidem umbram iuris esse, quali altera recensio Prospero attribuitur, et ea quae diximus ostendunt et etiam clarius apparebit ex iis quae sequuntur.

Excerpta ex chronicis a. 511 proposuerunt multa Iohannes Vasaeus, ut modo vidimus, aliqua etiam (ut indicavit Zangemeister mus. Rhen. 33, 323) Garcia de Loaisa in commentariis ad Isidori chronicon editis Taurinis a. 1593. ipsa primus ex libro Matritensi edidit Florez in egregio opere *España sagrada* vol. 4 (ed. primum a. 1749, iterum a. 1756) p. 431—454. diu neglecta tractavit O. Holder-Egger *über die Weltchronik des sogenannten Severus Sulpitius und südgallische Annalen des fünften Jahrhunderts* (Gottingae 1875). ego ut descripta accepi a Paulo Ewald tum nostro, ita repetivi integra. id non fecissem, si verum repperissem quod de iis iudicium tulit Holder-Egger. partem ad a. 378 compilatam esse ex chronicis Hieronymianis et narratione Orosiana solis. nam adhibuit auctor prae-

terea non solum, qua de re monuit Zangemeister (mus. Rhen. 33. 324). Augustini libros de civitate dei et uno loco etiam chronica Sulpicii Severi (certe praeter Severum nullus scriptorum superstitum testatur Rhodanium episcopum fuisse Tolosae; cf. Tillemont *mém. eccl.* 7, 750), unde fortasse derivatum est vocabulum hisce collectaneis male praescriptum, sed consularia quoque quae nobis dicuntur Constantinopolitana eaque nostris auctiora: nam diem dedicatae Constantinopolis praeter hunc auctorem ea sola enuntiant. et quod Gallum hic auctor ait Constantium appellatum esse, non est in recensione eorum quam habemus Latina, sed redit in Graeca, quam compilavit auctor chronici paschalis. itaque inter paleas has bonae frugis quaedam reperiuntur. recensui ita, ut excerpta Hieronymiana, quae sunt longe plurima, cursivis distinguerentur, reliquis ubi fieri potuit, adscriberetur auctor.

Utilitatem maiorem habet pars annalium extrema: scilicet ab a. inde 378, ubi desinunt chronica Hieronymiana, auctor ad Gallica supra tractata proxime accedit. sed inseruit aliena non pauca et adiecit appendiculam rerum gestarum ad a. usque 511. secutus est in his laterculum imperatorum singularem et hic illic Gallicano emendatiorem, quem non supervacaneum erit hic repraesentare exactum ad annos veros, in universum scilicet: nam ad amussim haec persequi nolui, cum praesertim laterculum hunc ex parte certe non ad annos regnorum consulares respicere, sed ad vera eorum spatia ostendant menses bis adscripti.

	numeri traditi	numeri veri	
Gratianus post Valentem	a. V	=	a. 379—383
Valentinianus II post Gratianum	a. VIII	VIIII	a. 384—392
Theodosius I post Valentinianum II	a. III	=	a. 393—395
Arcadius et Honorius	a. XII	XIII	a. 396—408
Honorius post Arcadium	a. XVIII	XV	a. 409—423
Theodosius II post Honorium	a. XXV	XXVII	a. 424—450
Valentinianus III post Theodosium II	a. V	=	a. 451—455
Marcianus cum Valentiniano III	a. V	=	a. 451—455
post Valentinianum III	a. II	=	a. 456. 457
Avitus	a. I m. III	=	a. 455 Iul. 10 — a. 456 Sept.
Leo	a. XXI	XVII	a. 457—473
Maiorianus	a. III m. VI	a. IV m. c. IV	a. 457 Apr. 1 — 461 Aug. 3
Anthemius	a. V	VI	a. 467—472
Zeno	a. XIII	XVII	a. 474—490
Anastasius ad a. 511	a. XIX	XXI	a. 491—511

Auctores compilator adhibuit ex superstitibus solos Orosium et Hydatium. nam etiam Prosperianis ut eum usum esse statuamus, non sufficit quod sufficere iudicavit Holder-Egger (l. c. p. 35), quod ait victoriam de Radagaiso accidisse *in Tuscia* (c. 546), cum Prospero c. 1228 ita consentiens accuratius quam cum Faesulanis campis Orosii, et quod c. 623 in relatione de Romae exidio a. 455 in rebus magis quam in verbis prope accedit ad narrationem Prosperi: certe compilator noster si chronica Prosperiana habuisset, multo plura inde in suam rem vertisset. contra Orosio eum usum esse et annales a. 378 anteriores luculenter ostendunt compilati imprimis ex Hieronymianis et Orosianis et in hac parte adnotata c. 513. 529 (ad verbum). 546. 547. 555 (ad verbum). 563 (ex parte). Hydatio autem quae habet maxime de rebus Hispanis pleraque accepta ferenda sunt.

Demptis Orosianis et Hydatianis quae restant ad a. scilicet 450 longe maiore ex parte ita consentiunt cum Gallicis supra tractatis, ut communis origo pateat. eorum

quoque, quae neque ex libris supra dictis petita sunt neque redeunt in chronicis Gallicis. quae non sunt multa in hac editione distincta litteris rectis, partem certe qui scripsit videtur traxisse ex iisdem chronicis Gallicis integrioribus quam in nostra recensione leguntur. id ut statuam, facit potissimum Rufini cum utrisque chronicis conparatio. scilicet cum certum sit auctorem chronici Gallici in parte priore Rufini librum ultimum potissimum expilasse, adnotationes ostendunt in iis quoque, quae chronica Matritensia addunt, inesse Rufiniana eaque ita comparata, ut magis videantur ex altera recensione excidisse quam iterata lectione ad excerpta ante facta accessisse. similiter etiam adnotationes quaedam non Rufinianae non tam contaminatione auctae videntur esse quam diversa ratione imminutae: ut in priore recensione c. 26: *terribile in caelo signum columnae per omnia simile apparuit*, in posteriore c. 528: *signum in caelo columna pendens per dies* XXX. item posterior recensio c. 546 de Radagaisi interitu praeterea ad verbum fere consentiens cum priore Tusciae mentionem magis videtur ex communi archetypo retinuisse quam aliunde adscivisse. quae restant, ut adnotationes de Alarici in Italiam adventu, de nato Valentiniano Placidiae filio, de Eudoxia Augusta facta, utrum ex iisdem chronicis Gallicis auctioribus descendant an ex chronicis deperditis Italicis, quae sententia est Holderi, certa ratione definiri non potest.

Ab obitu inde Theodosii II a. 450 (inde enim narratio auctori nostro propria incipit, non ab a. 452, in quo finit recensio annalium Gallicorum prior nobis servata) quae chronographus a. 511 affert, pertinent ad res gestas in Italia, in Hispania, in Gallia meridionali, sed ut haec potissimum respiciatur. itaque annales hi ubi coepti sunt scribi, ibidem etiam continuabantur. capita tria c. 634. 638. 643, quae chronicorum horum scriptor communia habet cum Mario Aventicensi, sine dubio, ut recte iudicavit Holder-Egger (l. c.), ex annalibus iisdem Gallicis in utrumque libellum translata sunt. quod si quaeris, quo loco Galliarum scripti sint annales illi, Arelate quamquam saepissime memoratur utpote caput regni Wisigothorum, secundum c. 657: *Arelate capta est ab Eurico cum Massilia et ceteris castellis* scriptor scriptoresve non tam ibi sedem habuerunt quam Massiliae, ubi priorem quoque chronicorum Gallicorum partem in litteras relatam esse videri supra diximus.

Orthographica ita tractavi, ut minora, quales sunt *c* et *t* permutatae, item *i* et *y*, denique geminationes tales, qualis est *affrica*, tacite reformarentur, ubi legentium interesse poterat, maxime in nominibus propriis, quae traduntur aut reciperentur aut adscriberentur.

I. NARRATIO DE IMPERATORIBVS DOMVS VALENTINIANAE ET THEODOSIANAE.

Valentinianus regnavit an. XI adhibito consorte imperii Valente fratre suo nec multo 1 post Gratiano filio in Augusti nomen adscito. cum ad Illyricum de Gallicanis partibus properasset, vixdum inchoata expeditione defunctus est. severus et strenuus imperator praecipueque cultui catholicae religionis attentus eximios temporis sui habuit sacerdotes Martinum et Ambrosium, quorum alterum scripta sua posteris edita, alterum vitae commendatio apostolis aequiperanda ignotum esse non sinit.

Valens regnavit an. III post fratris obitum in partibus Orientis, cum Italiae et Galliis 2 Gratianus Valentiniani Augusti filius imperaret, saeviens erga nostros et persecutor immitis: dum Arrianorum haeresi, quorum secta fuerat baptizatus, immodice favet, catholicos ad sanguinem usque et extrema est supplicia persecutus. ipse postea, cum adversus Gothos, qui Thracias populabantur, infeliciter movisset exercitum, poenas debitas sacrilegio, amisso omni exercitu, ab hostibus concrematus expendit.

Gratianus regnavit a. VI post patrem ac patruum adhibitis imperii sociis Valentiniano 3 fratre admodum puero et Theodosio, quem Orienti praefecit: ipse manu promptus et studiis litterarum Ausonio magistro sufficienter imbutus nec erga religionis nostrae cultum indiligens. victus a Maximo tyranno, qui intra Brittanias Augusti nomen adsumpsit, apud Lugdunum oppidum Galliarum, quo amisso exercitu fugiens venerat, est necatus.

Theodosius regnavit ann. XI post Gratianum. qui cum Orientis teneret imperium et 4 ad eum Valentinianus Augustus occiso intra Gallias fratre Gratiano ipse pulsus Italia confugisset, motis Orientis viribus et Gratianum fortiter ultus est et Valentinianum collocavit in regnum. sed interiecto tempore cum idem Valentinianus apud Viennam Galliarum nobilem civitatem incertum utrum sua manu an Arbogastis magistri militum vi et impressione compulsus vitam laqueo terminasset et Eugenius quidam praesumpto male incubare coepisset imperio, Theodosius, postquam Arcadium filium suum Orienti praefecit, ipse adversum Eugenium expeditione suscepta et tyrannum felicissime superavit et cum se morbo ultimo videret urgeri, Honorium alterum filium Africae Italiae Galliisque ordinavit Augustum: atque ita inter duos filios Romani orbis possessione divisa apud Mediolanium non inmatura morte defunctus est.

Arcadius regnavit annis XII in Orientis partibus, cum Honorius frater divisis sedibus 5

1 regnavit] rex *B* 3 properisset *B* et *om. B*[a] 6 ienotum *B* 8 saeuin *B* 9 heresin *B* 12 ammisso *B* concrematis *B* 13 gracianus *M hinc incipiens* patrum *M* adibitis *M* imperiis *B* 14 puero] uero *M* quem] que *M* manus *M* 15 asonio *M*, sub ausonio *B* 16 indiligens] indulgens *M* britanias *B*, brithaniam *M* 19 teodosius *M* xi] *B*, ix *M* 20 intra] infra *M* 21 motis] mortis *M* 22 cum *om. M* 23 iuennam *M* utrum] uirum *B*, *om. M* arbogasts *M*[a] 24 ipressione *M* 25 archadium *M* 26 aduersus *B* et tyr.] tyr. *B* 27 urgere *M* honorii *B* 28 affrice *M* 29 melodianum *M* 31 archadius *BM* xii *B*, xiii *M* diuisis] diuis *M*[1], diu *M*[2] [?]

consors esset imperii. tutelamque rei publicae Theodosio filio parvulo admodum, sed qui processu aevi maximis esset principibus comparandus, reliquit.

6 *Honorius* regnavit annis XXXII, duodecim cum fratre et post fratris excessum XX, cum Theodosium Arcadii fratris sui filium consortem Orientalis haberet imperii. multa in huius principatu gravia rei publicae vulnera contigerunt, sed illud acerbissimum fuit, quod urbs Roma per Alaricum Gothorum regem capta atque subversa est. soror imperatoris Augusta Placidia primum captiva, deinde uxor regis quidem sed barbari statum temporum decolorat. Galliae Hispaniaeque a barbaris nationibus Wandalis Suebis Alanis excisae funditusque deletae sunt. Brittaniae Romano nomini in perpetuum sublatae. idem tamen princeps cum adversum externos hostes nihil umquam prospere gesserit, ad excidia tyrannorum felicissimus fuit. quorum plurimos, id est Constantinum cum filiis, Iovinum cum Sebastiano fratre, Attalum Gothorum viribus fultum, Maximum Hispaniae purpuratum aliosque nonnullos superavit cepit extinxit. deinde rebus ultra ex voto cedentibus Constantinum ter consulem et patricium sororis suae Augustae Placidiae secundum maritum consortem adsumpsit imperii. quo brevi tempore extincto ipse quoque non diu adfini superstes apud Ravennam morbo aquae intercutis est peremptus. eximii in doctrina catholica his temporibus viri fuerunt Hieronymus presbyter et Augustinus episcopus vel Paulinus Nolanus episcopus. quorum quanta admiratio ingenii doctrinaeque fuerit, condita ab his innumerabilium voluminum monumenta declarant.

2 tutelamque rei publicae] *B*, italii fratris archadii *M* paruulo] *M*, paruo *B* 3 aevi maximis] aeui maximus *M* principiis *B* 4 archadii *M* orientales *M* 5 rei publicae *om. M* illud *om. B* 6 fuit *om. B* aluricum *M* capta atque] captabatque *B* 8 statum] tantum *M* ispanieque *M* 9 uandalis *B* sueuis *BM* britanie *B*, brithanie *M* 10 romani *M* sublatae] subdite *M*, deplorate *B*: *quod amicus quidam defendit adlato loco Livii 3, 38*: deploratur in perpetuum libertos aduersus *B* 11 propere *M* excida *M* 13 attalum] atthalii *M* hispaniae purpuratum] ispania priuatum *M* 14 ultra] ut *B* constantium *BM* 15 ter cons. et patr. *om. B* plac. aug. *M* 17 adfini] adfuit *M* morbo aquae] atque *M* 18 iheronimus *M* 19 nolans *M* quanta admiratio] quanta amminatio [*sic*] *B*, quanto admirabilis *M* 20 fuerint *M* condita] conduco *B*

II. ADDITAMENTA CHRONICORVM A. CDLII AD CHRONICA HIERONYMIANA.

ad a. Abr. 2371, Ol. 283, 2, Constantii 18:

Petrus Caesaraugustae orator insignis docet.

ad a. Abr. 2391, Ol. 288, 3, Valentiniani 11 (sic):

Theodulus miserabilis presbyter dum adversum conscientiam furoris sui sacrificia deo offerre audet, in mediis precibus eliditur.

1 theodolus *LM*, theodorus *B* 2 auferre *B* elidetur *LM*[1]*B*

ad a. Abr. 2392, Ol. 288, 4, Valentiniani 12:

Hieronymus:	*codd. LMB:*
Theodosius Theodosii postea imperatoris pater et plurimi nobilium occisi.	Theodosius Theodosii postea imperatoris pater multorum per orbem bellorum victoriis nobilis in Africa factione eorum perimitur, qui et ipsi mox caesi sunt: item Maximinus ex praefecto et ceteri.

2 *post* pater *ins.* et plurimi nobilium occisi *M*[1]
3 perimitur] periit *MB* item] idem *L*

III. CHRONICORVM A. DXI

PARS HIERONYMIANA[1].

1 Adam annorum CCXXX genuit Seth et vixit post DCC ann. et obiit generatione V.
2 Seth annorum CCV genuit Enos et vixit post DCCVII et obiit in generatione VI.
3 Enos annorum CLX genuit Caynam et vixit post DCCV et obiit in generatione V.
4 Caynam annorum CXXX genuit Malalehel et vixit post DCCXL et obiit in generatione VI.
5 Malalehel annorum CLI genuit Iareth et vixit post DCCXIIII et obiit in generatione VI.
6 Iareth annorum CLXII genuit Enoch et vixit post DCCXLIV et obiit generatione V.
7 Enoch annorum CXV genuit Matusalam et vixit post CC et translatus est a deo.
8 Matusalam annorum CLXXXVII genuit Lamech et vixit post DCCLXXXVII et fiunt simul DCCCCLXIX consonantes ubique.
9 Lamech annorum CLXXXII genuit Noe et vixit post DLXV et obit generatione (-nes *C*) III patre superstite.
10 Noe annorum D habens filios III aedificavit arcam (archam *C*) annis C et fuit diluvium anno I.
11 Ab Adam ergo per has (his *C*) decem generationes fiunt anni $\overline{\text{II}}$CCXII.
12 Post diluvium vero anno II filius Noe senior Sem genuit Arfaxat et vixit post ann. D.
13 Arfaxat annorum CXX genuit Canaan et vixit post ann. CCCX.
14 Caynam ann. CX genuit Sale et vixit post ann. CCCLX.
15 Sale annor. CX genuit Heber et vixit post ann. DCXXX.
16 Heber annor. CXV genuit Faleg et vixit post ann. DCCL.
17 Faleg ann. CX genuit Ragau et vixit post ann. DCCC.
18 Ragau ann. CXI genuit Seruch et vixit post ann. CCXX.
19 Seruc ann. CXV genuit Nachor et vixit post ann. CCC.
20 Nachor ann. LXXXVIIII genuit Thare et vixit post LXXX.
21 Thare ann. LXX genuit Abraham et vixit post ann. LXX.
22 A diluvio ergo per has alias (halasias *C*) decem generationes fiunt ann. DCCCCXLII.
23 *Abraham natus anno XLIII Nini regis Assyriorum.*
24 Primo anno Abrahae principium iubilaei apud Hebraeos.
25 *Repromissio ad eum facta divino primum alloquio.*
26 Melchisedech protulit vinum et panem benedicens ei.
27 *Natus est Ysaac C et vixit post ann. LXXV.*
28 *Ysaac annor. LXX genuit Iacob* et vixit post ann. CXX.
29 Anno LXXX Isaac *Iacob servivit Laban* et Rachel XIV ann.: postea vixit ann. LIII. qui simul fiunt CXXVII.
30 *Venditus est Ioseph a fratribus aetatis suae anno XVII.*

1) Quae litteris inclinatis expressa sunt auctore non adscripto, sumpta sunt ex Hieronymo.

31 Iosep dux Egypti factus est. *famis annus secundus et descensio* (descesio *C*) *eius in Egipto.*

32 *CXLVII obitus eius.* Ioseph vero annos agebat LVII.

33 *Ioseph* agens ducatum ann. LXXX *obiit CX.*

34 *Post quem servierunt Hebraei* (hebrey *C*) *ann. CXLIIII.*

35 Servitutis anno (annorum *C*) LXXV *Amram annorum LXX genuit Moysen.*

36 Servitutis suae anno XLII Moyses in heremo pascit *et LXXVII anno suo in Sina divino fruitur aspectu.*

37 *Servitutis Moysi vero LXXX exitus Israhel de Egipto.*

38 A descensione ergo Iacob in Egipto usque ad exitum Israhel ann. CCXV.

39 A I anno repromissionis ad Abraham usque ad exitum anni CCCCXXX.

40 A nativitate ergo Abrahae usque ad exitum Israhel ann. DV.

41 Moyses exacto egressionum anno XL, suo vero CXX obiit.

42 *Omnis itaque historia quinque librorum Moysi secundum septuaginta interpretes continet rerum gestarum ann. IIDCCCXXX.*

43 *Iesu Nave successor Moysi fuit dux annis XXVII.*

44 *Decimo ducatus sui anno terram repromissionis distribuit.*

45 *Post mortem Iesu servierunt filii Israhel alienigenis ann. VIII: qui computabantur in annis iudicis subsequentis.*

46 **Iudicum.**

47 *Gothoniel primus iudex ex tribu Dan annis XL.*

48 *Post Aaron et Eleazarum pontifex fit Finees.*

49 *Post Gothoniel subiectio populi in alienigenis annis XVIII, qui computantur in annis iudicis subsequentis.*

50 *Aoth de tribu Effrem ann. LXXX.*

51 *Post hunc subiectionis anni XX, qui computabantur in sequentibus.*

52 *Barach de Neptalim et Debbora de Effrem anni XL.*

53 *Post hos subiectio annis VII, qui computantur in sequentibus.*

54 *Gedeon de Manasse annis XL.*

55 *Quarto anno hujus Daedalus.*

56 *VII Tyrus* (thirus *C*) *condita.*

57 *XV Argonautae.*

58 *XVII Cizicus conditur.*

59 *XXII Ipsipyle in Lemno* (ipsiuelemon *C*).

60 *XXVIII spinga et Idippus.*

61 *Abimelech filius Gedeonis annis III.*

62 *Thola ann. XXIII.*

63 *Tertio anno hujus Laphitae et Centauri.*

64 *VIII Priamus.*

65 *VIIII duces VII ad Thebas.*

66 *XIII Minotaurus et Theseus.*

67 *Iehir ex Manasse annis XXII.*

68 *Sexto hujus Carthago condita, ut Filistus* (fili sui *C*) *scribit.*

69 *Nepte annis VI.*

70 *Hujus tempore Agamemnon* et Menelaus *Micaenis.*

71 *Esebon ann. VII.*

72 *Hujus tempore Hercules ob morbum flammis se iniecit.*

73 *Et Alexander Helenam rapuit, unde Troiae excidium* (excidiuit *C*).

74 *Post Esebon fertur in Hebreo Calon rexisse populum ann. X, qui apud LXX interpretes non habentur.*

75 *Abdon ann. VIII.*
76 *Post hunc subiectio annis XL, qui computantur in sequentibus judicibus.*
77 *III anno huius Troia capta.*
78 *VII anno Aeneas regnat super Latinos ann. III.*
79 *A primo ergo anno Abrahae usque ad captivitatem Troiae anni DCCCCXXXV.*
80 *A nativitate ergo Moysi usque ad captivitatem Troiae anni CCCCX.*
81 *Sanson annis XX.*
82 *Ea quae de Ulixe, Scille et Sirenis.*
83 *Et Pirus ab Oreste Delfis occisus.*
84 *Hely sacerdos annis XL: in Hebraeo XL habet annos, secundum LXX vero XX.*
85 *XIII anno hujus Ascanius procreat Iulium, unde familia Iuliorum.*
86 *XVIII Silvius Postimus filius Aeneae regnavit annis XXIX Latinorum III rex.*
87 *Samuel cum Saule anni XL.*
88 *VIII hujus Aeneas Silvius regnavit XXXI.*
89 *IIII post hunc Latinus Silvius regnavit annis LV.*
90 **Regum Hebraeorum.**
91 *David regnavit annis XL.*
92 *XXVIII huius Cumae condita.*
93 *XXXII Ephesus.*
94 *XXXV Cartago a Carcedone Tyrio* (thirio *C*) *vel, ut alii dicunt, a Didone filia eius, post excidium Troiae ann. CXLIII.*
95 *Pontifex Abiathar.*
96 *Prophetae Gath, Nathan, Asaph.*
97 *Salomon an. XL.*
98 *Sacerdos Sadoch ab Aaron VIII.*
99 *Prophetae Achias Selonites et Samaas.*
100 *IX Alba Silvius filius Silvi Aenei* (siluia henei *C*) *regnavit annis XXXVIII.*
101 *XIX Homerum* (omerum *C*) *et Hesiodum* (esiodonum *C*) *quidam dicunt.*
102 *Et Cartaginem quidam XXIII Salomonis dicunt.*
103 *Anno regni IIII Salomonis templum incoatur, XII consummatur.*
104 *Ab exitu ergo Israhel usque ad aedificationem templi secundum librum regnorum III anni CCCCLXXXI.*
105 *A diluvio usque ad Moysen anni ĪCCCCXVII.*
106 *Ab Adam vero usque ad Moysen anni ĪĪIDCLXXXVIII.*
107 *Roboan filius Salomonis annis XVII.*
108 *Hujus anno XI Susachim rex Aegypti templum spoliat* (expoliat *C*).
109 *VIII Athis vel Aegyptus Silvus regnat annis XXIII.*
110 *Abia annis III.*
111 *Asaa annis XLI.*
112 *X hujus Capis Silvius annis XXVIII.*
113 *Pontifex Abimelech.*
114 *Prophetae Achias, Samaas, Azarias.*
115 *Iosaphat annis XXV.*
116 *Hujus initio Carpentus Silvius an. XIII.*
117 *XIIII Tiberius Silvius ann. VIII: ab hoc Tiberis fluvius* (silvius *C*) *dictus.*
118 *Prophetant Abdias, Micheas, Iheu, Ozias.*
119 *Ioram annis VII.*
120 *Hujus initio Agrippa Silvius ann. XL.*
121 *XI hoc regnante Homerus fertur clarus.*
122 *Prophetae Elias* (helyas *C*) *et Elisaeus.*

123 *Ann. VIII regni Ihoram Elias raptus.*
124 *Ocozias anno I.*
125 *Gotholia mater eius ann. VII.*
126 *Ionadab filius Recab clarus habetur.*
127 *Iohas annis XL.*
128 *XVIII huius Aremulus Silvius annis XIX.*
129 *XXXVIII Aventinus Silvius ann. XXXVIII.*
130 *pontifex Ioiade post Moysen vixit annis CXXX.*
131 *anno Iohas VIII Zacharias propheta et sacerdos occiditur.*
132 *XXXII Helyseus propheta obiit.*
133 *Amasias annis XXIX.*
134 *XXIII huius Sardanapallus Tharsum condit.*
135 *Ozias annis LII.*
136 *VI huius Procus* (prochus *C*) *Silvius annis [X]XIII.*
136[a] *XXV [A]mulius Silvius annis XLIIII*[1]).
137 *XXVI Phidon Argivus mensuras et pondera primus invenit.*
138 *prophetae Amos, Osee, Ysaias, Ionas.*
139 *Olimpias prima anno Oziae XLIIII, Amuli vero Silvii XXI. certamen hoc Olimpiacum* Hercules in honorem Pelopis atavi materni primus edidit: *quod intermissum Invitus filius instauravit post eversionem Troiae anno CCCCVIII.*
140 *Regnante Proca* (procha *C*) *regnum Babiloniae defecit post annos ĪCCXL.* post [totidem ab Alarico vastatur. Oros. 2, 3, 3.
141 *Ioathan annis XVI.*
142 *Huius initio Remus et Romulus nati.*
143 *Prophetante Osee, Iohel, Ysayas.*
144 *Acaz annis XVI.*
145 *III huius anno Roma condita incipiente olympiade* (olimpiadede *C*) *VII et regnavit Romulus annis XXXVII Romanorum rex primus.*
146 *Ab Abraham usque ad urbem conditam anni ĪCCLXIIII.*
147 *XI anno Acaz* transactis annis regum Israhel CCCXVIII *in Samaria anni CCL.*
148 *Translatus est Israhel in Medos ap Salmanasar rege Assyriorum, vel, ut alibi legitur, a Sennacherib* rege Medorum, *et missi custodes ex Babilonia.*
149 *Ezechias annis XXVII.*
150 *XIII huius Romulus ex populo milites et senatum elegit.*
151 *XXVI senatus post Romulum per dies quinos rem publicam gubernat.*
152 *Prophetae Iosias, Osee.*
153 *XXVII Numa Pompilius ann. XLIIII secundus.*
154 *Hic primus annum XII mensibus statuit.*
155 *Huius initio Nicomedia condita.*
156 *XXIIII Calcedo condita.*
157 *Manasses anni LV.*
158 *XXXV Tullius Hostillius annis XXXIIII.*
159 *Hic primus purpura usus: fulmine cum domo sua exustus est.*
160 *Amon annis duobus.*
161 *huius initio Bizantium* (bizancium *C*) *conditum.*
162 *Et Phalensi Cilicie tyrannus.*
163 *Secundum LXX interpretes XII anni Amon scribuntur, secundum Hebraeos vero II.*
164 *Iosias annis XXXIII.*

1) Verba *[X]XIII XXV. [A]mulius Silvius annis* absunt a textu: adiecta sunt in margine litteris minutis et ex parte resectis haec fere: . . . *XIII. XXV* | . . . *iulius siluius* | . . . *lx* (sic)

165 *V huius Ancus* (anchus *C*) *Marcius ann. XXXIII.*
166 *Hic Ostiam condidit miliario a Roma XVI.*
167 *XXIX Tarquinius Priscus annis XXXVIII.*
168 *V hic Capitolium condidit.*
169 *Pontifex Celechias* (pont. cel. *post* primus *C*).
170 *Tales Melezius primus phisicus philosophus.*
171 *Epidamnus conditum quae est Dorracum.*
172 *Prophetae Holda mulier, Sophonias et Iheremias.*
173 *XXXII anno congressus Iosias cum Nechao rege Aegiptiorum occiditur.*
174 *Ioachaz mens. III.* hunc Necaos in Aegipto duxit posito pro eo Eliachim.
175 *Helyachim qui et Ioachim, annis XI. hunc Nabuchodonosor tributarium fecit.*
176 *Ioachim, qui et Iechonias, mensibus III.* hic in Babiloniae ductus cum vasis templi.
177 *Sedechias annis XI.*
178 *IIII huius Tarquillius Priscus circum aedificat, Romae ludos instituit, muros et cloacas instituit, et numerum* (numerus *C*) *senatorum auxit.*
179 Huic Nabuccodonosor oculi effossi.
180 *XI huius anno primus captivitatis Iherusalem per Nabuzardam et incensum templum anno a conditione sua CCCCXLII.*
181 Huius autem captivitatis fuerunt anni LXXIIII in Babilone·
182 *Prophetae Daniel et Ezechiel.*
183 *XV Daniel sub Baltasar scripturam interpretatur.*
Oros. 2,6,12. 184 *XXX Cyrus* (cirus *C*) *victo Astiage* vel Croeso rege Medorum *regnum transfert in Persas et laxata Hebraeorum captivitate templum restaurari concessit. sed constructo altari* (constructio altaris *C*) *tantum opus reliquum a vicinis gentibus impeditum*
185 *Anno II Darii restauratum templum.* [*usque ad Darium sic permansit.*
186 *LXI Cabisses rex Persarum II, quem Hebraei secundum Nabuchodonosor dicunt.*
187 *Sub hoc historia Iudith scribitur.* [*Zacharias et Malachias.*
188 *Pontifex Iesus filius Iosedech, et princeps Zorobabel* qui et Sarathiel: *prophetae*
189 *LXIX post Cambissem regnaverunt fratres magi tres menses VII.*
190 *Post hos Darius IIII annis XXXVI.*
191 *Cuius anno II templum restauratum.*
192 *Prophetante Aggeo et Zacharia.*
193 **Consulum Romanorum.**
194 *Ab urbe condita anno CCXLIIII creati consules: regnaverunt annis CCXL tribus.*
195 *CCLII nova dignitas fit dictator et magister equitum obsequens illi.*
196 *Xerxes filius Darii.*
197 *Artaxerxes, qui et Longimanus dictus.* [(esoras *C*).
198 *Pontifex Iudaeorum Heliasib filius Ioachim filii Iesu, filii Iosedech. sacerdos Esdras*
199 *Decemviri creati, post annum eiecti et leges de Athenis petitae a Romanis.*
200 *Neemias Hebraeus rediens cum Esdra de Babilone XII anno muros Iherusalem restituit anno regni* (sui *ins.* *C*[a]) *Artaxerxis XXIII, a quo supputatae ebdomades sunt LXX a Daniele conscriptae, quae faciunt annos CCCCLX et explentur in regno Neronis, sub quo obsessa est iterum Iherusalem a Vespasiano.*
201 *Hucusque Hebraeorum divina scriptura annales temporum continet; quae vero post gesta sunt, ex* (et *C*) *libris Machabaeorum et Iosephi et Affricani requiruntur, qui universam historiam usque ad Romana tempora persecuti sunt.*
202 *Artaxerses qui et Mennon.*
203 *Sub quo magis de Hester scribitur.*
204 *Artaxerxes qui et Echus.*
205 *Hic Iudaeorum accolas in Hircaniam et ad mare Caspium collocat.*

206 *Iterum Romae consules fiunt;* nam post primos consules dictatores fuerunt annos L: post hos X viri ann. I: post reges ann. VII: post iterum consules creati.
207 *Athenienses XXIIII litteras habent, prius XVI usi.*
208 Bellum Punicum primum.
209 *Alexander magnus Macedo natus.*
210 *Camillus* (chamellus *C*) *Gallos victores superat.*
211 *Darius Arsami filius, quo victo Alexander obtinuit Babilonem.*
212 *Pontifex Iudaeorum Iaddus.*
213 *Bellum Alexandri adversus Porum Indum.*
214 *Post Alexandrum regnavit Alexandriae Ptholomeus filius Lagi.*
215 *Qui plurimos Iudaeorum dolo captivos in Aegyptum transtulit.*
216 *Pontifex Iudaeorum Onias Iaddi filius.*
217 *Syriae et Babilonis et superiorum locorum regnat Seleucus* (selenchus *C*) *Nichanor.*
218 *Sub quo Machabeorum gesta.*
219 *Pontifex Iudaeorum Symon Iustus Oniae* (honie *C*) *filius.*
220 *Pontifex Iudaeorum Eleazarus frater Symonis.*
221 *Ptholomeus Philadelphus Iudaeos, qui in Aegypto tenebantur, liberos permittit et vasa Eleazaro pontifici votiva transmittens translationem LXX interpretum procurat.*
222 *Romani Calabriam capiunt.*
223 *Argenteus nummus* (numerus *C*) *in urbe fit.*
224 *Aratus agnoscitur.*
225 *Parthis ab imperio Macedonum discedentibus primus regnavit Asarches, unde et Asarcidae dicti.*
226 Bellum Punicum secundum.
227 *Pontifex Iudaeorum avunculus Eleazari Manasses.*
228 *Pontifex Iudaeorum Onias* (honias *C*) *Symonis Iusti filius.*
229 *Pontifex Iudaeorum Symon filius Oniae* (honie *C*), *sub quo* (qui *C*) *Iesus filius Syrac librum sapientiae composuit, quem vocant ΠΑΝΡΗΤΟΝ.*
230 *Antiochus magnus Siriae et Asiae.*
231 *Sub quo ea, quae in tertio Machabeorum libro leguntur.*
232 *Seleucus, qui et Philopater.*
233 *Sub quo ea, quae in libro Machabeorum secundo, gesta sunt.*
234 *Rhodo ex terrae motu colossus* (cholossus *C*) *ruit.*
235 *Romani Graecos liberos esse jusserunt.*
236 *Annibal ab Antiocho et Prosia rege Bithiniae per Flamminum consulem reppetitus veneno hausto interiit.*
237 Bellum Punicum tertium.
238 *Anthiocus Epiphanes rex Syriae et Asiae Iudaeos ad idololatriam cogit, vasa templi aufert, simulacrum Iovis Olimpii in templo ponit et in Garizim montem Iovis* (ionis *C*) *peregrini delubrum aedificat.*
239 *Pontifex Iudaeorum Mathatias contra Anthiocum bellans* (bellas *C*) *leges patrias vindicat.*
240 *Pontifex Mathatiae filius Iudas Machabeus, qui expulsis ducibus Antiochi templum ab idolis purgat et pontificato suscepto in amicitiam Romanis per legatos asciscitur.*
241 *Anno pontificatus sui III a ducibus Demetrii occiditur.*
242 *Pontifex post hunc Ionatha frater.*
243 *Pontifex post hunc Symon frater.*
244 *Cartago ab Scipione capitur anno conditionis suae DCCXLVIII.*
245 *Pontifex et dux Iohannes filius Symonis interfecti, sub quo Machabeorum primi libri historia continetur.*

246 *Pontifex Iudaeorum Hyrcanus:* hic primus cenodocium instituit de auro, quod eruit a sepulcro David.

247 *Pontifex Iudaeorum Aristobolus* (pontifex post hunc alexander *ins. C*), *qui primus cum pontificatu et diademate post annum captivitatis Babiloniae CCCCLXXXIIII.*

248 *Iugurtha contra Romanos bellum civile movens capitur.*

249 *Post hunc Alexander Iannaeus* (finius *C*) *regnavit crudelis in civibus.*

250 *Iudaeorum regnat Alexandra, quae et Salina dicta est, uxor Alexandri, ex quo Iudaeos variae clades oppresserunt.*

251 *Plotius Gallus primus Latinam rethoricam docuit Romae.*

252 *Silla Romam obtinet.*

253 *Salustius oritur.*

254 *Antiochia Siriae a Romanis capitur.*

255 *Virgilius nascitur Pompeio et Crasso consulibus.*

256 *Lucullus primus appellatus est imperator devicta Armenia, Mesopotamia et Nisibi.*

257 *Hic et a Bessis triumphavit.*

258 *Pontifex Hyrcanus, sub quo Iudaei Romanis facti sunt vectigales.*

259 *dimicantibus inter se Hyrcano et Aristobolo occasio data est Pompeio, per quam capta est Ierusalem. abducto Aristobolo Hyrcanum confirmat et Antipatrum Herodis Ascalonitae filium procuratorem Palestinae facit.*

260 Defecerunt reges Iudaeorum.

261 *Lusitania a Caesare capta et insulae oceani.*

262 *Caesar Renum transiens Germaniam* (germiniam *C*) *vastat.*

263 *Crassus consul cum filio apud Carias captus.*

264 *Principium belli civilis.*

265 Exacti per consules ann. CCCCLIIII a Bruto et Collatino primis consulibus usque ad Gaium Caesarem, a Romulo autem ann. DCLXVII.

266 Ab urbe condita anni DCCXXXII.

267 *Gaius Iulius Caesar primus imperium singulare ann. IIII m. VII.*

268 *Octavianus Caesar Augustus ann. LVI m. XVI [sic].*

269 *Anno primo imperii eius taberna meritoria oleum fluxit e terra tota die.*

270 *Decimo anno eius Herodes Antipatri Ascalonitae filius Iudaeae principatum suscepit ann. XXXVII.*

271 *In hujus tempore nativitas Christi.*

272 *Ab instauratione ergo templi sub Dario usque ad Hyrcanum anni CCCCLXXXIIII.*

273 *Sacerdotes per unctionem sacrati regnaverunt. Hyrcano vero a Partis capto deficiente pontificum principatu praedictus Herodes alienigena regnum a Romanis suscepit: filii quoque eius usque ad novissimam Iudaeorum captivitatem regnaverunt post eum. sacerdotium vero non per successionem generis, sed a Romanis succedentibus annumeratur.*

274 *XXXVI ann. Herodes Hircanum de captivitate Parthorum regressum et filium eius, qui sacerdotio patris successerat, et sororem eius et uxorem suam cum duobus filiis interficit et matrem uxoris socrum suam necat.*

275 *Anno Augusti XLII dominus Iesus Christus natus.*

276 Ab Abraham ergo usque ad nativitatem Christi anni IIXV.

277 *Herodes in Bethleem parvulos occidit et post annum scatens vermibus moritur.*

278 *XLVIII Archelaus ab Augusto Herodi substituitur ann. IX et IIII tetrarchae fratres ejus Herodes, Antipater, Lisias et Philippus.*

279 *LVI Iudaeae principatum tenet Herodes tetrarcha ann. XXIIII.* nam *Archelaus in Viennam urbem Galliae relegatur* (religatur *C*).

280 *Augustus anno vitae suae LXXVI in Campaniis obiit.*

281 *Thiberius ann. XXIIII.*
282 *Ovidius poeta Thomis in exilio obiit.*
283 *XIII Pilatus* (huius *C*) *procurator missus in Iudacam.*
284 *XIV Ioannes baptista iuxta Iordanem Christum adesse testatur.*
285 *XV Herodes Tiberiadem condidit et Philippus Liviadem* (libiadem *C*) *a matre Tiberii Livia* (libia *C*).
286 *XVI pradicatio et miracula Christi.*
287 *XVII discipulos imbuens ad praedicationem gentium.*
288 *XVIII passus dominus, sicut et in commentariis scribitur ethnicorum.*
289 *A restauratione templi usque ad XV Tiberii anni DXLVIII, a prima aedificatione templi ann. ĪLX.*
290 *A Moyse et egressu Israel anni ICCCCXXXIX.*
291 *Ab Abraham anni IIXLIIII.*
292 *A diluvio ĪIDCCCCLXXXVI.*
293 *Ab Adam* vero usque ad praedicationem domini anni VCCXXVIII.
294 Et usque ad passionem domini non ex canonico contigit cursu, quia et luna tunc plena erat in pascha: regularis ann. defectus solis non in lunae fine contigit.
295 *XIX ann. Tiberii* (thiberii *C*) *Pilatus imagines Caesaris in templo ponit. corbam quoque in reparando aquaeductum impendit.*
296 *XXII Pilatus de Christi dogmate Tiberio refert, Tiberius senatui* (senatu *C*), *sed non recipiente senatu Thiberius minatur accusatoribus Christianorum.*
297 *Agrippa filius* eius Ristoboli, nepos Herodis senioris (senioribus *C*) *accusator Herodis tetrarchae filii Herodis profectus Romam in vinculis conicitur.*
298 *Caius Caesar Caligula annis tribus menses X.*
299 *Hic Agrippam ex vinculis liberatum regem Iudaeae facit.*
300 Ann. VII fugiente Herode in Ispanias ibique maerore consumpto (cum sumpto *C*) cum incesta fratris uxore, pro qua Iohannes occiditur.
301 *IIII Cai Pilatus in multas calamitates incidens propria se manu occidit.*
302 *Gaius Petronio praefecto Syriae praecepit Iherosolimam statuam Iovis poni, toto vero orbe in synagogis statuae et arae Gai* (aregali *C*) *consecratae sunt.*
303 *Claudius ann. XII mens. VIII.*
304 *Primo anno Claudii Petrus apostolus Romam venit, ubi praefuit ann. XXV.*
305 *Marcus* (marchus *C*) *interpres Petri Alexandriae Christum adnuntiat.*
306 *IIII Agrippa rex Iudaeorum obiit.*
307 *Post quem filius suus Agrippa ann. XXVI.*
308 *Prophetia Agabi famem nuntians totius terrae futuram.*
309 *XI anno Felix* (fenix *C*) *procurator Iudaeae missus a Claudio.*
310 *De Britannis triumphat.*
311 *VIII Palemon grammaticus, qui describit guttam et stillam.*
312 Phoenix avis Romae allata est. Solin. 33, 14?
313 *Nero ann. XIII mens. VII.*
314 *Secundo huius Felici in Iudaeam Festus succedit. a quo Paulus apostolus Romam vinctus missus.*
315 *VIII an.* (in *C*) *Festo in magistratu Iudaeae succedit Albinus.*
316 *IX Luccanus poeta incisus venis obiit.*
317 *Iacobus iustus frater domini primus Iherosolima episcopus a Iudaeis occiditur.*
318 *X Albino in Iudaeam Florus Cestius succedit, sub quo Iudaei rebellant.*
319 *XIII persecutio Christianorum prima, in qua Petrus et Paulus* (et *ins. C*) *occubuerunt.*

320 *Secundus* (-do *C*) *post Petrum Linus episcopus annis XI.*
321 *Nero fugiens propria manu interfectus, in quo familia consumpta est Augusti.*
322 *Post Neronem Galba arrepto imperio mensibus VII. capite truncatur.*
323 *Post Galbam Otho* (ortho *C*) *arrepto imperio mens. III propria manu occubuit.*
324 *Post hunc Vetellius arrepto imperio a Vespasiani ducibus occisus in Tiberim proicitur.*
325 *Vespasianus ann. X ab exercitu in Iudaeam imperator appellatur.*
326 *II huius Titus* (thitus *C*) *Iherosolimam templumque incendit. a prima ergo aedificatione templi a Salomone usque ad novissimam ruinam ejus anni ICCII.*
327 *V Acaia, Licia, Rodos, Bizantium, Samothracia, Commagine, quae prius sub regibus amicis erant, in provincias religantur.*
328 *Titus* (thitus *C*) *ann. II mens. II.*
329 *Hic recordatus in cena nihil se illo die praestitisse dixit: amici, hodie diem perdidimus.*
Oros. 7, 9, 8 330 CCCXXX triumphos Romanorum de Iudaeis: triumphaverunt Vespasianus et Titus (thitus *C*) simul.
331 *III post Linum Anacletus annis XII.*
332 *Domitianus ann. XV mens. V iunior Titi* (tichi *C*) *frater.*
333 *Hic eunuchos fieri prohibuit.*
334 *Quintilianus Ispanus Roma* (-mam *C*) *docet.*
335 *Hic Domitianus* (-cianus *C*) *primus dominum se et deum appellare praecepit:*
336 *et uxor eius* prima *Augusta dicta.*
337 *Quartus duodecimo anno huius post Anacletum Clemens ann. VIII.*
338 *Iosephus viginti libros antiquitatum scribit.*
339 *XIV huius persecutio Christianorum et Iohannes euangelista Pathmos religatus: eos autem (aut C) qui ex genere David erant, interfici praecepit*
Oros. 7, 10, 7. 340 *Hic occisus in palatio et per vispillones* sandapila *effertur.*
341 *Nerva anno I mens. III.*
342 *Hic morbo correptus Traianum ex Italica Ispaniae adoptat.*
343 *Traianus ann. XVIII men. VI*
344 *Iohannes de exilio Ephesum redit* (reddit *C*) *et usque ad imperium* (-rio *C*) *Traiani permansit.*
345 *Quintus* (-to *C*) *post Clementem Euaristus annis IX.*
346 *X anno Traiani persecutio Christianorum et Simon* (symon *C*) *filius Cleupae Iherosolimorum episcopus crucifigitur.*
347 *Post Euaristum sextus* (-tum *C*) *Alexander ann. X.*
348 *Plinius de Christianis Traiano nuntiat.*
349 *Traianus obiens intra urbem in foro sepelitur solus omnium.*
350 *Adrianus ann. XXI ex consubrina Traiani natus de Italica* (-lia *C*) *Ispaniae.*
351 *II hujus Iudaei iterum rebellantes capti ac dispersi.*
352 *Alexandria a Romanis subversa publicis instauratur expensis.*
353 *Post Alexandrum septimus Sixtus ann. XI.*
354 *VI Atheniensibus legem petentibus Adrianus ex Draconis* (drachonis *C*) *et Solonis iura conposuit.*
355 *Post Sixtum octavus Telesphorus ann. XI.*
356 *XI Adrianus pater patriae appellatur.*
357 *Primus ex gentibus episcopus Iherosolimis Marcus* (marchus *C*).
358 *XVII Basilides heresiarches Alexandriae moratur, a quo gnostici.*
359 *Bellum Iudaicum finem fecit, et ablata est Iudaeis Iherosolima.*
360 *Titus* (thitus *C*) *Antonius cognomento Pius cum liberis Aurelio et Lucio ann. XXIII.*
361 *Post Thelesphorum nonus Ignius ann. IIII.*

362 *Huius anno III Valentinus heresiarches et Cerdo Marcionis* (marchionis *C*) *magister Romam venerunt.*

363 *Iustinus philosophus librum pro nobis Antonino.*

364 *Post Ignium decimus Pius ann. XV.*

365 *Post hunc Anicetus* (amicetus *C*) *undecimus ann. XI.*

366 *Marcus* (marchus *C*) *Antoninus, qui et Verus, et Lucius Aurelius Commodus ann. XIX. hii primi aequo* (aaequo *C*) *iure imperaverunt, cum usque hos singuli fuerint.*

367 *Post Anicetum duodecimus Soter* (sother *C*) *ann. VIII.*

368 *XI anno Lucio mortuo Antoninus solus.*

369 *XI Antonini exordium Cataphrygarum* (cartafirgarum *C*) *a Montano, Priscilla et Maximilla insanis vatibus.*

370 *XII Tatianus* (traianus *C*) *hereticus, a quo Encratitae* (encracite *C*) *et Bardesanes alter heresiarches.*

371 *Post Soter Eleuterus XIII annis XV.*

372 *Pluviae a Christianis militibus impetratae pugnantibus contra Germanos.*

373 *XVI Antoninus* (anthoninus *C*) *Commodus filium suum consortem facit.*

374 *Saeviores leges temperat.*

375 *Commodus patre in Pannonia mortuo annis XIII.*

376 *Commodus a senatu Augustus appellatur.*

377 *Colossi capite sublato suae imaginis ei caput imposuit.*

378 *Helvius* (helhuius *C*) *Pertinax mensibus sex.*

379 *Hic agens praefecturam urbis maior septuagenario iussus est imperare.*

380 *Post Eleuterum XIIII Victor ann. X.*

381 Hic Theodotum choriarium Romae de ecclesia eiecit: quem Paulus Samosatenus [illegible]
(semosatenus *C*) secutus est, sed primus Arthemon.

382 *Severus ann. XVII solus ex Africa* (affrica *C*) *Tripolitanae* (triplitane *C*) *provinciae, oppido Lepti.*

383 *IIII anno huius quaestio in Asia inter episcopos de pascha* (passcha *C*) *an* (ate[te] *C*) *XIIII mensis secundum Moysen servaretur.*

384 *V Parthos* (parios *C*) *Azafenos* (alafenos *C*) *et Arabas interiores vicit et Romanas provincias fecit.*

385 *Britanis quoque receptis per CXXII passuum vallum misit a mari ad mare.*

386 Passio Perpetuae et Felicitatis. *Chr. Ital. p. 247.*

387 *VIII huius post Victorem XV Cepherinus* ann. XVIII.

388 *Tertullianus Afer celebratur.*

389 *Origenes Alexandriae studiis eruditur.*

Victorius[1], ait Gennadius (vir. ill. 88; inde Isidorus orig. 6, 17, 1), *natione Aquitanicus, calculator scripulosus, invitatus a sancto Hilaro urbis Romae episcopo composuit paschalem cursum indagatione cautissima post quattuor priores qui composuerunt, id est Hippolytum, Eusebium, Theophilum et Prosperum, et pertendit annorum seriem usque ad annum quingentesimum tricensimum secundum, ita ut quingentesimo tricensimo tertio anno reincipiat paschalis sollemnitas eodem mense et die eademque luna, qua primo passionis ac resurrectionis dominicae anno facta est*[2]. eiusdem auctoris extat commentariolus (servat eum inter alios cod. Berolinensis Phillippsianorum n. 1833 inscriptum *liber calculi, quem Victorius conposuit*), ad quem Gennadius quoque respexit, de arte calculandi editus antea sub Bedae nomine, nuper vero a Christio (*Münchener Sitzungsberichte* a. 1863 vol. 1 p. 100—152; inde Hultsch metrol. script. 2 p. 87 cf. p. 24) et a Friedleinio (Victorii calculus, Romae 1872) suo auctori restitutus. — Postea auctores qui de re paschali scripserunt Victorii passim mentionem iniciunt, quorum testimonia hoc loco componere nolui. sufficiet afferre quod ait Beda de rat. temp. c. 51, postquam attulit ex Victorio ea quae infra in adnotatione indicavimus, acerbam in eum diatribam ita concludens: *verum ne nos amatores Victorii temere illum adgressos esse lacerent, legant librum doctissimi et sanctissimi viri Victoris videlicet Capuani episcopi de pascha quod XV kal. Mai. putabatur celebrari debere, indictione autem XIII, novies post consulatum Basilii et quanti a prudentibus et catholicis ecclesiae doctoribus aestimatus sit suus magister, invenient, cuius principium libri est* (quae sequuntur Victoris adscripta sunt infra ad eum annum, p. Chr. 550). *et in processu operis: 'sed nunc, inquam, ordo expetit, ut 'cyclorum quos Victorius edidit patefaciam evidenter errores, dum nescit legitimum diem 'definire paschalem, ut, cum in praeteritis ostensus hoc modo fuerit deliquisse, in prae-'sentibus ac futuris et auctoritate careat et occasionem pravae persuasionis amittat'*. excerpta alia ex eodem Victore Beda posuit in epistula ad Vicredum de paschae celebratione (opp. ed. Giles vol. 1 p. 158).

Motus litigiis paschalibus inter Romanos episcopos et Alexandrinos maxime propter paschata dubia annorum 444 et 455 summo studio agitatis, ut non sine causa ecclesiae unitas propter ea videretur labi, Hilarus ecclesiae Romanae archidiaconus eo tempore, paullo post mortuo Leone papa creatus (a. 461 Nov. 19) Victorium natione Aquitanum artis calculatoriae eo tempore peritissimum virum in dubiorum eorum causas

1) Hanc nominis formam tam cycli codices quam artis calculatoriae solam agnoscunt, nec differunt Gennadius et Isidorus et Beda et in universum reliqui omnes eum adlegantes. Victorinum Scaliger quod ait repperisse se et in suo libro et in Cuiaciano (vide infra p. 672), merus error est: refragantur ipsi codices duo adhuc superstites. 2) Varia lectio trium librorum, Veronensis n. 22 (*V*), Vaticani reginae n. 2077 (*R*), Vercellensis n. 183 (*W*) mecum communicata a Nicolao Mueller haec est: uictorinus *VW* — natione] homo natione *R* — cauculator *VR* — urbis romae *R*, romae *V*, romano *W* — paschale cursum *W*, pascale recursum *R* — composuerant *R* — pertendit] *W*, perpendit *V*, praetendit *R* — quingentesimo *om. R* — tricensimo] nicesimo *R* — reincipiat] *edd.*, incipiat *R*, recipiat *VW* — eundem *W* — mensem *VW* — diem *VW* — eandemque lunam *W* — anno *om. R* — factum *R*

inquirere iussit et si fieri posset controversiis perniciosis finem imponere. respondens Hilaro calculator publice edidit laterculum, cui duas epistulas illas praeposuit, inscriptum secundum libros nostros ita:

ante epistulam Hilari inscriptio nulla in libris optimis GCV, in nomine domini dei nostri Iesu Christi incipit prologus cicli *A*, incipit epistola Hilari pape ad Victorium *L*, Hilari ad Victorium epistola *S (contra S*)*, incipit epistola Hilarii ad Victorium de postulatione (pestulatione *P*) cycli *UP*. — *Ante epistulam Victorii inscriptio nulla in V,* incipit prologus ad eundem (eodem *CA*) de ratione paschae *GCA*, prologus Victorii ad Hilarum *L*, epistola Victorii ad Hilarum papam *et ante verba* paschalis igitur *sic:* Victorii praefatio paschalis festi *S (non S*)*, responsio Victorii ad Hilarium *et ante verba* paschalis igitur *sic*: finit responsio (r. *om. U*) incipit prologus Victorii ad Hilarium papam urbis Romae de ratione paschali, *mox ante verbum* discrepare *sic:* finit prologus (f. pr. *om. U*) incipit de diuersis cyclis *UP*. — *Subscriptio nulla in plerisque* (explicit *L*, finit *B*), explicit prologus sancti Victuri ad papam Hylarium (a papa hylaro *A*) de ratione paschae (paschale *A*) *GA*.

ante cyclum praescribunt incipit cyclos Victuri *G*, ciclus a passione domini per annos DXXXII *A*, incipit laterculus paschalis Dtorum XXXIIrum anorum sicut prolocus docit amen *B, non constat de S: a reliquis libris aut totus cyclus abest aut principium eius.* — *Subscribitur:* explicit cyclus Victuri per annos quingentos triginta duo qui explicitus a capite repetitur deo gratias *G*, explicit ciclos Dtorum XXXII annorum deo gracias *post cyclum, deinde interposito provinciarum Gallicarum laterculo (vide supra p. 564)* expl. ciclos cum ciuetatebus metropolis rap********** erorum *B*, periodi Victorii annorum DXXXII finis: rursus ad caput periodi redeundum *Bucherius.*

Inscriptiones has subscriptionesve librariorum videntur esse ex epistula auctoris arripientium vocabula cum prologi (p. 681, 9) tum cycli (p. 684, 7), neque auctor quicquam laterculo praescripsisse praeter epistularum directiones sollemnes.

Iussum quomodo executus sit Victorius quamquam plene explicare non est huius loci, sicut supra in paschali Cizensi fecimus, ita hic quoque adferentur quae necessaria sunt ad laterculum hunc recte adhibendum. canonem quamquam Victorius edidit hortatu diaconi ecclesiae Romanae mox ad episcopatum provecti, quod supra p. 505 exposui canonem paschalem nullum ab huius saeculi episcopis pro lege observatum esse, id ad Victorianum quoque pervenit, docueruntque qui in hanc rem inquisiverunt antiquiorem LXXXIV annorum etiam post Victorianum editum maxime in Italia et Britannia per saecula in usu mansisse, in Gallia sola, unde originem duxit, Victorianum potissimum adhibitum esse [1]: ibi concilium Aurelianense quartum a. 541 decrevit, *ut sanctum pascha secundum laterculum Victorii ab omnibus sacerdotibus uno tempore celebretur* (concil. Gall. ed. Maur. p. 1009). proposuit autem calculator Aquitanus non imperfectum libellum, qualis est Cizensis ab ipsis paschatibus determinandis abstinens, sed vere, ut ait Gennadius, cursum paschalem per DXXXII annos digestum et ita ordinatum, ut secundum mentem auctoris post finem, qui incidit in a. p. Chr. 559, anno sequenti rursus a capite incipiat. ad singulos annos adscribuntur numerus anni cyclici, consules cycli primi, kalendarum Ian. et hebdomadis dies et mensis lunaris, paschalis dies et ad annum solarem et ad mensem lunarem determinatus.

Leges in universum Victorius secutus est has.

1) Quamdiu per diversas regiones Victorianus cyclus in usu manserit, quaesivit copiose et perite Kruschius in commentario *die Einführung des griechischen Paschalritus im Abendlande* (*neues Archiv* vol. 9 a. 1884 p. 99–169).

1. Orditur cyclum pariter atque auctor paschalis Cizensis a capite non tam astronomico[1]) quam historico, scilicet a resurrectione Christi, quam adscribit diei Mart. 28 a. 28 secundum computationem suam, secundum consules adscriptos a. 29, ut eo quoque nomine cum paschali illo canon Victorianus concordet. sed quod ita incipit, fecit non tam secutus Cizensem commentarium, sed secutus Prosperum, a quo non solum consules eum mutuatum esse, sed etiam annos passionis mox videbimus.

2. Cizensis libri auctorem cum viderimus epactam Latinorum ita reiecisse, ut Alexandrinae similem substitueret, retinuisse cyclum perversum annorum LXXXIV, Victorius non solum epactam Alexandrinam aliquatenus, imperfecte tamen secutus est, sed item pro cyclo LXXXIV annorum adoptavit ἐννεακαιδεκετηρίδα Alexandrinam; ad eam enim redit cyclus Victorianus et ipse Alexandrinis non ignotus annorum $19 \times 28 = 532$, nec semel in epistula (p. 679, 10. 682, 12) auctor artis calculatoriae gnarus probat rationem Alexandrinam.

3. Praeterea leges ecclesiae Romanae in paschate definiendo retinuit, maxime fines mensis paschalis, ut ipse ait p. 679, 13 seq., secundum quos Latinorum pascha concluditur inter dies XV k. Apr. = Mart. 18 et XVII k. Mai. = Apr. 15, cum Alexandrinorum fines sint dies XII k. Apr. = Mart. 21 et XIV k. Mai. = Apr. 18. ubi aut propter epactam parum congruentem aut propter mensem paschalem diverse definitum computationes occidentales et orientales differunt, Victorius, ut item ait in praefatione p. 684, 7, utrumque diem adnotavit, electionem pontifici similiter reservans, ut factum est in Cizensi.

Ad quaestiones paschales quosnam commentarios adhibuerit, quaeritur. Latinorum cum nullum nominatum citet, fieri potest, ut usurparit Cizensem. quamquam quae habet cum eo communia, ita comparata sunt, ut aliunde quoque ea sumere potuerit vel ipse comminisci[2]). — Graecorum Theophili et in praefatione p. 680, 1. 21 mentionem fecit et in laterculo adnotavit ad a. cycli 353, p. Chr. 380: *hinc Theophilus episcopus paschali suo sumpsit exordium* et ad a. cycli 453, p. Chr. 480: *huc usque Theophilus:* scilicet postquam epistulas eius de re paschali Hieronymus Latine vertit, propter Alexandrinorum rationes paschales Occidentis scriptores, ut in Italia Leo papa quique de re paschali ad Leonem scripserunt et in Hispania Hydatius sive Hydatii adnotator, Theophilum potissimum adibant. — Denique adscriptum est ad a. cycli 326, p. Chr. 353: *initium paschalis Graecorum post annos XCV seu Macedonum.* iis verbis, sive pro *post* scribendum est *per*, sive omisit librarius vocabulum *finientis*, cum sine dubio significetur coepisse eo anno paschale Graecum quoddam[3]) a Theophiliano diversum, is cardo reliquis Graecorum paschalibus parum aptus recte convenit antiquissimo Anatoliano, cuius decennovennia cum decurrant ab a. 277[4]), decennovennium quintum complectitur a. 353—371. ad cyclum quoque XCV annorum ita ea facile rediguntur quintuplicata. etiam Macedonum mentio inde explicatur, quod relatio de eo apud Eusebium hist. eccl. 7, 32 in versione Rufini

1) Eatenus tamen Victorius etiam calculorum rationem habuit, quod cum mundum coeptum esse creari crederetur d. Mart. 25, luna igitur creata d. Mart. 28 scilicet plena, cycli anno primo p. Chr. 28 pascha incidit in eum diem prae ceteris aptum ad cyclum paschalem inchoandum. 2) Quod credit Kruschius prima ex Cizensi commentario quae supersunt verba: . . . *ut dixi, quia et in regulis festi et in cursu lunae pars utraque consonat* Victorium ante oculos habuisse scribentem p. 680, 15: *quod inde, sicut supra iam diximus, evenire certissimum est, quia tam in regulis temporum quam in disputatione lunari pars alterna non congruit*, mihi non probavit. similia a nullo huiuscemodi commentario abesse potuerunt, neque tam infans est Victorius, ut necesse habuerit talia compilare. 3) Kruschius *Neues Archiv* 9, 275 hanc adnotationem trahens ad paschale Cizense, cuius cyclus finit in a. 448, non explicuit, quomodo eiusmodi adnotatio ad a. 353 adscribi potuerit. praeterea paschalis computatio ea in Occidente proposita et ad papam Leonem directa, denique ad cyclum LXXXIV annorum ordinata nullo modo paschale Graecorum appellari potuit propter eam solam causam, quod in epactis ad Graecos propius accedit quam ad Latinos. 4) Ideler Chron. 2, 226. meminit Anatolii libri super pascha etiam Hieronymus vir. ill. 73.

Latina 7, 28 ita incipit: *est in primo anno initium primi mensis, quod est decem et novem annorum circuli principium, secundum Aegyptios quidem mensis Phamenoth XXVI die, secundum Macedones Dystri mensis XXII, secundum Romanos vero XI k. Apr.*

Consularia Victorius, ut ait ipse et confirmat liber, sumpsit ex chronicis Prosperi biennio antea denuo editis, Aquitanus ab Aquitano. sunt autem ipsa pessima et iis quae adhibuit auctor tabulae Cizensis longe deteriora. consules Orientis, quos Prosper non posuit, ubi adsunt apud Victorium, suppleverunt eos fere librarii posteriores: certe a. p. Chr. 410. 442. 453 optimus liber Victorianus eos non magis habet quam optimi Prosperi. quamquam quosdam eorum, Aristaenetum a. 404 et Constantem a. 414, fortasse ipse Victorius ad Prosperum addidit, ut sine dubio in annis 309. 310 formulas breviatas *p. c. X et VII* et *item p. c. X et VII* explicuit insertis nominibus Diocletiani et Maximiani.

Annos passionis auctor pariter atque consules sumpsit a Prospero, numeraturque annus Prosperi extremus p. Chr. 455 tam apud Prosperum quam in cyclo Victoriano CCCCXXVIII. errorem a Prospero commissum, de quo supra p. 351 exposuimus, ut interpositi inter annos passionis 317 et 318 consules in numeratione praeterirentur et ita apud Prosperum ab a. 29 ad 455 recenserentur consulum paria CCCCXXIX, numerarentur uno minus CCCCXXVIII, Victorius ita celavit, ut numeret annos CCCCXXIX, sed cum Prosper incipiat ab a. 29, compilator principium retraxerit ad annum praecedentem, cui nihilo minus duorum Geminorum a. 29 consulatum adsignavit. — Anni cycli Victoriani ita in universum quidem respondent consularibus a. 28—457, sed ad singulos ubi addes 27, ab a. demum cycli 318, p. Chr. 345, ad veros numeros pervenies: nam qui praecedunt anni fallunt omnes propter fastorum mendas innumeras. propterea nos cycli Victoriani annis annos, qui in cyclo primo respondent a Christo nato, adscripsimus comprehensos intra uncos quadratos.

Cyclum annorum DXXXII cum Victorius ita ediderit, ut extremorum annorum cycli 431—532, p. Chr. 458—559 spatia consularia vacarent, in codicibus quos habemus ii reperiuntur plus minus a librariis expleti. nos supplementa haec edidimus cum laterculo Victoriano inclusa intra uncos quadratos et adiectis ad singulos annos codicum notis. consularia perveniunt in Leidensi ad a. cycli 495, p. Chr. 522, in Gothano ad a. cycli 516, p. Chr. 543, in Sirmondiano et in Parisino n. 4859 ad a. cycli extremum 532, p. Chr. 559.

Victorium quod edere potui exactum ad libros scriptos, debeo Kruschio. nam cum codices perquirerem chronicorum causa, putabam omitti posse cyclum Victorianum curamque eius cum reliquis paschalibus commentariis habiturum esse Kruschium, itaque in apparatu colligendo adiuvi amicum, ipse ab eo labore abstinens. iam vero cum intellexissem Prosperi et Cassiodori chronica recte edi non posse Victorio omisso, consilium autem illud Kruschium aut deposuisse aut certe distulisse, cum adii, ut concederet mihi quae parata haberet ad Victorium, obtinuique maiorem partem apparatus eius, quo haec editio nititur. libros scriptos, quos adhibui, iam enarrabo, deinde quaenam intercedat inter eos cognatio disputabo. integri operis, id est epistularum cum laterculo pleno, codices non innotuerunt nisi tres Gothanus (*G*) omnium antiquissimus et integerrimus a Kruschio in lucem protractus, Leidensis (*L*), Sirmondianus (*S*) deperditus cum adsecla Parisino (*S**) et adsecla Beda quoque, ut adnotata infra declarant. epistulas cum parte laterculi habent Ambrosianus (*A*), Bernensis (*BZ*), Vaticanus reginae n. 586 (*U*), Parisinus 4860 (*P*), epistulas solas Vaticanus reginae n. 39 (*V*) et Coloniensis (*C*). consules solos ex Victorio excerptos habet Parisinus n. 4859 (*Q*). Vaticanus reginae n. 2077 (*N*) cum non habeat nisi excerpta ex laterculo inserta commentariis editis infra in additamento tertio, nihilominus hic quoque adhibitus est propter vetustatem et bonitatem.

G Gothanus n. 75 fortasse is ipse codex est quem Scaliger vidit apud Cuiacium sic scribens de emend. temp. (1629) p. 160: 'Victorinus periodum continuavit circiter usque

'ad tempora sua appositis a latere paribus consulum. ut vidimus in pervetusta magni 'illius Cuiacii membrana maiusculis literis, quas capitales vocant, perscripta, sed foedissimi 'errores erant ... neque melior est codex quem penes nos habemus [intellegitur noster *L*]: 'in utroque codice Victorini, non Victorii praeferebatur'. quid codex ex diversis fragmentis conglutinatus contineat, enarravit post Iacobsium et Ukertium (*Beiträge zur älteren Litteratur oder Merkwürdigkeiten der herzogl. öffentlichen Bibliothek in Gotha* vol. 2 a. 1836 p. 134 seq.) nuper perite Kruschius (*neues Archiv* 9 a. 1884 p. 269 seq.). pars ea, quae Victorium continet f. 70—106, scripta est saec. VII uncialibus litteris in Burgundia, descripta opinor ad exemplar exaratum regnante in Italia Theoderico, quoniam consul is quamquam orientalis ad a. 457 occidentali praeponitur. ad a. cycli 224 sive p. Chr. 783 (scilicet cycli Victoriani secundi) adscriptum est manu saec. VIII: *[an]no XXI Krlus* (reliqua recisa). — In orthographicis cum hic liber solus fere formas antiquiores ostendat (ita habet genetivum *Eusebi, aput* constanter, *epistula, inmolatus, nungenti, sollertia,* hoc cum *V*), in iis ab eo non discessi praeterquam in soloecismis. ii non desunt: *b v: fabor, octabu* — *c t: domiciano* (unico loco, lat. a. 51) — *d t: adque* constanter, *dereliquid* — *e ae: dissone, greco, haebreis, palestine,* item *absolutae, caelebrare, caenans, conprachendere* constanter, *haebreis, paenitus, saepultus* — *e i: antestis, distinata, contegerit* — *e oe: obedientia* — *h: antemi* semel, *ebdomas, incoatio, peribet, hii, his* — *m: octabu* — *n: costant-* — *o u: consolatu,* item *Victurius* (in titulo libri, non in laterculo consulari) — *p: praesumtum,* item *sollempnitas* — *x s: extinctis* — *y: Hieronimo, misterii, Olibrio* — geminatio: *dilluvium mallis* (a *malle*), *inbeccillitatem, repperiuntur.* sed mendae eae omnes fere rarae sunt et dominatur ubivis orthographia incorrupta. — Contuli ipse.

Leidensis Scaligeranus n. 28 scriptus a. 816 in monasterio Flavigny dioecesis *L* Augustodunensis (egit de eo diligenter Iaffé quondam noster in Cassiodori chronicorum editione mea p. 677 seq.; cf. Kruschius *Studien* p. 209) epistulam Hilari et prologum Victorii habet f. 26 seq., item f. 3—15 ad Bedae laterculum adiungit Victorianum ita, ut Victorii cycli primi anni 1—10 aequiperentur errore Bedanis a. 19—28, deinde eiusdem cycli anni 11—532 et secundi 1—396 recte componantur cum Bedanis. inde ab a. 38 sub praescriptione *ciclum Victori* nono decimo quoque anno redeunte exhibet laterculus per singulos annos numerum cycli Victoriani, Ian. 1 et feriam et lunam, diem paschatis (ad a. Chr. 455, deinceps raro), lunam paschatis (ad a. Chr. 503, deinceps raro), consules continuatos ad a. Chr. 522 (hos edidi ex hoc libro l. c. p. 661 seq. 690 seq.). ad tabulas illas Bedanas Victorianas quae adscriptae sunt rerum adnotationes, eae sub titulo annalium Flaviniacensium et Lausonensium editae sunt MG. SS. 3, 149 a Pertzio et accuratius a Iaffeo l. c. p. 684 seq. (cf. Waitz *neues Archiv* 5, 475 seq.). — Contuli ipse.

Sirmondus codicem quendam paschalia varia continentem (ea composuit Kruschius *S* *Studien* p. 210 seq.) obtulit tam Alexandro Petavio, qui ex eo edidit in doctrinae temporum vol. secundo (primum 1627, denuo Antverpiae 1703 p. 504, cf. prolegom. in fine et l. II c. 64) Hilari epistulam et Victorii responsum, quam Aegidio Bucherio, qui edito a. 1634 'de doctrina temporum commentario in Victorium Aquitanum aliosque antiquos 'canonum paschalium scriptores' ex hoc libro laterculum Victorianum primus publici iuris fecit. codex quo postea pervenerit, ignoratur; fieri potest, id quod coniecit Kruschius *Studien* p. 246, ut sit Bernensis n. 610 saec. IX eo tempore integer, cum hodie complura folia desiderentur: nam quae supersunt cum editis ex Sirmondiano bene conveniunt. nos epistulas dedimus secundum Petavium, qui et hoc uno codice usus est et fidelius eum expressit quam Bucherius, quem in laterculo sequi debui.

Parisinus n. 16361 (antea Sorbonne n. 283) saec. XII, de quo egit Krusch *neues* s *Archiv* 10, 84, habet p. 242 seq. Hilari et Victorii epistulas forma simillima libri Sir-

mondiani. sed inscriptionis epistulae Hilarianae vetusta lectio, quae licet interpolata in Sirmondiano libro adfuit, in hoc non reperitur, nec adest laterculus. contulit librum Kruschius, sed non multa inde recepi.

A Ambrosianus *H* 150 inf. scr. c. a. 810, antea Bobiensis (praescribitur: *iste liber est monachorum congregationis sancte Iustine de observantia ordinis sancti Benedicti residentium in monasterio sancti Columbani de Bobio*) descriptus a Reifferscheidio bibl. patr. Lat. Ital. 2, 91 et a Kruschio *Studien* p. 206 habet f. 125—132 epistulam Hilari, prologum Victorii, laterculum ipsius per a. I—CXX (qui sunt ipsi Victoriani). CXXI—CXXXI (qui sunt Victoriani CXLIV—CLIV). bissexta post a. LXXIII non adnotantur. laterculum sequitur f. 129′ computatio haec (Krusch *neues Archiv* 9, 132) repetita ex archetypo deducta ad annum Chlotacharii tertii XVI, p. Chr. 673:

a mundi principio usque ad diluvio sunt anni IICCXLII.

item ab initio mundi usque ad passione domini nostri Iesu Christi sunt anni VCCXXVIII.

similiter ab initio mundi usque eo tempore, quando ciclo isto Victurius condedit, sunt anni V̄DCXLVIII [*immo* VDCLVIII].

in summa enim ab initio mundi usque in presente anno, id est sexto et decimo anno regnante Clothario, filio Chlodoveo, sunt anni VDCCCLXXIIII.

restant de sexto miliario anni CXXVI.

Codicem contulit Kruschius, laterculum ego. consulum seriem ex eo edidit Reifferscheidius l. c.

B Bernensis n. 645 saec. VIII praeter alia, quae recenset Hagen cat. cod. Bern. p. 492, Victorii libellum exhibet, sed mutilum. scilicet foliis aliis deperditis, aliis a glutinatore transpositis incipit f. 57 a prologi verbis p. 682, 17 *maxime huic inquisitioni:* sequitur f. 59—64. 41—48 (ita enim textus ordinandus est) laterculus omissis excepto
Z anno primo consulibus, praeterea integer. in eodem libro f. 65—67 redeunt eiusdem laterculi anni Victoriani 73—182 omissis item consulibus et per annos 73—87 etiam numeris ordinis Victorianis, praescriptione et subscriptione nulla, sequuntur in pagina eadem alia diversa. omisi ad hunc laterculum quae adnotantur:

og. ad a. cycli 87. 106. 124. 143.

iml ad a. cycli 92. 130.

end̄ ad a. cycli 95. 114. 152.

Contuli ipse.

U Vaticanus reginae n. 586 saec. X habet epistulas duas et ex laterculo annos 141—212 Victorianos praetermissis consulibus, adiecto inter epactam et pascha per singulos annos initio quadragesimae. adnotantur item anni *emb.* et *com.*, item ad a. cycli 151: *finit ocdoatus (ocdoadis P), incipit indegatus (indecadis P)* et ad a. 162: *finit endegatus (endecadis P), incipit ocdoatus (ocdoadis P)* similiterque deinceps. laterculum edidit Mansius in annalium Baronii apparatu (Lucae a. 1740 p. 234—236, cf. p. 221).

P Parisinus n. 4860 saec. X (vide supra p. 363) eadem habet atque modo memoratus Vaticanus.

V Vaticanus reginae n. 39 saec. X praeter alia, quae recenset Reifferscheid bibl. patr. Lat. Ital. 1 p. 364, habet f. 97—102 epistulas duas Hilari et Victorii. collatum habui a Kruschio, qui dixit de eo *neues Archiv* 4, 169 seq.

C Coloniensis n. 83[II] scriptus per a. 798/805, accurate descriptus apud Kruschium *Stud.* p. 195 seq., habet f. 197′—201 epistulam Hilari et prologum Victorii. relegi ego collatum a Kruschio.

Q Parisinus n. 4859 saec. X post chronica Hieronymi f. 194 fastos consulares exhibet sub praescriptione *cons. ordenari post opus sancti Hieronimi constitum* (sic), eos quos ex hoc ipso libro tum Francisci Pithoei edidit Pontacus post chronica Hieronymiana

p. 801. incipientes ita ab a. 379 perveniunt ad a. 559, qui est extremus cycli Victoriani. ex exemplari laterculi eius exscriptos esse demonstravit G. Kaufmann philologi vol. 34 (1876) p. 384: nam non solum, ut diximus, finiunt eodem anno, sed etiam consules male omissos compensant bis a. 439 inter a. 448 et 449 (v. adn. ad a. 450) et a. 519 inter a. 522 et 523, quae hiatuum casu effectorum emendatio laterculis huiusmodi propria est et necessitate quadam cum iis coniuncta. denique consulum nomina, quatenus pervenit Victorius, plane conveniunt.

Cassiodori chronicis finientibus in a. 519 qui adhaeret in duobus eius quos habe- X mus libris Parisino n. 4860 et Monacensi n. 14613 laterculus consulum a. 520—559 cum finiat ibi ubi finit cyclus Victorianus, probabile est item adiectum esse ex codice aliquo cycli Victoriani similiter expleto. posui eum exiguum ipsum et vix seorsum publicandum in apparatu nostro Victoriano.

Vaticanus reginae n. 2077 saec. VI exeuntis, de quo supra p. 371 rettulimus, in N fine f. 96′—98 consularia proponit scripta in Campania ab a. p. Chr. 464 ad a. 599 plene edita infra in additamento tertio. hoc loco inde in apparatum rettulimus excerpta ex laterculo Victoriano, scilicet annos cyclicos 450. 460 (quem recte posuit, quamquam annum 454, p. Chr. 480 omisit) 470. 477—558 (non destitit igitur ubi cyclus finit a. 532 ab iis numerandis); item paschata cum lunis suis ab a. 437 sive p. Chr. 464 (omisso ut diximus uno a. 454) ad a. 533 sive p. Chr. 560, qui primus est cycli secundi; denique epactam cum luna ad unum annum cycli 439 (= p. Chr. 466). secunda manus N² quae adscripsit lunas k. Ian. ad a. p. Chr. 590—599, cycli 31—41, et paschata additis aliquoties lunis ad a. p. Chr. 587—613, cycli 28—54, cum item videantur sumpta esse ex tabula Victoriana, ea quoque in hunc apparatum recepimus.

Interpolationes in Victorii tractatum maturius et frequentius solito grassatae sunt. ita p. 682, 2 pro numero *VII et LXX*, quem Victorius non potest non scripsisse, boni libri omnes habent *VIIII et LXX* propter ea quae sequuntur male inlatum. gravius est, quod in duabus inscriptionibus epistularum Hilarus in libris praeterea optimis *episcopus* vel *papa* appellatur, *archidiaconus* recte in uno libro *V*, *episcopus archidiaconus* in Sirmondiano deperdito. propter eam interpolationem (nam Hilarus biennio post scriptam epistulam episcopus factus est) Iaffeus (in ed. mea chronicorum Cassiodori p. 679) me adsentiente (in editione priore paschalis Cizensis p. 564) duas epistulas in suspicionem vocavit, id quod recte redarguit Kruschius (*neues Archiv* 4, 169) prolata lectione libri Vaticani *V*. at multis locis idem codex gravissimis vitiis reperitur inquinatus iisque, quae etiam in aliis redeant: cave igitur credas eum communem interpolationem effugisse. codex, unde consules excerptos habemus in codice *Q*, si superesset, fortasse omnibus praestaret: ita ad a. cycli 383 quod reliqui habent optimi quique *Varane v. c. cos. et Tertullo* cum interpolationem consulis alterius, quem non habet Victorii auctor Prosper, eo solo prodat, quod *v. c. cos.* consulem alterum praecedit, non est nisi *Varane v. c.* in libro *Q*. idem fere evenit a. cycli 415 et 426, ubi illic Eudoxium, hic Vincomalum omittit *Q* cum Prosperi libris bonis, ponunt Victoriani libri reliqui et Prosperi deteriores. apparet nos nullum habere codicem ab interpolatione immunem, sed invicem eos sese corrigere interpolatos diverse. interpolatas illas epistularum inscriptiones legerunt iam Gennadius saeculo sexto exeunte et septimo Beda habetque eas codex Gothanus saeculi VII. librorum condicionem optime illustrant loci duo alter p. 681, 14 *itidem V* recte, *id idem G* fere recte, *et item C* interpolans, *item ALSUP* interpolationem augentes, alter p. 681, 20, ubi veram lectionem *testes citare* habet unus *G*, eandem corruptam in *teteiscitare A*, interpolatam, ut fieret *est sciscitare*, *L*, ut fieret *sciscitare CV*, coniuncta utraque per dittographiam *testes sciscitari* libri *SUP*. omnino primatum inter libros obtinet *G*, quippe qui et postconsulatus (v. a. cycli 132. 281. 282 et maxime a. 324, ubi pro *p. c. Sergii et Nigriniani* recte servato in *G* substituunt temere omnino

Constantio V et Galliano LS) solus recte exhibeat et veras lectiones habeat contra *LS* in errore consentientes (ita a. cycli 286 *aniano* recte *G*, *antonino LS*), geminationes quoque quasdam et adnotationes de paschalibus Graecis solus integras servarit, accedentibus tamen quatenus perveniunt codicibus *A* et *N*. nihilominus alibi habet interpolationes sibi proprias, ut p. 681, 19 ex *coaetaneo relatu* effecit *coaetanorumque relatu*. proxime ad codicem *G* accedit *A*; *C* quoque raro stat contra hos cum deterioribus, ut factum est in his:

p. 678, 24 ueritate(m) *GAV*, uarietate *CLSUP*

p. 681, 17 esse coeperunt *GAV*, apud barbaros esse coeperunt *CLSUP*

p. 683, 20 interim *GAV*, interim explicavi *BCLSUP addito vocabulo propterea quod verbum finitum* patefacere postposui *sequitur post longum intervallum.*

His deteriores sunt *LSUP* saepe consentientes in interpolationibus. exempla sunto haec antea adlegatis addenda:

p. 678, 13 ad me] *GAC*, eadem *V*, ad me eandem *LSUP*

p. 678, 24 alternatione] altercatione *LUP*

p. 680, 2 epistulis] epistulis a rege *UP*

in quo] in quo adnuntians *SUP*

p. 680, 12 sextam decimam] XV *LS*

XVII vel etiam XVIII] XVI uel etiam XVII *LS*

p. 681, 18 est orsus] *GL*, est ortus *AC*, exorsus *SUP*, exhorsus est *V*

p. 683, 11 duce sit traditione] *scripsi*, duce si traditione *G*, duce sit ratione *C*, sit duce ratio *A*, docet se traditione *S*, docet tradicione *L*, azimis intra rationem *V*, azocer intra ratione *B*, docet se traditione intra rationem *UP*

p. 684, 2 superius iam promisi] *BV*, superius iam promisse *GAC*, superius comprehendi iam praemisso *LS*, comprehendi superius iam promisi *UP*.

Insunt in his etiam dittographiae, ut supra adlegatae in ipsa epistulae Hilarianae praescriptione et p. 681, 20, item hic p. 683, 11. 684, 2. libri *UP* ex contaminatione oriundi modo ad librum *V* sese applicant (p. 677, 12 cet.), modo ad reliquos.

Laterculum quamquam haec editio adhibitis praesertim libris duobus *GN* emendatiorem et pleniorem longe repraesentat quam Bucheriana, nihilominus nequaquam talem habemus, qualem auctor emisit. in nominibus consulum reperiuntur errores non multi, sed tamen aliquot, ut a. 31 *Corpiliano* pro *Turpiliano*, a. 64 *Flavio* pro *Fulvio*, a. 181 *duobus Apris* pro *duobus Aspris*, a. 232 *Marcelliano* pro *Aemiliano*, nostris libris omnibus communes, sed non auctoris, cum in vera lectione consentiant Prosper, quem Victorius exscripsit, et Cassiodorus, qui Victorium expilavit. item exemplar nullum superest subsistens in anno eo, in quo auctor finivit, sed adsunt in omnibus supplementa ad sextum usque saeculum porrecta. geminationum quoque deficere partem non exiguam inde maxime intellegitur, quod non raro exemplaria dies paschales diversos ita ponunt, ut geminos habeat nullum. sed ea damna cyclis decennovennalibus duodetriginta inter se collatis facile resarciuntur. ego cum a paschalium Charybdi quantum potui mihi caverem, laterculum neque supplere temptavi neque emendare, sed curam egi, ut tradita cum fide repraesentarem.

Editus est Victorii cursus paschalis integer adhuc semel tantum cura Aegidii Bucheri Aquitani e societate Iesu volumine inscripto sic: 'de doctrina temporum commentarius 'in Victorium Aquitanum nunc primum post MCLXXVII annos in lucem editum aliosque 'antiquos canonum paschalium scriptores chronologiae ecclesiasticae illustrandae ac sta'biliendae utilissimos' (Antverpiae 1634 fol.) ad codicem de quo supra p. 673 diximus Sirmondianum.

VICTORII AQVITANI

CVRSVS PASCHALIS ANNORVM DXXXII.

Dilectissimo et honorabili fratri Victorio Hilarus archidiaconus.

Cum pleraque de ratione paschali tam de Graeco translata quam a Latinis condita recenserem, discrepare inter se utrorumque sententias atque sibi invicem resultare perspexi, ut neutra pars, dum impugnatur ab altera, putetur evidenter adstruere huius observantiae disciplinam. quo fit, ut, cum institutio Latina vel Graeca eruditioni domesticae magis favere contendit, praecipuo muneri peragendo inter eorum dissensiones tempus saepe non congruat. quapropter, dilectissime frater, tantarum rerum ambiguitate permotus tuae dilectionis studio fidenter iniungo, ut per otium diligenter inquiras, vel unde supra dicta diversitas oriatur vel qua potissimum ratione veritas indagetur, ut deinceps dissonae opinionis errore submoto idem semper tenere possit universitas, quatenus cuncti in commune fideles a dubiis omnibus expediti in summa celebritate mysterii inoffenso devotionis tramite dirigamur.

Ora pro nobis, dilectissime frater.

Domino vere sancto et in Christo venerabili fratri Hilaro archidiacono Victorius. 1

Utinam praeceptis tuis, archidiacone venerabilis Hilare, tam effectu valeam parere quam voto. est enim et opus hoc arduum et meae intellegentiae facultas exigua. ego tamen quod ad me adtinet etiamsi delegatae materiae superer quantitate, satis habebo

GAVCLSUP

praescripta vide supra p. 670. 1 et *om. S* fratri] sancto fratri *GCLSUP* uicturio *GAV* hilarius *CU* archidiaconus] *V* (*et S secundum Bucherium emendantem omnino tradita*), episcopus archidiaconus urbis romae *S* (*teste Petario*), episcopus urbis romae *reliqui cum Gennadio* (*vide supra p. 669*) *et Beda de temp. rat. c. 43:* haec (controversia) et Hilarium papam post tot Nicaeni concilii tempora novum cyclum petere et Victorium paschalem novum condere persuasit 2 pleraque] *CS*, pleramque *AV*[b], plerique *GV*[a]*LUP* grego *L* translatam *C* a] de *VP* conditas *C*[a] 3 recensere *S**, recensire *A*, censerem *C*[a] utrarumque *L*, utrumque *G*, utrorum *A* resulta *L* prospexi *LS** 4 ut] ita ut *L*, *om. C* neutra] ne utraque *SV* abstruere *A* 5 disciplinę *L* quod *G* fit] fide *C* ut *om. V* instituta *V* latine *C* erudic *vel* tioni] *VUP et sic coniecit Petarius*, eruditione *GACLS* 6 favore *G* munere *GLUP*, numeri *S* peragendum *L*, peragenda *S* inter] in *C* eorum errorum *S* dissentiones *CV* 7 congruit *VP* dilectissimi *C* 8 studium *C* ingungo *AC* 9 dicta *bis L* qua] quo *L*, quia *P* rationem *VCL* indagitur *AC*, indigetur *V* 10 opiniones *C* submoto] *GACUP*, submotu *L*, sublato *VS* item *C* 11 fidelis *GVCL* a dubiis omnibus] atimos dies omnes *V* summi *V* celebritatem *C* 12 directionis *A* tramitate *V* dirigatur *V*, dirigantur *SUP* 13 ora . . . frater *VUP*, *om. reliqui* 14 *praescripta v. p. 670* in chr. uenerabile *CL*, uen. in chr. *S* fratri hilaro archidiacono *V*, papae hilaro (papae hilarum *C*, hilario pape *UP*) urbis romae (u. r. *om. A*, u. r. episcopo *LUP*) *GACLSUP* uicturius *GL* 15 archeds uen. *V*, sancte papa (pape *CLP*) *GACLSUP* hilari *P* effectum *CA*, affectu *S* (*non S**) *UP* 16 et *om. UP* h. op. ard. *S*, op. ard. hoc *UP* intelligentia *P* 17 tamen] autem *S* ad *om. V* adtinet] pertenit *L* etiamsi] *ACS*, etiam *VLUP*, si *GS** deligatae *VG*[2], diligat(a)e *G*[1]*ALUP*, dilicate *C*, delicatae *S*, dilitatae *S**[1], dilatatae *S**[2] super *VLSUP* quantate *V* habebo] *GC*, (h)abeo *reliqui*

iussioni tuae possibilitatem meam, non oboedientiam defuisse. quae tametsi ministerium minime expleret iniunctum, certe debitum persolveret obsequium, teque deprecor, ut, si quippiam secus ac voluisti provenerit, inbecillitatem meam atque onus inpositum aequo iure perpendens inperfecti laborem negotii officio malis aestimare quam merito. maximum enim indicium erga te meae reverentiae est imperiis tuis amplius me inpendere voluisse quam possim. quod si dignum aliquid tua lectione confecero, id erit profecto cum divini muneris tum etiam benivolentiae tuae, cuius favor oblectans inertes quoque excitat ad profectum, nec dubitabitur huius fide perficiendum, cuius est adhortatione susceptum, cum mihi quoque fiducia sit peragi posse quod praecipis, quia id tam confidenter iniungis. quis namque non intellegat tuis orationibus iam praesumptum, quod etiam per me credis inplendum? neque enim temere delegasses, ubi non tam meam
2 industriam quam tuum iudicium videres exposci. Paschalis igitur festi cursum tuis potius orationibus quam meo fretus ingenio quantum res sinit explorare contendens datae ad me formam secutus epistulae, prius quae inter huiusmodi scriptores sit causa discordiae paucis expediam ac deinde quid magis videatur congruere veritati, quam valuero domino donante diligenter absolvam.

3 Discrepare inter se disputatores praecipuae festivitatis primum omnium necessitas illa conpellit, qua paschales cycli, sive qui post octoginta et quattuor seu qui post quinque et nonaginta annos vel etiam qui centum et duodecim annorum spatiis propagati eodem quo praeterierant ordine in principium sui atque originem redire creduntur, in aliquibus quidem dierum sunt parilitate concordes, sed in lunae varietate dissentiunt, ac rursum, cum in lunari supputatione reperiuntur stabiles, dierum mutabilitate confligunt. neque solum alio alius est propria definitione dissimilis, verum singuli quique eorum in semet ipsis alternatione praedicta, lunari scilicet ac dierum, nunc veritate subsistunt, nunc adsertione deficiunt. huc accedit, quod lunaris ipsa demensio ita

GAVCLSUP

1 iussione *AL*, iussionis *S** tua *L* possibilitatis meae *VS*, possibilitatem meae *UP* oboedientiam] *V*, obedientiam *plerique*, obediencia *L* tametsi] tamen si *VP*, etsi *C*, tamen etsi *SL* misterium *A* 2 minime] memine *A*, non *V* inpleret *V* iniunctum] i. esse *UP* persolueret] *G*, persoluet *VUP*, exsolveret *S*, exsolvit *ACL*, exsolvet *S** uti *ACL* 3 secus ac] secus quam *VS*, secus que *L*, secumquae *S**, sequae *UP* 4 labore *VLS* mallis *V*, malles *S*, magis *CL*, magis malles *UP* 5 inditium *C* erga te meae (mea *L*)] m. erga te *S* est *ante* erga *UP* reuerteneia *A*, recureneia *L* me *om. UP* inpendere] i. quam *A* 6 possem *V*, posse *L*, possit *S** tua lectione] *GS*, tuae lectioni *P*, tuae electione *A*, tua electione *VCLU* profectu *AP*, perfecto *L* 7 cum *om. VLSUP* tum] dum *P* etiam] enim *V* beniuolentiae tuae] beate *UP* inertis *CLUP* 8 excitata *A* dubitatur *G* fidem *A* ad(h)ortatione] *GLS*P*, adoratione *AVSU*, ad orationem *C fortasse recte* 9 praeceptis *L* quia id] qui ::/// *A*, cui id *SUP* fidenter *U* 10 namque] nam *S* iam] iamque *S* 11 enim] etiam *C* delegasse *S*, dilexisse *S** meam] meae doctrinae *S* 12 industrias *A* quam tuum] quantum *L* uideres] *GUP*, uideris *reliqui* *propter praescripta ante* paschalis *v. p. 670* cursu *C* 13 re *A* sinet *AS*, permittit *VUP* ad me] eadem *V*, ad (a *S**) me (ab hilario *ins. UP*) eandem *LSUP* 14 prius *om. VS* quae] quam *A*, quae ad *G* huiuscemodi *S* scriptoris *G*, scripturis *AV*, scribtore *C* sit] sint *P*, *om. G* 15 hac *GV* quis *A* ueritate *AL* quantum *LSUP* 16 donante] adiuuante *V* diligiter *V* adsoluam *C*, obsoluam *LU*, exsoluam *G* *post* absoluam *praescripta v. p. 670* 17 discrepare] disputare *G* inter] in *C* disputatoris *C* 18 qua] qui *S* pasc(h)alis *libri* qui *om. G* seu] siue *UP* qui post] post *S* 19 c. et d. annorum *(om. G)* spatiis] post c. et d. a. spatia *VSUP* 20 praeterierunt *U* ordinem *VCUP* principio *AV* origine *C* credunt *P* 21 dierum] kalendarum d. *UP* parilitati *V* luna *V* uariae *UP* 22 ac] et *S* rursus A^2LS in *om. G* lunare *C*, lunaris *G* supputatione] disputatione *UP* stabilis *C* mobilitate *S* 23 alio alius] *GS*, alia alius *A*, alius alio *VCLUP* est] et *C*, *om. UP* uerum] uerum etiam *LSUP* 24 horum *V* altercacione *LUP* praedicta] et p. *UP* lunaris *LU* nunc *om.* L^1 ueritate] *GV*, veritatem *A*, uarietate *CLSUP* 25 huc] haec *V*, hinc *CL* accidit *V* dimensio *V*, dementio *A*, dinumeratio *SUP*

cunctorum est variata sententiis, ut, cum isti verbi gratia eandem kalendis Ianuariis primam fuisse pronuntient, alii tricensimam, nonnulli secundam provenisse contendant. tum deinde ii, qui cyclum annorum octoginta et quattuor ediderunt, duodecim peractis annis lunam unam, quam per idem tempus certis annua revolutione minutiis adserunt calculandi lege subcrescere, adiciendam legitimo cursui esse praecipiunt. item sunt qui hanc eandem quinto decimo, demum incipiente anno magis annumerari definiunt. porro ii qui post centum duodecim annos in id cyclum, unde orsus fuerat, reverti confirmant, ea ipsa incrementa lunaria, quae superius memoravi, post annos sedecim subnecti debere constituunt. ii vero qui anno quinto et nonagensimo cycli observantiam conprehendunt, post decem et novem annos Aegyptiorum more continuato ordine, quod est verius, hoc augmentum lunare subiciunt.

Adcrescit praeterea etiam aliud erroris genus, dum in regulis primi mensis, quo 4
pascha dominicum celebrari statuunt, magna oritur utrimque contentio. Latini namque a III nonas Martias usque in IIII nonas Apriles, diebus scilicet viginti et novem, observandum maxime censuerunt, ut, quocumque eorum die luna fuerit nata, efficiat primi mensis initium [1]. cuius luna quarta decima, si feria sexta provenerit, subsequens dominica, id est luna sexta decima, festivitati paschali sine ambiguo deputetur. sin autem die sabbati plenilunium esse contigerit et continenti dominico luna quinta decima reperiri, eadem hebdomade transmissa in alterum diem dominicum, id est luna vicesima secunda, transferri debere pascha dixerunt. nec minus eiusdem dominicae, quam peragendo mysterio destinarent, quam sextam decimam neque amplius quam vicensimam et secundam lunam aliquando recipiunt, eligentes potius in vicensimam et secundam lunam diem festi paschalis extendi quam dominicam passionem ante lunam quartam decimam ulla tenus inchoari. quartas decimas porro lunas mensis eiusdem a XV kal. Aprilium usque in XVII kal. Maiarum adserunt esse servandas. sanctae memoriae

GAVCLSUP. 13 Latini — 25 servandas *adlegat Beda de temp. rat. c. 51.*

1 uariata] uarietas *VUP*, uarietate *CS** sententias *V* eandem] *CSUP*, eadem *GVAL* 2 primam] lunam primam *L* pronunciant *VUP* nonnullis *V* 3 deinde] inde *G* hi *S* rediderunt *G* duodecim] xiiii *UP* 4 luna *V* unam *om. G* quam *om. S* certis] ceptis *L*, *om. A* reuolutionem *VL* minutiis (-tis *AS*, minucius *L*) ads. c. lege (-gem *L*) subcrescere *om. C* 5 cursu *C* praecipuunt *G*¹ idem *C* 6 eadem *V*ᵃ demum *om. CL* adnumerare *CL*, numerari *P* hi *S* anno] annorum *S* hi *S* 7 c et xii *UP* id in *L* orsus] ortus *LS*, rursum *V* fuerit *C* 8 quae] qua *V* memoraui] nominaui *S* post sedecim (xiii *P*) annos *UP* 9 hi *V*ᵃ*S* obseruantia *V* 10 ordini *GSUP* hoc *om. A* 11 augmento *C*, argumentum *S* lunari *AL* 12 praeter eos *V* al. et. *C* gen. err. *UP* 13 dominicam *A* celebrare *ACL* utrisque *VLS*, utriusque *A*, *om. UP* latini] lati *A* 14 tertiu *G* in] ad *Beda* iiii] iii *S*: *cf. Ideler Chron.* 2, 247 15 consuerunt *UP* eorum] odierum *L*¹, orum *L*² lunam *A* efficiat] et e. *V*, efficiatur *L*, efficiet *S* 16 lunae *G* si *om. V* ui feria *V* prouerit *A*, superuenerit *L*, fuerit *S* sequens *S* 17 dominicus *SU cum Beda* festiuitate *CL* paschali sine] paschalis in ea *A* si *A* 18 dies *S* continenti] *G*, continente *C*, contenenti *A*, consequenti *VLSUP cum Beda* lunam quintam decimam *G* 19 repperiri *CUP*, repperi *V*, repperire *GAS cum Beda*, reperi *L* ebdomade *G*ᵇ, ebdomate *G*ᵃ*C*, ebdomada *VLS*UP*, ebdomadam et *A* transmissam *A* alteram *V* die *L* l. xx secundam *C cum Beda*, lunam xxiᵃ *A* 20 transferre *C* deberi *U*, *om. AS** nec] ne *AS cum Beda* eius *P* dominicae] dominicum *UP*, d. resurrectionis *S*, dominici *Beda* quam] umquam *U*, *om. LSP cum Beda* 21 peragendum *ACL* destinarint *G*, distinarunt *V* sextam decimam] xuiimam *P* neque] nec *S cum Beda* uicensimam et secundam] u. et a sec. *G*, xxi *A* 22 luna *LS** reciperent *S cum Beda* xxii luna *L*, luna xxii *S*, lunam uigesimam secundam *Beda* 23 testi *om. G*ᵃ dominica passione *L* luna *VL* 24 ulla tenus (tinos *G*) *GLS cum Beda*, nulla tenus *reliqui* xiiii p. luna *V* menses *C*, *om. V* 25 xuii] xui *VC cum Beda* mai.] mar. *V* adserunt] adesserunt *A*, diae sancxerunt *V* saruandas *L*, seruandum *V* moriae *V*

1) *Cf. Hilarianus de rat. pasch. c. 11:* igitur ex die isto III non. Mart. usque in die IIII non. April. quaeri a nobis debet, ut sit luna prima, quia in quocumque die ex his XXVIIII diebus luna prima cum fuerit, inde incipit primus mensis lunaris.

contra Theophilus quondam Alexandrinus antistes ad Theodosium imperatorem datis epistulis ex primo ipsius et Gratiani quinto consulatu conditum paschale direxit, in quo ab VIII idus Martias usque in diem nonarum Aprilium quolibet medio eiusdem temporis spatio natam perhibet lunam facere primi mensis exordium, a XII vero kalendarum Aprilium usque in XIIII kalendarum Maiarum lunam quartam decimam sollerter inquiri, etiamsi die incidat sabbatorum, post quam sequente dominico luna quinta decima celebrandum pascha sine dubitatione conscribit, hoc regulariter cauteque custodiens, ne ante XII kal. Aprilium plenilunium, id est lunam XIIII, huic definiendo sacramento patiatur adponi. neque hoc in primo mense, sed in duodecimo aestimat conputandum.

5 Plerumque sane partis utriusque sententia in unum quidem sollemnitatis huiusce diem concurrit et convenit, sed in lunae dinumeratione variatur, cumque eam Aegyptii sextam decimam in die paschae verbi gratia numerarent, nostri eandem XVII vel etiam XVIII calculantur. atque ita cum aput Aegyptios ad primam et vicensimam lunam electio paschae perducitur, a Latinis secunda et vicensima aut etiam vicesima tertia perhibetur, fitque, ut paschae diem, quem illa delegerit, ista pars respuat. quod inde, sicut supra iam diximus, evenire certissimum est, quia tam in regulis temporum quam in disputatione lunari pars alterna non congruit. neque mirum, si diversarum opinionum cycli sibi invicem oppositi atque conlati non coeunt, cum in propria quisque institutione, qua praefinito tempore in id ipsum redire et fideli creditur ratione decurrere, haec eadem revolutio nequaquam in omnibus doceatur definitionis propositae tenere constantiam. quod etiam beatae memoriae Theophilus tacitus quodam modo indicavit, cum universis cyclorum limitibus circulisque dispectis, qui legitimi putabantur, laterculi sui formam huic operi destinatam ab omni necessitate praefinitae recursionis exutam absolute in centum annorum promulgavit aetatem. quod aut nostris arbitratus sufficere posse temporibus aut curiosioris diligentiae laborem declinans scrutandum posteris negotium dereliquit.

6 Has inter conflictationes diversa opinantium, eorum scilicet, qui regularum tramitem, seriem temporum, lunae rationem, quibus oporteret peragi paschale sacramentum,

GAVCLSUP

